SANCTI
EPHRAEM SYRI
OPERA OMNIA
IN SEX TOMOS DISTRIBUTA.

Rev. H. HYVERNAT, D. D.
Catholic University of America,
Washington, D. C.

Completo Como 20

IN SEX. IOANNIS DIATRIBAM.

OPERA OMNIA

EPHRAEM SYRI

SANCTI

Ο ΑΓΙΟΣ ΕΦΡΑΙΜ Ο ΣΥΡΟΣ



Hæc Veneranda Syri facies mirabilis Ephræm
Ast animi effigiem scripta diserta docent

Jo: Baptista Sintes. Scul. Sup. perm.



Henry Hyvernat.
Chapelain
de S-Louis des Francais.

ܡܪܝ ܐܦܪܝܡ ܒܪ ܦܐܛܝ ܒܗܬܕܐ ܒܗܠܝܗ

ܗܕܐ ܡܢ ܩܕܡ ܐܒܢ ܡܪܢ

SANCTI PATRIS NOSTRI

EPHRAEM SYRI

OPERA OMNIA

Quæ Exſtant Græce, Syriace, Latine,

IN SEX TOMOS DISTRIBUTA

Ad MSS. Codices Vaticanos, alioſque caſtigata, multis aucta, interpretatione, præfationibus, notis, variantibus lectionibus illuſtrata.

Nunc primum ſub Auſpiciis

BENEDICTI XIV.

PONTIFICIS MAXIMI

E Bibliotheca Vaticana Prodeunt.

Syriacum textum recenſuit PETRUS BENEDICTUS Societatis JESU, notis vocalibus animavit, latine vertit, & Variorum ſcholiis locupletavit.

TOMUS SECUNDUS

SYRIACE ET LATINE.




ROMAE

EX TYPOGRAPHIA PONTIFICIA VATICANA
APUD JO: MARIAM HENRICUM SALVIONI
IN ARCHIGYMNASIO SAPIENTIAE
M. DCC XL.

SUPERIORUM PERMISSU.





SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO

BENEDICTO XIV.

ANGELUS MARIA TITULI SANCTI MARCI

CARDINALIS QUIRINUS

S. R. E. Bibliothecarius, & Epiſcopus Brixienſis.



ITERUM hunc Tomum Syriacorum Operum Sancti Ephræm Syri, quem Tibi, BEATISSIME PATER, modo offero, auſpicatiſſimum prodire nemo in dubium revocaverit, cui compertum fiat, his ipſis diebus eundem in lucem emitti, quibus SANCTITAS TUA Romanæ Cathedræ faſtigium conſcendit, Deo O. M. cujus eſt,

eſt, Fidelium mentes unius voluntatis efficere, *Te nobis admirandum prorſus in modum Pontificem, quem ipſe elegerat, oſtendente, atque ita ex inſperato, ut vix ipſimet tam ſingularem concordiam brevibus dumtaxat momentis ex Pontificiis Comitiis per ſex menſium intervallum magno æſtu ferventibus oriri potuiſſe, credere valeamus. Hujuſcemodi itaque omen accipiens liber iſte, cur aliquam ſibi partem obventuram non ſperet immenſi illius plauſus, quo univerſus Romanus Populus* PONTIFICATUS TUI *primordia concelebrat, adeo feſtivis, jugibuſque acclamationibus primum illum Tuum ad D. Petri Baſilicam ex loco Comitiorum acceſſum proſecutus, ut pares (ferme ac de Sæcularibus ludis veteri formula jactabatur) nemo audierit, ſeu auditurus ſit unquam?*

Hoc ipſum omen, BEATISSIME PATER, *in cauſa erit, ut bini illi Tomi, qui ad Vaticanam Sancti Ephræm Editionem complendam adhuc deſiderantur, Græcorum videlicet tertius, & tertius pariter Syriacorum, non ita lento opere, ac illi qui præceſſerunt, in publicum educantur. Quam in rem ut conatus omnes ſuos conferant, qui ſpartam hanc adornant, pro muneris mei ratione ſedulo adlaborabo. Præclara* SANCTITATIS TUÆ *exempla, quam nec graviſſima Romanæ Curiæ munera, neque Eccleſiarum adminiſtrationes a literariis laboribus ullo unquam tempore ſejunxerunt, quod ſapientiſſima, magnæque molis Volumi-*

na a SANCTITATE *Tua in lucem edita palam teſtantur, hæc, inquam, exempla nos omnes ad impigram vitæ rationem excitent oportet, ne inertiæ notam ſubeamus. Ut hanc ipſe effugiam, non Brixiæ tantum, Epiſcopalibus curis diſtentus, ſed vel in ipſis Comitiis, quæ modo peregimus, ſingulis diebus plures horas legendis, ſcribendiſque libris impendere conſuevi, ad majora adhuc pro ingenii mei tenuitate exardeſcens, poſtquam frequentes a me habiti in iis Comitiis cum* SANCTITATE *Tua ſermones animum meum ad ea ipſa ſtudia magis, magiſque acuerunt.*

Acuerunt præterea ii ipſi ſermones (quod maxime intereſt) ad Divini Cultus augmentum; nam inde compertius mihi evaſit, quod ante jam noram, ita decorem Dei SANCTITATEM *Tuam Anconæ, ac Bononiæ, quibus Urbibus Paſtor præerat, dilexiſſe, ut magnam pecuniæ vim (amplas Ædes in altera ea Urbe ad Clericorum inſtitutionem a fundamentis erectas prætereo) in ornandis ſacris Baſilicis collocarit; imo vero pia hæc ejuſdem munificentia adeo proceſſerit, ut conſilium inierit, Euchariſticum Tabernaculum Romæ egregio opere, ac proinde maximo ſumptu ex deaurato ære, juſſu ſuo, fabrefactum Bononiam traducendi. Cujus conſilii, & longæ, difficiliſque vecturæ rationem dum mihi aperiret, libenter viciſſim accipiebat, quæ ipſe referebam de ſacris quibuſdam raræ molis ornamentis, quibus Brixiam Roma pariter advehendis diligentem ope-*

ram

ram contuleram, ut iis etiam Romani cultus argumentis princeps illius Urbis Basilica, quam tandem, Deo juvante, Divinis Officiis aptam effeci, illustraretur.

Non aliis SANCTITATEM TUAM *in hac Epistola morabor. Quæcumque enim ad declarandum Vaticanæ hujus nostræ æditionis scopum pertinent, jam satis, superque innotescunt ex Præfationibus, quas singulis Tomis apponere docti Viri ejusdem curatores consueverunt. Unum itaque dumtaxat addam, & ea, quæ* SANCTITAS TUA *humanissime de me scripsit in Opere* de Canonizatione Sanctorum, *quod profecto sanctioris eruditionis promptuarium jure, ac merito quis appellaverit, & collatam mihi nudius tertius sacræ Indicis Librorum Congregationis Præfecturam eos ad excolenda maximo ardore literarum studia (quoad patietur Episcopalis vitæ ratio in Brixiana mea Provincia potius, quam Diœcesi, cui quam ægre valedicturus sim,* SANCTITATI TUÆ *jam aperui) animo meo stimulos addere, ut, dum aliis sedulitate mea satisfacere posse contigerit, vix, aut ne vix quidem mihi ipsi satisfacere posse confidam.*

Deum O. M. exoro, ut diu incolumem servet SANCTITATEM TUAM, *cujus Pedes humillime deosculor.*

AP-

APPROBATIO

CUM Tomum Alterum S. EPHRAEM Syri Operum à P. Petro Benedicto noſtrę Societatis è Syriaco latiné verſum, & illuſtratum, aliquot ejuſdem Societatis Theologi recognoverint, & in lucem edi poſſe probaverint, facultatem facimus, ut typis mandetur, ſi iis, ad quos pertinet, ità videbitur, cujus rei gratia has literas manu noſtra ſubſcriptas, & ſigillo noſtro munitas dedimus.

Romę 22. Auguſti 1740.

Franciſcus Retz Præpoſitus Generalis Societatis JESU.

APPROBATIO

QUUM Sancti EPHRÆMI Tomum alterum Syro-Latinum, quem R. P. Petrus Benedicti Societatis JESU, Vir in omni ſcientiarum genere verſatus, ac linguarum præſertim Orientalium apprime peritus, fideli doctaque interpretatione adornavit, demandante Reverendiſſimo Patre Ridolphi Sacri Palatii Apoſtolici Magiſtro, diligenter ſummaque cum animi voluptate perlegiſſem; tantum abeſt, ut in eo quicquam mihi occurrerit, quod Catholicæ Fidei, aut bonis moribus adverſetur, ut potius, ad comprobandos noſtræ Orthoxæ religionis articulos adverſus novatores illum eſſe promptuarium merito affirmem. Quamobrem, & literariam Rempublicam Emo ac Rmo Dño D. Angelo Mariæ Quirino S. R. E. Cardinali Bibliothecario, cujus auſpiciis, & auctoritate tantum, tamque exoptatum opus in lucem emittitur, multum debere teſtor; & ipſum Typis mandatum, Bibliothecæ Vaticanæ, unde prodit, decori atque ornamento fore judico. Romæ 9. Februarii 1740.

Joſeph Simonius Aſſemanus Bibliothecæ Vaticanæ Apoſtolicæ Præfectus.

APPROBATIO

REverendiſſimo P. Aloyſio Nicolao Ridolphi Sac. Apoſt. Palatii Magiſtro demandante, S. EPHRÆMI Operum Tomum alterum Syro Latinum ex verſione R. P. Petri Benedicti Soc. JESU accuratè legi: nihil in eo offendi, quod legentem me moraretur, ita Catholicæ doctrinæ, & diſciplinæ optime conſonant omnia. Multa autem occurrebant, ob quę divinę bonitati maximas haberem, & agerem gratias, in primis vero quod Vaticanæ Bibliothecæ, unde prodit opus hoc pulcherrimum Eminentiſſimum ac Reverendiſſimum Dominum D. Angelum Mariam Cardinalem Quirinum Bibliothecarium dede-

dederit; fatendum enim, quin & publico hocce teſtimonio prædicandum, nonniſi ipſo auſpice, ac duce, tantum negotium peragi aliquando potuiſſe. Literarum ſcilicet optimus Mecœnas non contentus Græcam eruditionem promovere, Syriacæ etiam literaturæ rem ſtrenue, & magnifice curat. Deinde etiam quod Eccleſiæ ſuæ, quam naſcenti impertivit, linguarum ſcientiam adhuc conſervet, earum præcipue, quibus ſua nobiſcum arcana communicare dignatus eſt, Hebraicæ, Græcę, & Chaldaicę, cujus dialectus eſt Syriaca S. EPHRÆMI vernacula. Cæterum quod meum erat, verſionem cum textu diligenter contuli, nihilque planè deprehendi, quod non ſumma cum fide, & pari elegantia expreſſum non ſit, miratuſque ſum duas linguas, ut vocum ſono inter ſe maxime diſcrepantes, ita orationis ſtructura, & compoſitione diverſas, tam pulchrè concinnèque convenire, & conſonare potuiſſe. Datum Romæ die 17. Februarii 1740.

Stephanus Evodius Aſſemani Archiepiſcopus Apamææ, Linguarum Orientalium in Bibliotheca Vaticana Interpres.

IMPRIMATUR.

Si videbitur Reverendiſs. Patri Sacri Palatii Apoſt. Magiſtro.

Philippus Spada Archiepiſc. Theodoſien. Viceſg.

IMPRIMATUR.

Fr. Aloyſius Nicolaus Ridolfi Ordinis Prædicatorum Sacrii Palatii Apoſtolici Magiſter.

PETRI

PETRI BENEDICTI
SOCIETATIS JESU
Ad Eñum ac Rñum Dominum
D. ANGELUM MARIAM
QUIRINUM
S. R. E. Cardinalem Bibliothecarium
In Novam Operum S. EPHRÆMI Syri Editionem
PRÆFATIO ALTERA.



QUOD vix ſperabam, alterum Magni EPHRÆMI Tomũ Tuis, Eminentiſſime, Princeps, auſpiciis à ſexennio cœptum, modo abſolutum Tibi repræſento: ſic enim decebat, ut, quo Auctore, me ad opus contuli, opus ipſi perfectum redhiberem. Habes hìc alterum meæ in Te obſervantiæ monumentum, Tuorum item in Eccleſiam, atque Literatorum Rempublicam meritorum teſtem immortalem. Marmora, ac metalla tempus tandem conſumſit, S. EPHRÆMI lucubrationes nulla obliterabit dies; manebunt ſemper, & quandiu manebunt, ſuam Tecum immortalitatem communicabunt; nec eam porro ſolam, quam Chalcographi induſtria peperit, merentibus juxta atque immerentibus, ſed illam plane divinam beneficentia divinæ ſimillimâ partam, eſtque Clarorum Virorum merces, qui de humana republica optime meruerunt. Latum ſuperioribus annis à Clero Gallicano de nova S. EPHRÆMI Editione adornanda judicium, teſtatur, vix aliud quidpiam in hoc genere Eccleſiæ Chriſti comparari potuiſſe, unde ipſi major dignitas accederet apud ſuos, aut adverſus Heterodoxos firmius præſidium, aut acrior ſtimulus ad bene cœpta perſequenda adderetur iis, quos ex utraque parte Orthodoxorum, ac Heterodoxorum impulit ad literarum ſtudia inſcitiæ, inertiæque faſtidium; ſic in ejus ſcriptis confluunt illa duo honeſtiſſimæ voluptatis aucupia, pulchrum, & bonum; duo videlicet incitamenta nobis divinitus proviſa ad utiles labores, ſine quibus nec tueri, nec ornare potuiſſemus, naturæ, qua cætera præcellimus, dignitatem.

S. Thom. Omnem animi motum ſequitur voluptas, ſed in primis delectat admiratio motus, qui plerumque fertur ad grandia, & pulchra, quæ autem talia etiam jucunda ſunt; tum ex notitia præſenti, quam offerunt; tum ex futura, quam pollicen-

licentur ; admirationem porro excitare ſolent, quorum cauſas non aſſequimur, quemadmodum effectus quidam patentes cauſarum latentium, quod in Succino, & Magnete contingit ; vel quorum magnitudinem capere non poſſumus. Ex utroque capite uti Platonis doctrinam ejus diſcipuli cum ſilentio admirandam prædicabant, ſic S. EPHRÆMI ſapientiam ſuſpexere veteres, quos infrà producemus, noſquemet ſuſpicere juſtum eſt ; magnitudinem quippe non capimus, & cauſam ignoramus. Nec enim homo in Meſopotamia natus Græciam Doctorum matrem adiit, aut Scholas intravit, aut alibi claros eruditione Viros coluiſſe ſcimus ; miramur itaque, quî factum, ut idem Summos Oratores, & Poetas ſtyli ſublimitate, cultu & compoſitione coequaverit ? nam Philoſophos veræ, divinæque Sapientiæ, qua illi caruerunt, ſcientia longe ſuperavit. Deinde quomodo Monachus à communi hominum conſuetudine remotus, rerumque cœleſtium contemplationi unice deditus, atque Divino Spiritu, quo erat plenus, ab humanis in Divina raptus, hominum nihilominus mores perfecte calluerit, ut vix alius ea, quæ ad virtutes, & vitia pertinent, plenius, & luculentius, atque ad perſuadendum aptius tractaverit.

Sed ut hæc, & cætera hujuſmodi aliis ſuſpicienda videantur, illud omnem meo judicio vincit admirationem ; quod cum S. EPHRÆMUS in ultimo Oriente natus, extra Romani Imperii fines habitaverit, & ſcripſerit, cum Romana tamen Eccleſia exactiſſime conſentiat, ut non trans Euphratem, ſed ad ripas Tyberis natus, educatus, & doctus fuiſſe videatur. Id enimvero quum Viris cæterà eruditis, & in his literis non parum verſatis incredibile videretur ; quoniam, collatione facta Ephræmianarum lucubrationum cum Romanæ Cathedræ Doctrina, manifeſtam conſenſionem negare ipſos pudebat, contra omnium codicum, & Scriptorum fidem, illas velut ſuppoſitos Ephræmo fœtus abjecerunt, ſed quam præcipiti, quam iniquo judicio Clariſſimus Aſſemanus, & nos aliàs demonſtravimus. Controverſias bene multas adverſus Romanam Eccleſiam invexerunt noſtri temporis Sectarii, haud ſatis pro officio memores, ſe in ejus ſinu divinæ lucis uſuram accepiſſe, & hoc ipſum quod Chriſti nomen noverunt, & Chriſtiani nominantur. Notæ ſunt quæſtiones de Verbo Dei, de veræ Eccleſiæ notis, de Primatu Petri, de humani arbitrii libertate, de Sacramentorum numero, & efficientia ; jam palam Corporis Chriſti in Euchariſtia præſentiam negant Calviniani : Lutherani panem etiam adjungunt ; ab utriſque Sacrificium Miſſæ exploditur : Janſeniani Mediatoris mortem, commune pro omnium promiſcue hominum redemtione ſolutum pretium inficiantur. Hujus perſuaſionis homines, annon obſtupeſcent à S. EPHRÆMO doceri quæ ipſi damnant, & veteri Eccleſiæ, & priſcæ ſimplicitatis Chriſtianis ignota fidenter pro-

pronunciant? Quid porro ſi non iſtas ſolummodo quæſtiones ab illo ſibi propoſitas, atque miro cum Eccleſia Catholica conſenſu deciſas, audiant, ſed eadem cum aſſeveratione, & perſpicuitate explicari, & definiri cæteras controverſias, quæ ſuperioribus annis cœptæ uſque modo in Europa diſceptantur?

Scilicet, quod S. EPHRÆMUS Marcionis Deos impugnet, quod Valentini Aeonas explodat, quod Bardeſanis Horoſcopos irrideat, vel Manethis Hilen, id certe non mirabuntur; Atqui mirari nunquam deſinent, quod Machabæorum libris canonicam auctoritatem vindicet, & illam ferme perjocham, ob quam ab ipſis rejecti ſunt, deſcribat, atque integro volumine, omnes Chriſtianos orare pro Mortuis adhortetur; quod Confirmationis, & Extremæ Unctionis Sacramenta ex Divina Inſtitutione deſcendere pronunciet; quod S. Petri Primatum, & in Urbe Roma prædicationem aſſerat, & S. Petrum Primum Chriſtianorum Summum Pontificem S. EPHRÆMI Diſcipuli ex ejus Doctrina affirment; quod Eccleſiaſticæ Hjerarchiæ gradus diſtinguat; quod Martyrum ſuadeat venerationem, & miracula narret; quod Monachorum geſta literis prodiderit, & Inſtitutum ubique extollat, hæc ſane cordatum quemque Lectorem admiratione complebunt; non quo nota, & aliunde certa non ſint; ſed quo ab ignotis remotiſque oris, literiſque conſignata barbaris ſibi oblata videat; ſtatim enim intelliget, ejuſmodi concordiam ſine magna aliqua auctoritate parti utrique præſcribente coaleſcere, & conſervari minime potuiſſe. Nec dubitabit, quin qualis aſſeritur, talis reapſe fuerit earum Gentium perſuaſio, quum ipſum hoc affirmari audit à Teſte auctoritatis ſummæ, cui cur vera diceret multæ aderant cauſæ, nulla plane cur mentiretur, quique rerum, quæ narrat teſtis præſens, veritatem utique ignorare non poterat; gentis quippe ſuæ conſuetudines, leges, & de Religione decreta refert.

Cæterum ſtupidi ſiquidem homines iſta non ſentiunt, nec mirantur, ego ſane non miror; nec enim ſi velint, poſſunt; admiratio namque etſi ex ignorantia exiſtit, ſine ſcientia eſſe non poteſt; unde fit, ut ſoli homini inter omnes animantes accidat admirari; hujus autem concretionis auditores nec ipſum hoc ſciunt, admiranda mirari. Præterquamquod ad excitandos ejuſmodi animi motus neceſſaria eſt quædam animorum cognatio, porro liquet, nullam habere cum S. EPHRÆMO affinitatem homines cupidos, libidinoſos, & in voluptatibus volutabundos; quare ſi nobiſcum minime conſentiunt, nil mirum, cum neque ſecum ipſi conſentiant; qui autem à ſeipſo animus diſſidet, ſecumque diſcordat, iſta non ſuſpiciet, nec hinc partem perinde aliquam liquidæ voluptatis, & liberæ guſtare poteſt.

At vero ſi hujus notæ Novatores S. EPHRÆMI cum Romana Eccleſia concordiam nec laudant

dant nec mirantur ; ſi illos ejus doctrina, eloquentia, eruditio minime delectant, ipſorum certe notam ab univerſo Chriſtianorum coetu diſcordiam, ſtupuerunt, & diſciplinam vagam, atque ab omnibus Chriſtianarum Gentium moribus, & dogmatibus aberrantem exhorruernnt Syri, & Armeni, Copti, & Melchitæ, quum, me in Syria tunc commorante, Alepi in celeberrimo omnium Nationun Orientalium Emporio Proteſtantium Catechiſmum Arabice converſum legerunt. Diſcordant, & ipſi ab Eccleſia Catholica, fateor, ſed in uno, vel altero articulo, eoque obſcuriſſimo, nec diſcordarent, ſi quod negant, intelligerent. Merito autem, nec ſine magna cauſa obſtupuere, ab iſtis damnari Dogmata clariſſima, quædam ipſo lumine naturæ nota, puta Hominem vi ac poteſtate arbitrii prædítum eſſe, & poſſe peccare ; alia omnium Chriſtianarum Gentium conſenſu ante omnium hominum memoriam recepta. Syri Ephræmo æquales Prophetam hunc ſuæ Genti divinitus conceſſum crediderunt, atque teſtati ſunt, quid autem tantum nomen indicaret, aſſequi profecto non potuerunt ; intelligunt plane noſtri temporis Theologi, ſibique gratulantur præviſas ab illo hujus ætatis Hæreſes, & diſertiſſime confutatas. Quod quidem etſi antiquis quibuſdam Patribus cum Ephræmo commune videatur, neminem tamen illo uberius id præſtitiſſe certum eſt, nec, attenta locorum ac temporum diſtantia, ad revincendam Novatorum contumaciam efficacius, nec ob continuas ejuſdem cum Hæreticis, quorum feraciſſima Meſopotamia fuit, concertationes, cumulatius.

Cæterum cum inter Heterodoxos verſentur multi, quos in Hæreſi non veritatis conſcientia, non liberæ voluntatis conſenſus, ſed quæſtus, conſuetudo, patriæ leges, & illa, quæ naſcendi ſortem ſequitur, velut quædam credendi præſcriptio, hi profecto S. Ephræmi libros nunquam faſtidient. Nam quos in eam Charibdim impulit libidinum æſtus, ambitio, jugique impatiens libertatis amor, iis Sanctus Ephræmus placere utique non poteſt. Etenim qui temperantiam, continentiam, & modeſtiam oderunt, quo animo oportet eſſe in eum, qui vitam Monaſticam ipſe profeſſus, ſeveræ diſciplinæ prȩcepta tradit, & voluptates, quȩ vel tactu, vel guſtu percipiuntur, proſcribit ? Qui ſuas animas auro, libidine, crapula, & ambitioſis conſpectibus vendiderunt, poſſunt ne non eſſe inimiciſſimi Ephræmo, qui voluntariam paupertatem, rerumque omnium humanarum, ſuique ipſius contemtum ſuadet ? Qui captivam hominis voluntatem invexere, qui Chriſtiana funera ſuſtulere, qui Sanctorum Reliquias incenderunt, ſint ne placabiles Ephræmo, qui adverſus talium errorum portenta integros Tractatus edidit ? Qui fidem ſuis captiunculis metiuntur nonne ſuccenſeant Ephræmo, cujus ſunt octoginta ſermones adverſus Scrutatores.

Verumtamen quidquid de nectare judicent ȩgri, quibus morbus

bus facultatem ademit diſcernendi ſapores, profecto falli non potuit qui beneficium, quod Sancto EPHRÆMO contulit, ante per viſum pulcherrima ſpecie adumbravit; vitem ſiquidem proceritatis, & amplitudinis eximiæ ſomnianti exhibuit, pendentibus ex omni parte racemis coronatam, quo Symbolo, Angelo interprete, Ephræmianarum lucubrationum ingens numerus, & mira ſuavitas præſignabantur.

Quamquam ea eſt noſtrorum conditio temporum, atque hominum impudentia, ut meritò verendum ſit, ne quæ Auctor apud Cæſarienſes in Cappadocia paſſus eſt, ejuſmet ſcripta apud Noſtrates patiantur. Quum S. EPHRÆMUS Cæſaræam veniſſet, ejus Urbis Epiſcopum magnum Baſilium inviſurus, & in Eccleſiam intraſſet, Clerici ſenem conſpicati, peregrina veſte indutum, pallore, & macie peremtum, rigentemque, ceu monſtrum, & triſte ſimulacrum horruerunt; quamquam errorem mox correxit Baſilius, qui tanti Viri dignitatem, adventumque divinitus edoctus, hoſpitem, miſſo ſtatim Archidiacono, in Sacrarium introduci juſſit, honorifice excepit, & amiciſſime complexus eſt. Equidem vereor, ne ut ut EPHRÆMUS multos admiratores habiturus ſit, & hactenus habuerit, defuturi non ſint, qui rei pretium ab externa ſpecie metientes, ejus libros aſpernentur, ejuſque mirentur admiratores; nec enim tales eſſe ejus lucubrationes, quales ab ipſis laudantur, ſed uti characteres, & ſermonem, ſic barbara eſſe omnia; ut ſi quid forte habeant, quod diſplicere non debeat, homini tamen ſciti delicatique palati placere non poſſit. Nimirum quorumlibet temporum vitium eſt, ne dicam hominum, quod S. Hjeronymus dolet ſibi juveni ex Ethnicorum Scholis hæſiſſe; inde namque digreſſus cum ad legendas Divinas Scripturas animum appuliſſet adoleſcens Gentilium Oratorum, & Poetarum deliciis aſſuetus, peregrinam ſacrarum literarum ſpeciem exhorruit, earum gravitatem barbariem interpretatus. Veteris Teſtamenti libri peregrino ſermone conſcripti fuerunt fere omnes; quos autem Novum poſtea protulit, Græca licet Lingua exarati ſint, à peregrinis auctoribus compoſiti fuerunt: quale proinde S. Auguſtinus de Sacris Scriptoribus judicium tulit, tale de S. Ephræmi ſcriptis quiſque ſibi ferendum arbitretur. *Ubi*, inquit, *eos intelligo, non ſolum nihil eis ſapientius, verum etiam eloquentius mihi videri poteſt; & audeo dicere, omnes, qui recte loquuntur, ſimul intelligere, non eos aliter loqui debuiſſe; ſicut enim eſt quædam eloquentia, quæ magis ætatem juvenilem decet, eſt, quæ ſenilem; nec jam dicenda eſt eloquentia, ſi perſonæ non congruit eloquentis, ita eſt quædam, quæ Viros ſumma auctoritate digniſſimos, planeque divinos decet: hæc illi locuti ſunt, nec iſtos decet alia, nec alios ipſa; ipſis enim congruit; alios autem quanto videtur humilior, tanto altius, non ventoſitate, ſed ſoliditate tranſcendit.* Et infra: *Non iſta me plus, quam dici poteſt, in illa eloquentia delectant, quæ ſunt his Vi-*

Viris cum Oratoribus Gentilium, Poetiſve communia ; illud magis admiror, & ſtupeo, quod noſtra eloquentia iſti uſi ſunt per alteram quandam eloquentiam ſuam ; ut nec eis deeſſet, nec emineret in eis ; quia eam nec improbari ab illis, nec oſtentari oportebat, quorum alterum fieret, ſi vitaretur, alterum putari poſſet, ſi facile agnoſceretur. Nec ab his, quæ hìc ſapientiſſime ſtatuit S. Auguſtinus, diverſum judicium de S. EPHRÆMI ſcriptis protulit Hermias Sozomenus libr. 3. 16. *Ephraim Syrus*, inquit, *ad tantam eruditionem pervenit, ut Philoſophiæ quidem difficillima quæque Theoremata facile perciperet ; facultate vero, ac ſplendore orationis, & ſententiarum crebritate ſimul atque ſapientia Græcorum Scriptores longo intervallo ſuperaret. Etenim iſtorum quidem ſcripta, ſi quis in Syriacam, aut aliam Linguam converterit, & condimenta, ut ita dicam, Græci leporis abſtulerit, ſtatim deprehenduntur, & priſtinam gratiam amittunt ; in Libris autem Ephraim idem non accidit ; nam, & ipſo adhuc ſuperſtite, libri ejus in Græcum Sermonem tranſlati ſunt, & uſque ad hoc tempus transferuntur, nec tamen à domeſtica ac nativa præſtantia multum recedunt ; ſed cum Græce legitur, non minus admirationi eſt, quam dum Syriace*. Sozomenum vera locutum probat S. Hjeronymi ſupralaudatum teſtimonium, cujus verba Libr. de Script. Eccl. in Ephrẹmo hìc accipe : *Legi ejus de Spiritu Sancto Græcum volumen, quod quidam de Syriaca Lingua verterat, & acumen ſublimis ingenii etiam in translatione cognovi*. Utrique conſentit Photius in Bibliotheca cap. 196. ſcribens : *In his admonitoriis ſermonibus* (hos quippe ſe legiſſe dicit) *jure quis admiretur, quam alte penetret perſuadendi vis, quantumque ab his fluat jucunditatis, quam denique affectuum copia referti ſunt* ! *Oratio tamen ejus ac figuræ, nihil mirum ſi ad conſuetum Homiliarum uſum, & inelaboratum dicendi genus verſant. Non enim in Auctorem ſenſuum, ſed in horum Interpretem ea conferenda culpa. Quicumque Syriacæ ſunt Linguæ bene periti verbis adeo ac tropis excellere norunt, ut ambiguum ſit, ab hiſne, an à ſenſu recondito tanta ejus dicendi vis atque elegantia proficiſcatur*. Sublimem, & reconditum S. EPHRÆMI ſtylum miratur etiam ejus encomiator S. Gregorius Nyſſenus : *Tantam*, ait, *ſapientiæ abundantiam largius illi Deus fuerat, ut quantumvis ei perpetui quaſi verborum fontes ſuppeterent, rebus tamen explicandis pares nequaquam eſſent, illudque non tam linguæ tarditate, quam cogitationis celeritate accidebat. Sic ut lingua quidem aliorum ſenſa dicendo exæquaret, ſuamet minime aſſequeretur*.

Tam præclara Virorum Sapientiſſimorum de S. EPHRÆMO judicia hìc exaggeraſſe non piget, quo per tranſennam ſtrictim eos caſtigarem, qui, quos diffuſa per totum Orientem Syrorum Eccleſia ſui Doctoris fœtus eſſe nunquam non credidit, quaſi ſpurios, & incerto patre natos abijciunt, eo ducti argumento, quod ab Auctore (ut ipſi ajunt) magis pio, quam docto talia ſcribi potuiſſe, incredibile videatur.

Quamquam quid tandem ſit, quod in B. EPHRÆMI libris quibuſ-

buslibet legentibus ſponte ſe offert, pulchrum ad oblectationem, aut utile ad profectum, ſi modo cum illo penſetur ea, quæ in omnem Eccleſiam ex iis redundat, ſeu utilitas ad advertendos Fidelium animos ad pietatem; ſeu lux ad pernoſcenda Divinarum Scripturarum arcana; ſeu ipſi univerſo Chriſtianorum cœtui dignitas & decus. Eccleſiam Chriſti Sponſam Propheta vidit *circumdatam varietate*, & hanc quidem ornamenta componunt, quibus conſtant illæ notæ, quæ Dei populum à multitudine externarum Gentium diſcernunt, & quaſi verſicolore veſte ſplendide, & magnifice exornant; ſed eſt & alia, quæ ex addito huic Sponſæ comitatu exiſtit, quamque plurimarum gentium in hoc unum corpus coaleſcentium mira diverſitas exhibet; ſacri vero Doctores velut inſignes magnitudine, & colore Margaritæ diſtinguere videntur. Nec enim Religionis, quam profitebantur, amor fefellit viros in hiſtoria ſacra profanaque verſatiſſimos, qui, omnium gentium ac temporum Annalibus perlectis, cauſaque Severiſſimo examine diſcuſſa, pronunciarunt, nullam aliquando Sectam extitiſſe, vel in præſenti extare, ad quam undique gentium confluxerint Scriptores noſtris probitate, aut eruditione pares; adeo ut ipſis ejus adverſariis venerationem atque admirationem incuſſerint. Stat pro antiqua Eccleſia teſtis Porphyrius, pro præſenti Calvinus; hic Bernardum Clarevallenſem laudat, & Sanctum pleno ore appellat; ille Originem Adamantium omnibus Philoſophis ſui temporis anteponit. Idolorum cultum, Maumethis Sectam plurimi profeſſi ſunt, & profitentur, ſed nec idololatria una ubique, nec ſemper fuit, quum quilibet populus proprios haberet, & coleret Deos; nec Maumethis Lex extra barbararum Nationum fines excurrat, & utraque à ſuiſmet Profeſſoribus, in multis reprehenſa, & rejecta fuerit; Deorum pluralitatem acutiores Philoſophi exploſerunt, puduitque, Doctiores Maumedanos ad promiſſam à Magiſtro felicitatem aſpirare.

Jam vero ex hoc Ordine bene multos Eccleſia numerabat Græcos, & Latinos, nullum externum; prodit nunc B. EPHRÆMUS, qui Solis ad inſtar diem ſola ſua luce efficere poſſit. Enimvero quemadmodum reliquorum ſiderum fulgorem ſuo Sol orbe continet uno; ſic EPHRÆMUS univerſam Syrorum Eruditorum doctrinam ſuis ſcriptis complectitur; plurimi autem ſunt, quorum prolixum Indicem nobis retexuit Metropolita Sobenſis Hebed-Jeſu. Catholicæ Eccleſiæ doctrina bifariam dividitur; altera divinæ Fidei Dogmata proponit; altera mores inſtituit. Eſt autem in confeſſo apud omnes eam partem, quæ Chriſtianum Hominem ad pietatem informat à B. EPHRÆMO magno cum ſtudio, maxima cum utilitate tractatam fuiſſe. Præclarum hoc loco habemus teſtimonium S. Gregerii Nyſſeni. *In rebus, quæ fieri non poſſunt*, inquit, *illud paſſim uſurpant proverbii: Lapidi miſericordiam prædicas; at iſtud fieri poſſe nos experi-*

perimento didicimus; Sanctus quippe hic Senex animos, quos ob malam obſtinatamque duritiem lapides dixeris, plane emollivit, fregit, & flexit. Perinde miratur Photius, quod etſi indiſerti Interpretis culpâ factum ſit, ut S. EPHRÆMI Sermones nihil ſupra communem, & quotidianam loquendi formam excellens, & ſublime retineant, adeo tamen mirabiles in auditorum animis effectus producant. *Suſpiciendum*, inquit, *quomodo per tantam vilitatem verborum tanta ſalus, atque utilitas in legentes effundatur*. Et Photius quidem ex ejuſmodi Sermonibus paucos ſe legiſſe fatetur; affirmat tamen ex fide Syrorum ad mille eoſdem excedere. Theophanes vero ex illornm relatione, qui legerant, trecentas Carminum myriadas EPHRÆMUM ſuis Syris reliquiſſe tradit.

Jure itaque optimo S. EPHRÆMUS à magno Chryſoſtomo prædicatur. *Obſtupeſcentium excitator, afflictorum conſolator, Juvenum diſciplina, Inſtructor Pœnitentium, framea, & ſpiculum adverſus Hæreticos, virtutum receptaculum, & Spiritus ſancti habitaculum, & diverſorium;* meritoque à ſuis Syris *Spiritus ſancti Cithara* ad Veſperas cujuſvis Dominicæ, omniumque ſolennitatum celebratur. Sed intereſt inter Beatum EPHRÆMUM, & alios Sacros Doctores, unde eidem Eccleſia aliquid amplius in hac parte ſe debere fateatur; quod videlicet, quum Catholicam Doctrinam Hymnis, & Canticis, quæ, ut dixi, multa centena ſuperant, complexus fuerit, factum eſt, ut omnes Orientis Nationes pervaſerint, & ipſam exteris inacceſſam Sinarum regionem, ut aliàs indicavi. Hæc ergo eſt illa varietas, quam ex diverſarum Gentium affluxu conflandam Prophetæ prædixerunt; hic ille conſenſus populorum, quo S. Auguſtinus in Eccleſia Catholicâ ſe maxime teneri profitebatur; eſtque Sponſæ Chriſti certiſſima nota, ejuſque Dignitatis inſigne plane regale, & divinum: hoc denique eſſe dicimus illud eximium, & ſingulare decus Beati EPHRÆMI Libris huic Divinæ Sponſæ procuratum.

Atqui ſupereſt aliud, unde Beati EPHRÆMI operam in ornanda Chriſti Sponſa jure laudes; nam in primis majeſtatem, & ſplendorem Eccleſiaſticorum Officiorum ſuis idē lucubrationibus mirifice amplificavit; quod quidem non modo Syri, Græcive ritus Chriſtiani; ſed Latinæ Eccleſiæ antiqua lectionaria teſtantur. Sacræ inſuper Pſalmodiæ concentum, & Martyrum ſolennitates ſuis Carminibus auxit, excitavitque Græcos exemplo, ut Officia Eccleſiæ ſuæ ſimili cura locupletarent; quod quidem poſtea ad S. EPHRÆMI normam præſtitere Joſeph Melodes, Andreas Cretenſis, & Joannes Damaſcenus, ut alios minoris nominis omittam. Quo in loco Theodoriti, aut Sozomeni teſtimonio non egemus, veritas nota eſt, quam quotidianus uſus ab ipſa S. Doctoris ætate ad hanc uſque diem continuatus facit teſtatiſſimam. Quis enim Chriſtianarum Gentiū in Oriente, Cœtus Chaldæorum, Syrorum, Maronitarum, & Indorum

dorum compoſitos à S. EPHRÆMO Hymnos non cantet, aut præſcriptas ab illo precandi formas non recitet? Nihil enim verius illa veterum quaſi paræmia; *Experientia tandem innoteſcit, queis in rebus quis eximior fuerit.* Pind. Od. 3. Nem. Ἐν ὃ πειρᾳ τέλος φάνῃ, ὤνδρας ἐξοχώτερος γένηται. Utinam illi ipſi ſui Doctoris de veræ Eccleſiæ notis Sermones attenderent, non utique à Catholica diſſiderent. Scripſit S. EPHRÆMUS luculenter de veræ Eccleſiæ ſignis adverſus ſui temporis Hæreſes; quatuor autem præcipue enumerat, & expendit. Atque in primis ipſarum novitati opponit Catholicæ Eccleſiæ antiquitatem, perpetuum deinde cum Diſcipulis Chriſti in doctrina conſenſum: Epiſcoporum rurſus ſucceſſionem, & legitimas Miniſtrorum per manus impoſitionem Ordinationes, à ſuis primordiis deductas; ipſum denique Catholicæ nomen, quod nullus hactenus hominum cœtus extra ipſam ſibi vindicare potuiſſet. Quæ veræ Eccleſiæ ornamenta adhuc magis declarat propoſitis ex adverſo Hæreticorum notis. Ex hoc Tractatu diſcimus, Marcionis, Manethis, Bardeſanis, & Eutacti vulgatos in Syria errores, & Sectarum nomina B. EPHRÆMI ætatem præcedentium: (ex eodem poſtea Theodoritus plura in ſuum adverſus Hæreſes commentarium tranſtuliſſe videtur.) Ubi etiam inſignem habemus locum, unde antiquitatem Authoris manifeſte colligimus; ſcribere ſe quippe dicit *quarto ineunte à Servatoris adventu ſeculo*, quæ ipſa eſt Sancti EPHRÆMI ætas.

Non vacat cætera retexere; nam de altera propoſitæ Theſis parte agendum ſupereſt, & Ephræmianis Lucubrationibus accenſæ faces ad illuſtranda Divinæ Fidei, & Sacrarum Scripturarum arcana, producendæ; quo loco in ipſo velut limine ſe offerunt aureæ in vetus, & novum Teſtamentum explanationes, quas ſi quis contendat, alium extra EPHRÆMUM habere parentem, hoc unum reponam, eas perinde ut cæteros, quos edimus S. EPHRÆMI Tractatus, iis omnibus inſigniri notis, quæ cætera antiquitatis monumenta poſteritati approbarunt. Ad hanc porro Divi EPHRÆMI Lucubrationum partem maxime pertinet oblata Auctori ab Angelo Sacri Codicis ſpecies; tum illa S. Gregorii Nyſſeni verba: *Ephræmus omnem, & antiquam, & novam Scripturam aſſiduo ſtudio, ut quivis alius ſtudioſe verſavit, accurateque ac utiliter interpretatus eſt; & ab ipſa procreatione Mundi uſque ad poſtremum gratiæ librum, quæ abdita, quæque arcana, ac recondita erant, Spiritus adjutus lumine, Commentariis illuſtravit.* Cui ſubſcribit Metropolita Sobenſis, teſtis maxime idoneus, ut qui deſcriptos ex ipſis autographis Codices vidit, & recenſuit; quamquam eos ſolummodo indicat, qui ad ejus manus venire potuerunt; nam plures ab eodem præteritos fuiſſe aliunde liquet. Hanc porro Beati EPHRÆMI curam plura commendant; unus videlicet ipſe nobis verſionem Syriacam conſervavit, & de ipſius antiquitate, & auctoritate omne dubium ſuſtulit, ejuſque ger-

germanas lectiones in locis dubiis asseruit, & ambiguos sensus declaravit; quod qui EPHRÆMO melius præstare potuerit, nemo fuit; linguas namque, quibus Sacri Codices conscripti fuere, apprime calluit, Hebraicam, Chaldaicam, & Græcam, ut ipsius scripta demonstrant, & à nostris Hagiographis bene observatum est: item in ea Orbis regione natus, & versatus, in qua res gestæ fuerunt, & genus humanum præcipuum divinarum Scripturarum argumentum conditum fuit, & primum habitavit, atque perditum postea restitutum fuit. Præterea nec levis ad hoc negotium perficiendum momenti fuit; quod Hebræi in Mesopotamiam, & Persidem translati, plerique ibi consederunt, & sacros libros apud eos reconditos, & custoditos usque ad B. EPHRÆMI ætatem ex vetustissimis autographis descriptos mansisse credibile est; quo tempore Gymnasia etiam celeberrima in Mesopotamia eos habuisse Bartoloccius in Bibliotheca Rabbinica perspicue demonstrat; & Clarissimus Assemanus in Bibliothecæ Orientalis Tomo primo Judæorum, atque nostrorum testimonio confirmat; evidenter autem convincunt ipsorum Hebræorum Interpretum obvia cuilibet Commentaria. Judæorum certe Scholas EPHRÆMUM aliquando salutasse se, ipse indicat, dum eorum traditiones frequenter, suppresso licet nomine, exscribit.

Quanti vero facienda sit versio Syriaca, suadet ejus antiquitas, circa quam duo affirmari possunt; alterum exploratum nec dubitabile; eam nempe omnium, quæ circumferuntur versionum, Græca excepta, esse antiquissimam, & Apostolicis temporibus proximam; alterum, non esse quidem certum, at certe non improbabile, Apostolorum ætatem attingere; ex ea siquidem Apostolus ex Psalmo sexagesimo octavo versum illum exscribit: *Ascendens in altum captivam duxit captivitatem*; quæ verba Græcus Textus non reddit; Hebraicus sic exprimit. *Ascendisti in altum, captivam duxisti captivitatem, accepisti dona in hominibus*: לקחת מתנים באדם *laqahta matthanim baadam*. Quæ postrema per idiotismum Hebraicum posita sunt; & valent, quod Paulus expressit; nam paragogicum *beth* significat etiam, *propter*, *pro*, seu *in gratiam*; & hanc vim habet in Epistola B. Petri priore cap. primo vers. 4. *Qui regeneravit nos in hæreditatem incorruptibilem conservatam in Cœlis in vobis*: ideſt *propter* vos, *pro* vobis, *in gratiam* vestram. Et quidem versus ille sic expositus sensum Apostoli habet, verba certe non habet. Quod enim acceptum dicitur propter aliquem, bene intelligitur eidem mox tradendum, vel jam traditum; verba tamen, ut dixi, non habet, quæ in sola versione Syriaca invariata leguntur, nec ulla expositione indigent, ut cum Divi Pauli textu concordare videantur. ܗܠܟܬ ܠܡܢܗܘܢ ܡܘܗܒܬ ܐܢܫܐ ܗܘ ܕܣܒ ܠܡܣܒܘ ܘܝܗܒ ܡܘܗܒܬ ܐܢܫܐ. Si quis autem instet, Paulum sensum Psalmi, non verba attendisse; quemadmodum nec S. Matthæus

in

in alleganda Michęæ Prophetia: non abnuo, modo fateamur, hoc ipſum quod opponitur, non eſſe magis certum, quam quod de verſionis Syriacæ tempore modo dicebamus. Quod autem Gregorius Malathienſis cognomento Bar-Hebręus, & alii Syri Interpretes ajunt, ſuam verſionem Hiramo Tyriorum regi à Salomone traditam, nec probant, nec vero probabile eſt; nec animadverterunt, Tyrios ac cęteros Phęnicię populos propriam dialectum à Syriaca diverſam habuiſſe, & Hebraicę magis, quam Syriacę affinem; verſionem proinde ejuſmodi non magis utilem illis futuram fuiſſe, quam ipſum Hebraicum fontem; verſionem certe Syriacam Gręca antiquiorem Hebręi veteres nunquam agnoverunt; quippe qui anniverſario luctu proſequi ſolerent diem, qua Sacri codices ſub Ptolomęo Philadelpho primum Gentibus communicati fuerant.

In Examer. Sed enimvero nihil magis ejus verſionis auctoritatem confirmat, quam quod S. Baſilius ſagaciſſime animadvertit. Quum enim Syriacus Sermo ſit idem ille, quem uſurparunt auctores omnium novi Teſtamenti librorum, atque aliquorum veteris, puta Danielis, Jeremiæ, Eſdræ, Tobiæ, & Judith. Rurſus maxime affinis ſit illi, qua Prophetæ uſi ſunt in ſcribendis reliquis Divinæ Scripturæ Voluminibus, maxime credibile fit, Syrum Interpretem ſui authographi ſenſa ſatis bene aſſecutum fuiſſe; perindeque reperiſſe in ſuo idiomate, utpote affini, vocabula ſui Auctoris verbis exacte reſpondentia. Idiotiſmos præterea Hebraicos, & Chaldaicos, quibus utriuſque Teſtamenti Scripturę paſſim ſcatent, optime intellexiſſe, & in ſua verſione perfecte repræſentaſſe, uti in periocha Pſalmi modo allegata etiam obſervatum fuit.

Stylus B. Ephræmi varius eſt, qui in Paræneſibus, vel in Commentariis non idem, qui in Sermonibus metricis eſt, nec eſſe debuit; quare nil mirum, ſi minus comtus, magiſque popularis eſt, & velut ad humilitatem quotidiani Sermonis abjectus, ſublimior aſſurgit in Commentariis, & in operibus metricis venuſtior, & ſuavior delectat, rebus tamen magis, quam vocibus voluptati inſerviens. Talia ſunt omnia, quæ in hoc Tomo explanationes in Scripturam ſequuntur, in quibus quiſquis attente conſiderat delectum verborum, figurarumque ornatum, & decoram quandam majeſtatem, quam illi totum corpus orationis grande, & numeroſum, variæque intermicantes ſententiæ conciliant, ſtatim intelliget, quam pulchre, ac vere Sancti Ephræmi oratio viti proceritatis, & amplitudinis eximiæ ab Angelo (ut prius dictum eſt) comparata fuerit, ita plane vitis eſt, qualis tamen illa aurea Regum Perſarum, quam racemi ex varia Margaritarum compoſitione, & ſtructura confecti, mollibus corymbis inſerpentem diſcolore ornatu veſtiebant; ejus vero vis potiſſimum in excitandis animorum motibus elucet, uti etiam Nyſſenus, Sozomenus, & Photius

tius ſupra allegati obſervarunt.

Hæc de ſtylo, & operibus Sancti EPHRÆMI ſtrictim indicanda fuerunt, ut Eccleſia univerſa beneficium, quo à Te, Eminentiſſime Princeps, affecta eſt, intelligat, & ipſe cognoſcas, non inutilem curam à Te fuiſſe in hac parte ſuſceptam; imo vero Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinale Bibliothecario plane dignam. Ego vero dum in Urbe, cui feliciter præſides, primarii Templi immenſam, & cuilibet alii intolerabilem Ædificationem magnis ſumtibus, majore animo continuari aliunde audio, videoquæ Romæ Beati EPHRÆMI libros, quaſi cataphractos milites in aciem educi adverſus Eccleſiæ hoſtes, videre mihi videor Zorobabelem, & Nehemiam una manu templum ædificantes, manuque altera tenentes gladium; dumque in hac imagine deſcriptam Tuam, Eminentiſſime Princeps, contemplor in curandis Eccleſiæ, ac Religionis rebus liberalitatem, magnificentiam, & pium ſtudium; Deum ſine ceſſatione obteſtor, ut ea, qua illi felicitate ſuam Rempublicam reſtituerunt, coepta ipſe tua perficias; faveat ille, quæſo, precibus meis, imo totius Eccleſiæ voto propitius annuat, ut quæ magna, & præclara, Teque Authore digna, ad ipſius obſequium, ejuſque Eccleſiæ utilitatem moliris, æqua poteſtas, vitæque diuturnitas ſequantur.

LE-

LECTORI.



SANCTI EPHRÆMI Opera e Syriaco in Græcum Sermonem verterunt bene multi, admodum pauci Græca Latina fecerunt, nemo hactenus vel verſionem Græcam perfecit, vel reliqua cum Latinis communicavit, quæ Græcorum, & Syrorum hodie quoque manibus teruntur. Cauſa non ultima fuit Codicum inopia, quam nuper ſupplevit Literarum Mecœnas Clemens XI. deditque, ut Codices haberemus, ut autem iiſdem frueremur Angelus Maria Cardinalis Quirinus Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis Bibliothecarius, Magnus ſecundum nomen ſuum. Jam ſi Codicum ætatem rogas, ante mille circiter annos omnes deſcripti fuere in ipſo Sancti Doctoris patrio ſolo in Meſopotamia, indeque ad Monaſteria Nitriæ in Ægyptum translati; ſi quis abnuat, ſubſcripta legat Librariorum autographa, Literarumque notas examinet vetuſtate fatiſcentes. Quantus inde labor Interpreti pararetur, conjectare difficile non fuit, quum ante oculos eſſet literarum conſonantium, quem dixi, defectus, & vocales nullatenus nullibi apparerent, quibus ſuppreſſis, jam dimidia fere pars textus occultabatur; commune hoc eſt Syriaco cum Hebraico Sermone vitium, uti eſt commune Alphabetum, idemque graviſſimum, accedente præſertim ex Amanuenſium feſtinatione, aut imperitia literarum ſimilarium confuſione, in utroque Charactere frequentiſſima, quæ verborum poteſtatem reddit incertam, ambiguam, & dubiam. Hinc illæ in Sacro textu natæ variæ lectiones variantibus Codicibus, & alterum pro altero elementum perperam ſupponentibus. Nec inde minor difficultas, quod literis decem ſeculorum uſu detritis, non modo integræ Syllabæ, ſed etiam voces exciderant, nudæque tantum areæ uti in calvitiis, & glabretis fieri ſolet, extabant. Quamquam hujuſmodi vitium improbo labore emendari potuit, & ex ipſa orationis ſtructura, & compage deprehenſus defectus ſuppletus eſt, non item vaſti hjatus, quos ſola Exemplarium collatio implere potuiſſet, atqui iſta minime ſuppetebant.

Aſſem. in Ephr. tom. primo Bibl. Orient.

Habet præterea S. EPHRÆMUS ſtylum exotica, ut ajunt, olentem unguenta, qualem nimirum omnes antiqui magnique Scriptores, nec minus verbis, quam ſenſibus ſuper communem vim uſumque aſſurgentem: utitur vocabulis ſuâ quidem ætate plerumque notis vulgatiſque, nobis vero peregrinis, & penitus ignotis. Indicat locorum ac perſonarum nomina, quorum Synonyma à Græcis, aut à Latinis incaſſum petas. Quis enim tibi *Seman* reddat Romanorum Imperatorem, aut *Arachum*, *& Acharum*, *Calanem*, *& Caleem* celeberrimas olim in Aſia Urbes; quiſve perinde non hæreat ad vocabula, quibus Syri ſecula ante quatuordecim arcana Religionis explicare ſolebant. S. EPHRÆMUS vocem ܡܫܝܚܐ *Salmo* ad ſignificandam Divinam Chriſti Perſonam adhibet, quæ tamen ex etymologia Hebraici vocabuli Selem צלם *ſpeciem*, & ex Divinæ Scripturæ frequentiſſimo uſu ſimulacrum, & idolum proprie deſignat: item ſimile alterum ܩܢܘܡܐ *Knumo*, cui nullum Latinum vocabulum exacte reſpondet. Hujuſmodi bene multæ incidunt voces multiplicis dubiæque poteſtatis. ܐܬܘܬܐ *Ituto*, ܐܘܕܝܘܬܐ *Odſcio* ad exponenda Trinitatis, Incarnationis, & Euchariſtiæ Myſteria uſurpatæ.

ܟܝܘܢܐ *Chiono* ܡܣܬܐ *Melto*

Jam ſi hinc ad exploranda Heterodoxorum paradoxa progrediaris, ſtatim horrendas crepidines, & ſalebroſas exilitates offendes, quas nihilominus ſuperare neceſſe eſt, dum ad Marcionitarum, Manichæorum, Valentinianorum, & Bardeſaniſtarum cubilia pervenias. Saltum hunc pertentarunt alii, ſed nemo fortaſſe certiore veſtigio, quam Sanctus EPHRÆMUS, feras videlicet in ſuo patrio ſolo natas inſequitur. Quam vero moleſtum, quam operoſum Interpreti dubia dubiis, obſcura obſcuris, griphos griphis reddere conanti! Sed age quum B. EPHRÆMUS ſolutæ orationi metrum perſæpe prætulerit, quod cantus ſuavitate diſciplinæ aſperitatem temperandam duceret, velletque delectare morando. Incidunt inter Opera S. Doctoris Tractatus metrici quamplurimi, quales fermè ſunt omnes Sermones Divinæ Scripturæ explanationibus in hoc Tomo ſubjuncti: Serviendum itaque fuit licentiæ, quam Poetica ſuo jure ſibi vindicat, ſeu dum inter metri anguſtias malignos tranſitus molitur; ſive dum eam, quam ejuſdem natura petit jucunditatem affectat, ſic ut ſibi licere putet, figuris tropiſque permiſcere omnia, &, ut magnus Autor ajebat, alia lingua loqui. Inde fit, ut tantum non ubique occurrant, verborum prætermiſſiones, & detractiones: improviſi tranſitus ab una ad aliam rem, digreſſiones, & reverſiones, Hyperbatum confuſiones, & paremboles nihil ad inſtitutum per-

Cic. or. pro Ar.

pertinentes, & ea quæ Græci ἀναπόδοτα, & ἀναπόλυθα nominant. Quæ quidem etsi orationem plerumque ornent, frequentissime, etiam vehementer obscurant. In Latinum sermonem Græcos Scriptores vertere aggressus aliquando Cicero, nonnullas illustriorum Rhetorum orationes, & Platonis Timœum quum transtulisset, subduxit manum, insuavis, & illiberalis curæ pertæsus.

Sed enim vero ut hæ, & hujusmodi difficultates ab iis, qui Græca vertunt, plurimum nec sane immerito exaggerentur, nulla meo judicio illam æquare dicetur, quam ex literarum vocalium ellipsi nasci diximus in Syriacis; iis quippe subtractis, unde fiet vox? nisi fingas loquentia sine voce elementa, uti ratiocinantes sine mente feras, Poetæ finxerunt. Quamquam in hoc peccasse primos literarum Inventores Chaldæos, nil mirum, ars naturam imitatur, utraque paulatim, & per modica incrementa enititur ad summa; est tamen quod miremur, & jure miremur, Chaldæos, & Syros, qui eodem Alphabeto ut sermone utuntur, in diuturno illo imperio, quo nullum diuturnius fuit, scribendi artem, aut ab ipsis inventam, aut si placet, à Phœnicibus acceptam, perficere minime conatos, sed in ambiguis dubiisque notis conquievisse.

Porro si qua de Carmine Syriaco dicenda forent, (nam postrema hujus Tomi pars tota metrica est) satis docte, & erudite exposuit Cl. Assemanus Tomo primo Bibl. Orient. in Ephræmo, & Balæo; paucis hìc proinde te morabor. Syriaca Poesis ab Hebraica parum vocibus, minimum metro discrepat, utraque antiquissima, & magno semper in honore habita est velut Sacrorum Interpres, Custos Religionis, Nuncia Divinitatis; Syriacam tamen, seu Chaldaicam Hebraica antiquiorem esse verisimile est, quum Hebræi à Chaldæis originem duxerint. Neutra Syllabarum quantitate versum definit, sed numero. Septimam Syllabam versus non excedit, nec à quarta deficit. Sanctus EPHRÆMUS Heptasyllabo plerumque usus est, Tetrasyllabo ter repetito S. Jacobus Sarugensis, quibus etiam sua ambo transcripsere nomina, Balæus pentasyllabo.

Cæterum quum Græci Sacram Hymnodiam tandem aliquando ad octo Tonos redegerint, & intra hos limites hodieque se contineant, Syri per tonos septuaginta quinque supra ducentos vagantur, quos libri Ecclesiastici sparsim exhibent, dum proprios inscribunt singulorum Hymnorum frontibus: nec vero aliam agnovisse Syros canendi regulam probant nostri Codices, in quibus leguntur sub initium singularum cantionum Hirmi, ut Græci vocant, à quibus tropatiorum seu strophorum in ea Ode canendarum consequentia, & series ducenda est. Stephanus Syrorum Maronitarum Patriarcha in Opusculo de Tonis Syrorum conatur, eos ad sex classes redigere. *Prima*, inquit, *versibus bimetris constat, secunda trimetris, tetrametris tertia, quarta pentametris, quinta exametris, sexta variat, membrisque simplicibus, & compositis compingitur*. Deinde universam Syrorum sacram Poesim ad certos titulos reducit velut carminum species, quas Cl. Assemanus loco supra laudato tetigit ex parte, & omnes ex antiquis Codicibus sibi oblatis recensuit noster Patriarcha. Sunt autem tredecim, & omnes conveniunt, ut aliqua metri lege decurrant, discrepant autem modulatione, nonnulli etiam argumento. Quod cum Græcis, & cum Latinis constat, Hebræis Syrisque commune. Quod ad Orthographiam pertinet; sicubi in metris Stellula occurrat versibus superaddita, si subjectum punctum habeat, strophorum finem indicari scito; si eo careat, ad versuum solummodo distinctionem fuisse adjectam puta.

At tu, candide Lector, neque enim plus te detineo, ad hanc lucubrationem sic accedas, ut intelligas, pro mea me tenuitate conatum explere ambas optimæ interpretationis partes, summam videlicet fidem in exponendis sententiis, & in exprimendis verbis curam. Quum autem non inepte dictum sit, omnem virtutem esse mediocritatem, ineptissime profecto reprehenditur Interpres, qui etsi sententias sententiis religiosissime exæquet, verba tamen verbis Lectori non semper annumeret. Quare tanquam importuni, inhumanique repellendi sunt Censores, qui in privati Doctoris versione eam Interpreti libertatem negent, quam in transferendis Divinis Scripturis suo Interpreti æquissimo judicio indulsit Ecclesia. Multas hìc ex vulgata Bibliorum versione perjochas proferre in promtu foret, si vel locus caperet, vel illæ ante oculos non essent, in quibus Interpres ab Hebraica, Chaldaica, Græcave phrasi discedit; sunt contra aliæ, in quibus, dum verba consectatur, sensum mirum quantum obscurat! Quis enimvero intelligat illa Psalmi 91. *Bene patientes erunt, ut annuntient*, ex Græco ad verbum expressa: Et illa: *Accepisti dona in hominibus*, Psalm. 67., quam opido consultius eandem perjocham Apostolus, immutatâ Sententiâ, mutatis verbis transtulit: & S. Matthæus Hebraicos Textus citans, voces invertit, ne sensum perverteret. Quamobrem quum B. EPHRÆMI Opera Latina facerent Zinus, & Vossius S. Hieronymi methodum in vertendis Divinis Scripturis, ac traducendis Origenis Lucubrationibus sequi maluerunt, quam

quam Sanctis Pagnini, & Ariæ Montani, aut Malvendæ, Mercerive diligentiam imitari. Dixi, me te paucis hìc moraturum, quare si plura scire desideras, consule magnum hujus artis Magistrum Tullium in Oratore atque ample, & ut solet, ornatissime ipsum hoc punctum versantem, accurate perlegito. Quia vero propositam ab eo methodum quidam Interpretes sequi noluerunt, vel assequi non potuerunt, alios in arte magis peritos ab ipsis cusa coegerunt recudere, novisque curis factas ab illis versiones reficere. Consulesis Dionysii Petavii ad S. Epiphanii versionem prolegomena. Unum addam, quod Tullius minime animadvertit, sed nec subolere potuit, opido longius distare Syriaca, quam Græca Latinis; & Græcas quidem fabulas ad verbum Latinè expressas, idem Cicero meminit, seque longam Epistolam totidem verbis transtulisse affirmat, utque par est de tali Interprete opinari, elegantissime; id autem in Syriacis, Linguisque huic affinibus nullus Interpres, quantumlibet disertus præstare se posse confidat, quin simul in pedestre, & populare, quandoque etiam putidum dicendi genus prolabatur. Præterea in qualibet Lingua, omnium autem maxime in Linguis Orientalibus, voces incidunt, quas sine periphrasi in alium Sermonem nunquam transtuleris; quod scite notavit S. Basilius ad illud vocabulum primo Geneseos מרחפת *Merahephet*, cujus notionem, quum exponere unico verbo conantur Interpretes Græcus, & Latinus discerpunt. Et B. EPHRÆM ad vocabulum
1. *Reg.* 25. *Nabal*, in quo interpretando scribit, variasse sui temporis Interpretes ob propriæ quisque Linguæ inopiam; contra ob suæ copiam Syrus Divi Pauli mentem perfecte declarat
1. *Cor.* 10. in illis verbis: *Surget Corpus Spirituale*, hoc adjectum interpretatus vocabulo ܪܘܚܢܳܝܳܐ *Ruhonojo*, quod rem spiritualem non natura, sed attributione quadam, & improprie talem significat.

Hæc autem à me dicta sic habeto, non quod ipse præsumam, nihil vel in hac parte à me hactenus peccatum, sed ut, sicubi peccasse me deprehenderis, culpam mihi cum doctissimis Interpretibus esse communem intelligas, & nihil ex omni parte esse beatum; *Dedit alterum quippe Pater, & alterum negavit.* Ἕτερον μὲν ἔδωκε πατὴρ ἕτερον δὲ ἀνένευσεν. *Homerus.*

Postremum ne bis peccasse videar, si Viris optimis bene de me in adornando Opere meritis, meriti pretium simul atque memoriam interire sinam, beneficium, quod reddere non possum, testabor: nimirum inops, si bonus est Vir, etiam si referre gratiam non potest, habere certe potest, sique habeat, creditur retulisse. Hujusce porro officii partes primas me debere fateor Illustrissimo, & Reverendissimo Domino Stephano Evodio Assemano Apamæensi Archiepiscopo, qui Vaticanorum Codicum, quos supra memoravi, usum mihi expedivit, & quæ opus fuit, sua ipse manu transcribere dignatus est, sed, & qua pollet eximia literarum Orientalium peritia, & sacra profanaque eruditione præsentem Editionem summopere juvit. Deinde admodum Reverendo Patri Julio Vitellio Soc. Jesu Collegii Maronitarum de Urbe Rectori meritissimo, qui plures ex ejusdem Collegii Bibliotheca Codices optimæ notæ mihi utendos dedit humanissime. Postremum Reverendissimo Patri D. Emanueli Alipio Cœnobii SS. Marcellini, & Petri de Urbe dignissimo Abbati, à quo Arabica S. EPHRÆMI Acta in Tertium Tomum rejecta: Lexicon item Syriacum locupletissimum: necnon Syriacam utriusque Testamenti versionem ex Vaticano codice transcriptam accepi.

Præteritum in hoc censu Josephum Simonium Assemanum non est quod mirere, quum hujus Clarissimi Viri in promovendis Orientalibus literis conatus, & pro Ephræmianorum Operum Editione labores: preclara insuper gesta in gemina Legatione à Summis Pontificibus ad Ægyptios, & Syros Maronitas demandata: Edita denique in maximum Reipublicæ Literariæ commodum volumina, Alpes tanta celebritate famæ transvolarint, tranarint maria, Ægyptum, & utramque Syriam impleverint, ut, præsente Leone, ejus vestigia hoc in loco quærenda non essent.

SE-

SERIES ET ORDO EORUM

Quæ in hoc secundo Tomo continentur.

Explanatio in JOB pag. 1.

ESAIAM pag. 20.

JEREMIAM pag. 98.

THRENOS JEREMIÆ pag. 163.

EZECHIELEM pag. 165.

DANIELEM pag. 203.

HOSEAM pag. 234.

JOELEM pag. 249.

AMOS pag. 255.

ABDIAM pag. 169.

MICHEAM pag. 272.

ZACHARIAM pag. 285.

MALACHIAM pag. 312.

In Selecta S. Scripturę loca Sermones exegetici XI. pag. 316.

In Natalem Domini Sermones XIII. pag. 396.

Sermones Polemici adversus Hęreses LVI. pag. 437.

SAN-



Quirc. Sebastian. Conca inu. Io. Baptista Sintes sculp.

S. PATRIS NOSTRI EPHRAEM SYRI IN LIBRUM JOB EXPLANATIO.

QUIS FUERIT HUJUS LIB. AUTHOR?

IOBI librum Moyſes ſcripſit, veriſimile tamen eſt, ipſum legiſſe habitam ab eodem cum Amicis de ſua tentatione diſputationem, quam ab ipſomet Job literis mandatam velut patientiæ ſuæ monumentum, conjectare licet ex illis verbis: *Quis mihi det, ut ſcribantur ſermones mei?* Cæterum cum Moyſes pervulgatum nomen, & genealogiam Jobi reticuerit, videtur arcanam, occultamque ejuſdem hiſtoriam manere voluiſſe, veritus fortaſſe, ne ſi paſſim in vulgus efflueret, dignitas promiſſionis Abrahamo factæ, quæ quidem ad ejuſdem poſteros pertinebat, non item ad gentes, non nihil detereretur. Rurſus ne ex laudibus Jobi laqueus Hebræis fieret, quo legem Moyſis contemnerent, dum Jobi geſta mirantur. Atque indidem anſam caperent, ad inſultandum in ipſum legislatorem, garriendo: Prophetam à Deo datum fuiſſe in exemplar, & documentum virtutis ipſo Moyſe antiquiorem. Porro qui Job hìc appellatur, proprio nomine Jobab dicebatur, Zaræ filius, Eſau pronepos: atque ab Abrahamo quintus, quod ſic demonſtratur. Jobabi Pater Zara fuit filius Rahuelis, Rahuel Eſau, Eſau Iſaac, & hic Abrahæ. Jobi Patria Urbs fuit in finibus Idumeæ & Arabiæ in terra Mathanin, quam poſtmodum Moyſes, interfecto Rege Og, dimidiæ tribus Manaſſis ditioni adjecit, poſitaque erat è regione Jordanis Orien-

Scholion.

tem verſus. Rex fuit Job, ſimul & Sacerdos atque gentium Propheta. Et Regem quidem illum fuiſſe colliges ex ejus ſucceſſore Og, atque aliorum Regulorum ſerie, qui deinceps in Auſitide regnarunt. Eundemque Sanctiſſimo ſacerdotio præditum fuiſſe teſtantur ſacrificia ab ipſo oblata pro expiandis filiorum noxis, ex quovis pravo animi ſenſu contractis. Prophetico demum ſpiritu fuiſſe plenum oſtendunt, quæ modo enarrare aggredimur. Prophetavit Job per annos quadraginta ſupra centum, Chriſtique adventum anteceſſit annis ſeptingentis viginti quinque ſupra mille.

Gen. 36.

EXPLANATIO

CAP. I. v. 1. VIR *erat in terra Hus nomine Job*: nam & ſi plures Auſitidem habitarent incolæ, nullus tamen erat, pietate & innocentia Jobo comparabilis. *Eratque Vir ille magnus*, ideſt: magni nominis, & omnium ſermone celebratus. At ne quis iſta putaret humano geſta fuiſſe conſilio, Deus quæ hìc numerantur opes diſperire minime paſſus eſt: imo capillum, ait, qui perditis rebus cæteris ſuperaverit, ipſi exauctum volo. *Et ibant* v. 4. *filii ejus & faciebant convivium cum ſororibus ſuis*. Veriſimile eſt, iſthæc convivia exhibita fuiſſe ſtatis quibuſdam ſolennitatibus, puta natalibus diebus ſingulorum. *Nudus egreſſus* v. 21. *ſum de utero matris meæ*. Ideſt non ſceleribus, non flagitiis coopertus. *Et nudus revertar*, purus & innocens. Adeo ſanctæ ſimplicitatis tenax erat, ut facile putares, illum nec à recto deflexiſſe unquam, nec in poſterum à virtute declinaturum ad vitia.

NOTA. Simile quidpiam habet Clemens in Catena. *Nudus à ſcelere & peccato*, non quod Originis peccatum ignorarit, ut hìc adnotavit Comitolus, ſed quod Jobus in materna alvo parentali & communi labe, poſtquam eam contraxit, ſe liberatum crediderit. Alioquin ſecum pugnaret, qui cap. 14. 4. aſſerit nec infantem, *cujus unicus dies vita eſt*, a peccato eſſe immunem. Præterquamquod S. Ephraem in numero plurali loquitur, quare de peccatis actualibus, quæ multa ſunt, non de Originali noxa, quæ una eſt, hìc ſe agere ſatis oſtendit.

CAP. II. v. 1. ET *venerunt filii Dei, ut ſtarent coram Domino*. Filios Dei dicit Juſtos, quo etiam nomine David illos appellat. *Ego*, inquit, Pſal. 81. 6. *dixi vos Dii eſtis*. Et probabile eſt eos fuiſſe ipſum Job, ejuſque filios. *Venitque Satan, & ſtetit in medio eorum*. Quemadmodum ſtare viſus eſt ad dexteram Jeſu filii Joſedech. *Pellem pro pelle*. Pellem ſcilicet pe- v. 4. corum, quin & filiorum dabit quis pro pelle propria. *Verumtamen animam illius ſerva*. v. 6. Hoc ait non quaſi Diabolo tantum interdicens, ne Jobo vitam eripiat, ſed *ſerva eum*, inquit, ideſt: cave etiam, ne illum mentis judiciique ſtatu dejicias. Sic enim Deus

rem

A rem disponebat, ut Diabolus facti evidentia convictus fateretur, Jobum nec tantis quidem pulsatum malis ad blasphemandum adduci potuisse. *Et percussit eum Satanas ulcere à planta pedis usque ad verticem ejus*. Ita tamen, ut Job simul intellexerit, eò illustriorem victoriam fore, quo graviorem plagam Diabolus intulisset. *Et accepit testam, ut se inundaret in ea*. Idest, vel ut in eam pus excrearet; vel ut eadem suæ carnis saniem scalperet. Hìc observa, Satanam uxori Job minime nocuisse, non quod ipsi parceret, sed ut illam suæ nequitiæ faceret instrumentum. *Et condixerunt Eliphaz Thaimanites, & Baldad Suhites, & Sophar Neathites, & venerunt ad eum*. Interim dum casum Amici explorant, dum de profectione deliberant, haud dubium est, complures fluxisse dies. Reguli autem erant omnes, & viri principes. Tres Amici Job figuram gessere Pontificum, Sacerdotum, & Prophetarum, qui in populo Hebræorum floruerunt. Et septem filii Job repræsentant Antistites Ecclesiæ, Apostolos, Prophetas, Miraculorum, & Curationum dono præditos, Moderatorum adjutores, Presbyteros, & Diaconos. *Et sederunt in terra Amici Job septem diebus*. Designant longum post Adæ lapsum Sanctorum luctum, quod ad ima corruisset, qui summa tenebat.

v. 7. v. 8. v. 9. v. 11. v. 13.

B

C

D

CAP. III. *Job.*

PEreat dies, in qua natus sum. En periit, quia non est illi substantia. *Non requirat eam Deus desuper &c.* Hic disce causam, quæ Emanuelem ad novam in Carne nativitatem adduxit: peccatum scilicet Mundi, adventus Christi causa fuit. *Cur detur lux laborantibus?* Id est: à summo ad ima depressis mei similibus.

v. 3. v. 4. v. 20.

E

CAP. IV. *Eliphaz.*

ECCE corripuisti multos? Ostendit Jobi operâ plures correctos, ejusque consiliis & monitis ad bonam frugem fuisse revocatos. *Et manus trementes corroborasti*. Id est, quandoquidem alios hortabaris ad perferendas forti animo, quas inciderant, calamitates, æquum est, te in tuis malis patientiam adhibere. *Recordare, quæso, quis innocens periit?* Congruunt illa, *si filius Dei es descende de Cruce & credimus tibi*. *Qui ambulant in peccato*. Id est quicumque hominum flagitiosorum moribus vivunt. *Et ad me verbum furtive factum est, cum altus sopor occuparet homines*. Id est: in silentio profundæ noctis vidi eum, cujus similitudinem effingere non possum. *Timor excivit me, & horruerunt pili carnis meæ*, arrecti, pavore totum corpus succussante.

v. 3. v. 4. v. 7. v. 8. v. 12. v. 14.

F

CAP. V. *Eliphaz.*

Stultum enecat zelus. Id est justitia Dei. *Vidi impium prosperatum. Et extemplo peribit habitaculum ejus*. Hæc sententia quadrat in Judæos & in Diabolum. *Et tabescent siti. Et sitibundus rapiet substantiam illorum*. Id est: cum universa substantia sua pessumdabuntur. *Et filii pennatorum levabunt super eum pennas*. Significat causam calamitatum, quas homines patiuntur, peccatum esse. Item aliter: Filios Aligerum appellat Angelos, qui a Deo mittuntur vel ad vindictam & correptionem nostram, cum deliquimus; vel ad salutem, & custodiam, postquam egimus pœnitentiam. *In sex tribulationibus eruet te, & in septima non perveniet ad te malum*. Hinc conjectant per sexennium Job in sterquilinio tribulationis jacuisse, totoque hoc spatio ejus patientiam fuisse tentatam, atque anno septimo liberatum fuisse.

v. 2.
v. 3.
v. 5.
v. 7.
v. 19.

CAP. VI. *Job.*

Quæ est fortitudo mea, ut sustineam? Id est absque Dei adjutorio hæc omnia mala ferre non possum. *Fratres mei mentiti sunt, sicut torrentes, & sicut rivi, qui pertranseunt*. Aquæ torrentium è Cœlo cadunt, & symbola sunt oraculorum, & vaticiniorum, quæ ad Hebræorum populum per Prophetas quasi per mysticas nubes deferebantur, velut imbres è Cœlo cadentes. *Qui timent pruinam multiplicata est super eos nix*. Judæi dum idololatriam fugiunt, ecce jam facti sunt velut gens sine Deo. Longe enim gravius peccant post Crucem, quam ante Crucem peccaverant, quanto nix est infestior pruina.

v. 11.
v. 15.
v. 16.

CAP. VIII. *Baldad.*

Quousque ista loqueris? Sic Jobum excipit Baldad Suhites, quod ea, quæ ille pro veritate & justitia dicebat, ex arrogantia & fastu dicta interpretabatur.

v. 2.

CAP. IX. *Job.*

Multiplicavit vulnera mea etiam sine causa. Duo significat, & se non peccasse, cum nihilominus pœnam sustineret; & Christum quasi peccati reum passionum irreprehensibilium tentationem perpessurum. *Terram dedit in manum impii*. Cum anima potestati Diboli subjicitur, statim cogitatio & memoria justitiæ menti eripitur.

v. 17.
v. 24.

CAP. X. *Job.*

Pelle & carnibus vestisti me: nervis & ossibus firmasti me. Vitam & pacem fecisti mihi. Hìc Divini Verbi Incarnationem per assumtionem humanæ naturæ insinuat; Ista enim quasi ex persona Domini dicta ad Patrem referuntur. *Revelans profunda à sæculo*. Congru-

v. 11.
v. 12.

A Congruunt quæ apud Esaiam de Christo leguntur. *Ut diceres his qui vincti sunt: exite, & carcere clausis: revelamini.* *v.* 13. *Esa.* 48. *v.* 9.

CAP. XI. *Sophar.* *v.* 7.

Manifestationem Dei potesne cognoscere, aut super terminum potentis assurgere? Id est: nostin, quid Omnipotens in fine operum suorum sit facturus? Cedo nobis experimentum in rebus cæteroqui patentibus & manifestis: edissere nobis Cœlorum sublimitatem, & reliqua. *Et tunc laboris tui oblivisceris,* *v.* 16. *& quasi aquarum præterfluentium recordaberis.* Prænuntiat pœnam ad correptionem inflictam tandem desituram. *Et ex meridiana Luce egredietur* æviterna vita: præterea ex dolore voluptas sequetur, & gaudium mœrorem excipiet. *Eritque nubes quasi matutinus fulgor.* *v.* 17.

CAP. XII. *Job.* *v.* 4. *v.* 19.

C *Invocabis Deum, ut auferat stultitiam, & iniquitatem.* Id est: Legum auctoritate, & severitate pœnarum hominum audaciam, & nequitiam compescat. *Adducens Sacerdotes in stuporem.* Hæc utique referenda non sunt ad filios Aaron; nec enim extabant, sed ad Sacerdotes, quales fuerunt ipse Job & Melchisedech. At si de Sacerdotibus veris sanctis sermo est, quo pacto dicentur adduci in stuporem? Eo scilicet, ut obstupescant, & admirentur mirabilia, quæ Dei consilio, & numine adversus impios geruntur. Pergit Job hìc narrare res admirandas, quæ Divina vi, atque voluntate fiunt in pelago, in Gentibus, in Regibus & Ducibus, atque iis, qui viribus præstant, armaque tractant & ad prælia vocantur. Deinde subdit.

CAP. XIII. *Job.* *v.* 1. *v.* 12.

E *Et Hæc quidem* quæ hactenus exposita à me sunt, *quædam ipsemet testis præsens spectavi, alia ex aliorum narratione didici. Mementote, quod humo constat potestas vestra.* Id est reminiscimini homines vos esse, atque inter homines versari. *Etsi occiderit me ipsum* *v.* 15. *præstolabor.* Id est etiamsi interfecerit me sustentabo me spe mea & confidam in eum. O Virum admirabilem, qui occidendus interfectorem suum laudat, & spectat. Novit enim quod si ille vitam eripiat, idem, qui est Abrahæ Dominus, eam restituet, crediditque, Deum etiam mortuos posse redhibere vivos. *Ego adducam judicium meum.* Id est ipse mei judicii telam retexam, & suo singula ordine disponam; *Manum tuam ne longe facias à me.* *Manum*, ait, *tuam*, quæ me utique obumbrat & protegit, ne quæso contrahas, procul-ve amoveas, & formido tua, quæ hodie me perculit, oro ne me in posterum exagitet. *Contra me memoras delicta adolescentiæ meæ.* *v.* 18. *v.* 21.

Propter-

v. 26. *Proptereaque levasti contra me correptionem, & posuisti in nervo pedes meos*. Ideſt pedes meos
v. 27. quasi nervo, dolore premis. *Pedum meorum fortitudinem consideras, ea ipsa est quasi detritus uter*. Ideſt: Hunc hominem quantus quantus est, insequeris vestigans vias ejus, qui detriti utris in modum contabuit.

A ܐܦܟ ܕܟܝ ܕܢܙܘܥܐ ܘܫܝܡ ܒܟܒܠܝ ܪܓܠܝ ܘܒܛܪ ܟܠ ܫܒܝܠܝ ܕܐܢܫ ܗܢܐ ܕܐܝܟ ܕܒܛܐ ܕܡ̈ܐ ܢܬܒܙܥ ܘܐܝܟ ܐܣܟ ܕܐܒܪ ܒ

ܐ ܐܝܟ ܕܡܢ ܚܫܚܐ ܠܟ ܘܡܠܠ ܠܐ ܝܕܥ ܐܢܫ ܡܐ ܢܫܬܘܐ ܒܪ ܐܢܫ ܕܢܙܕܕܩ ܗܐ ܕܐܝܬ ܒܥܠ ܕܝܢ ܠܐ ܡܗܝܡܢ ܒܩܕܝܫܝܗ ܘܫܡܝܐ ܠܐ ܙܟܝܐ ܒܥܝܢܘܗܝ ܐܦ ܟܠ ܕܡܪܚܩ ܡܢ ܒܝܬ ܐܒܘܗܝ ܘܡܢ ܒܛܢ ܐܡܗ ܢܦܩ ܠܡܐ ܕܢܫܬܟܚ ܠܗ ܐܦ ܐܢ ܠܐ ܐ

CAP. XVIII. Baldad.

INtelligite & postmodum loquemur. Quare v. 2. *æstimati sumus quasi pecudes, & sorduimus* v. 4. *in oculis tuis?* Quasi homines hebetes & stu- v. 5. pidi. *Animam suam in furore suo interficiens.* Proprio utique scelere. *Et hebescet flamma ignis illius.* Illius inquit, quandoquidem quem ipsi comminatur Deus, ignis nunquam v. 9. extinguetur. *Et comprehensus est pes ejus laqueo* iniquitatis & peccati. *Roborabunt se adversus* v. 12. *eum sitibundi* sitientes sanguinem. *Et contri-* B *tio statuta est generationibus ejus*, ab inopia v. 13. scilicet, & fame. *Et in violentia mortuorum primogenitus ejus.* Ideſt atroci & violenta v. 14. morte occumbet. *Et festinare cogent illum ter-* v. 15. *rores Regis.* Ideſt lictores à Rege missi. *Spar-* *getur super locum ejus sulphur.* Impii supplicium v. 16. fore simile designat excidio Sodomorum. *Deorsum radices ejus arescent, & desuper vindemia ejus decidet*, adeo ut utilium nihil v. 20. nullibi Impio superet nec intra, nec supra C terram. *Super dies ejus novissimi stupebunt: Et primis præ pavore capillus inhorruit*, cum ejus interitum & ruinam spectarent.

CAP. XIX. Job.

VSquequo affligetis animam meam iniquis v. 2. *sermonibus, meumque dolorem exasperabitis?* Hæc spectant vel filios, & facultates quas amiserat, vel eleemosynas & pia opera, v. 12. quæ fecerat. *Simulque venere contra me missi* D *ejus*, quæ dudum acciderant mala nuntiantes. *Pellis mea & caro mea adhæsere ossibus* v. 20. *meis, & evasi in pelle dentium meorum.* Ideſt, quasi cadaver exangue relictus sum. Cutis mea amisso succo aruit & caro tabe consumta, defluxit à corpore. *Et calamo ferreo* v. 24. *& in lamina plumbea.* Utinam quemadmodum benefacta mea divinæ menti nunquam excident; sic mea dicta posteris scripto prodantur. *Ego scio, quod Redemptor meus vivit, &* v. 25. *in fine super terram revelabitur.* Hìc beatus E Job Emanuelis in carne manifestationem in fine temporum futuram vaticinatur. *Viderunt* v. 27. *lucem renes mei.* Ideſt lux ejus exorietur renibus meis.

CAP. XX. Sophar.

VIdentes illum dicent, ubinam est? Avo- F *lavit gloria ejus, & fugiet quasi visio no-* v. 7. *cturna*, pœnas, quas meruit, daturus. *Et* v. 8. *manus illius ad sobolem extenta.* Ideſt Manus Dei posteris Impiorum imminet, & in- v. 10. tentat pœnam. *Et obsidebit eum caligine.* Ideſt Impium Deus tenebris obruet sem- v. 16. piternis. *Fel Draconum suget.* In calamitatibus quæ supervenient ei. *Nec lætabi-* v. 17. *tur in divisione fluminum, nec in torrentibus mellis & Butyri*, in monte Calvario divisa fuerunt hæc flumina: quo circa torrentes

ܐܠܗܐ ܕܢܚܘܠܗ ܘܠܐ ܡܫܬܘܕܥ ܒܗ ܡܢ ܫܘܠܝܗ ܕܝܠܗ

ratores, qui Iſraelitas terruerunt, obliti eum, qui ipſos genuerat, & horrendis plagis ex
v. 21. Ægypto eduxerat. *Et parem illi ſe fecit*, beatum Job ſugillat, tu te Deo, inquit, virtute & robore æqualem eſſe reris, ipſique adverſa fronte reſiſtis: tu tuis proventibus impios locupletaſti, quibus Deus ademerat opes. Verumtamen *ſi pœnitentiam egeris ad Deum, ædificaberis*. id eſt in priſtinum ſtatum reſtitueris. *Et erit Deus adjutor tuus*, qui perinde quaſi abeſſet, curam ſalutis tuæ abjeciſſe videbatur. *Et argentum ratiocinationum erit tibi*. id eſt rationes accepti & dati adjiciet, efficietque te fœneratorem.

CAP. XXIII. Job. v. 2. HOdie quoque *amara futura eſt allocutio mea*. id eſt acerba & moleſta accidet oratio mea, auribus veſtris ſive meis, vel alio ſenſu. Ipſi veſtris ſermonibus compellitis
v. 4. me uti oratione paulo aſperiore. *Verumtamen perfecit ſtatutum ſuum*. id eſt nihilominus Deus, præter multa, quæ dudum ab eo paſſus ſum, habet aliud ſimile, quod agat mihi.
v. 17. *Non enim tacui, cum ſe tenebræ obtenderent & caligo incumberet*.

CAP. XXIV. Job. v. 6. Ibid. SEgetes *in agro non ſuo demetent*. id eſt quæ ipſi non ſeverant, colligent, & ex aliorum labore ſibi meſſem habebunt. *Vineas Impiorum ſerotinas faciebant*. id eſt Vineas ſceleſtorum hominum pauperes direpti ſpoliatique ad ſeram vindemiam producebant. *Et*
v. 10. *inter epulas curuarunt cervicèm*. id eſt Impiorum famuli, dominis helluantibus, eſurierunt.
v. 12. *De civitate mortui ingemiſcebant*. id eſt qui, hiſce ærumnis confecti perierunt, mæſta olim
v. 15. duxere ſuſpiria. *Et oculi Mœchorum obſervant tenebras*. id eſt obnubunt frontem, ne ſuo in ſcelere agnoſcantur. *Peccaverũt Seducti ab utero* quos proinde quaſi abortiva ab utero extinctos, *ſuxit Tinea*. id eſt eroſit & abſumpſit. *Nec ſterilis mala pariet*. id eſt nec triſte
v. 20. ſepulcrum peccatorem ante conſtitutum diem
v. 21. ſinet ad ſuperos remeare. *Et conteretur quaſi*
v. 20. *lignum peccator*. id eſt in pulverem redigetur, quaſi lignum fragile & carioſum. *Et ſi*
v. 25. *ita non eſt furor ejus, mendacii me coarguat*. id eſt ſique Peccatores in eam, quam dixi contemptionem non venerint, ira Dei, me mentitum fuiſſe revincat. *Expendatur quæſo*
v. 25. *ſermo meus coram Deo*, atque me vera locutum fuiſſe comperietur.

C. XXV. Baldad. v. 5. STellæ *non ſunt mundæ coram eo*. Non enim proprio arbitrio ſua diſpensãt tempora; ſed ex lege ſibi ſtatuta ortus & occaſus ſui momenta norunt.

ܕܐܝܟ ܕܐ ܢܦܩ ܡܢ ܐܢܬ ܐܘ ܐܝܟ ܕܐ ܐܬܠܡܕ ܡܢ ܐܢܬ ܐܘ ܐܝܟ ܕܐ ܐܫܬܐܠ ܡܢ ܐܢܬ ܐܘ ܐܝܟ ܕܐ ܐܫܬܡܥ

Sapientia autem eſt timor domini. Et ubinam gentium invenietur? cum margaritis, & auro atque gemmis præſtantior ſit, ejus tamen locus notus non eſt ſicut rerum, quas
v. 15. enumeravi, aurum argentum & gemmas. *Non dabitur pro ea aurum &c.* Docet Chriſtum rebus ſenſui ſubjectis emi non poſſe, ſed morum tantummodo innocentia & puritate cor-
v. 20. dis eſſe comparandum. Quod ſequitur: *Ubi nam ergo ſedet ſapientia?* Non inquit, in aliquo hujus Mundi loco, ſed in terra dumtaxat viventium, in regno & domicilio viventibus attributo, ſive in Deo qui eſt ſedes vivorum. Aliter: ſapientiam nimirum Chri-
v. 21. ſtum appellat. Quod autem ſubdit. *Abſcondita eſt ſapientia &c.* inſinuat: quavis ſimilitudine exprimatur Chriſtus, illum tamen eſſe ſupra omnem ſimilitudinem & ſpeciem, & quamlibet rationem nec Sanctis ullatenus comparabilem: eſto ſimilis illis & abſconditis ſuperiſque virtutibus dicatur, conſtat tamen iſtas nec oculos in eum poſſe defigere.

CAP. XXIX. *Job.*

Quis mihi tribuat, ut ſim juxta menſes priſtinos: Cum lucerna ejus panderet lumen ſuum ſuper me. Quis, inquit,
v. 2. mihi reſtituat dies, cum Deus ſuis ſe mi-
v. 3. hi operibus proderet; cum lucem lampadis ſuæ mihi affunderet, & incumbentibus circum tenebris, ſuo ſplendore colluſtraret.
v. 4. *Cum deſcenderet ſuper tabernaculum meu.* id eſt
v. 5. cum domi meæ me inviſeret. *Et juxta dies, quando Deus cuſtodiebat me.* id eſt quis mihi reddat dies, quibus ad meam cuſtodiam excubabat Deus? quiſve mihi tribuat ut me
v. 11. idem inpoſterum tueri pergat? *Auris, quæ me audivit, beatum me prædicavit, & oculus qui me vidit, teſtimonium mihi perhibuit.* Prædicavit ſcilicet, quæcumque recte & juſte agebam,
v. 13. & cœteris teſtabatur & commendabat. *Benedictio perituri ſuper me veniet.* id eſt benedictiones pauperis, qui, deficiente amictu, erat periturus, ego vero veſtem ipſi ſuppeditavi, hujus, inquam, benedictiones ſuper me venient. Aliter: Periturum intellige hominem Mundo ejuſque pompis mortuum, cui, cum perierit Mundus & ea quæ in Mundo ſunt, occurrit qui dicit; quicumque perdiderit animam ſuam propter me, inveniet eam. Hujus pauperis, ait, benedictio veniet ſuper me. *Ad inſtar calami*, qui intra annum implet incrementum ſuum. Quemadmodum calamus, inquit, per unius anni moras ad ſummum incrementum perducitur, ſic ego celeriter perficiar. Iterum ad calamum ſtateræ alludens innuit ſuum in juſtitia & veritate incrementum & perfectionem, quod rurſus
v. 14. inſinuat ibi. *Appendat me in ſtatera* & infra
inf. 31. 6. *Semel loquitur Deus &c.* Videlicet: ſtatim
inf. 33. 14. citra

ﭐﭑﭒﭓﭔﭕﭖﭗﭘﭙﭚﭛﭜﭝﭞﭟﭠﭡﭢﭣﭤﭥﭦﭧﭨﭩﭪﭫﭬﭭﭮﭯﭰﭱﭲﭳﭴﭵﭶﭷﭸﭹﭺﭻﭼﭽﭾﭿﮀﮁﮂﮃﮄﮅﮆﮇﮈﮉﮊﮋﮌﮍﮎﮏﮐﮑﮒﮓﮔﮕﮖﮗﮘﮙﮚﮛﮜﮝﮞﮟﮠﮡﮢﮣﮤﮥﮦﮧﮨﮩﮪﮫﮬﮭﮮﮯﮰﮱﯓﯔﯕﯖﯗﯘﯙﯚﯛﯜﯝﯞﯟﯠﯡﯢﯣﯤﯥﯦﯧﯨﯩﯪﯫﯬﯭﯮﯯﯰﯱﯲﯳﯴﯵﯶﯷﯸﯹﯺﯻﯼﯽﯾﯿﰀﰁﰂﰃﰄﰅﰆﰇﰈﰉﰊﰋﰌﰍﰎﰏﰐﰑﰒﰓﰔﰕﰖﰗﰘﰙﰚﰛﰜﰝﰞﰟﰠﰡﰢﰣﰤﰥﰦﰧﰨﰩﰪﰫﰬﰭﰮﰯﰰﰱﰲﰳﰴﰵﰶﰷﰸﰹﰺﰻﰼﰽﰾﰿﱀﱁﱂﱃﱄﱅﱆﱇﱈﱉﱊﱋﱌﱍﱎﱏﱐﱑﱒﱓﱔﱕﱖﱗﱘﱙﱚﱛﱜﱝﱞﱟﱠﱡﱢﱣﱤﱥﱦﱧﱨﱩﱪﱫﱬﱭﱮﱯﱰﱱﱲﱳﱴﱵﱶﱷﱸﱹﱺﱻﱼﱽﱾﱿﲀﲁﲂﲃﲄﲅﲆﲇﲈﲉﲊﲋﲌﲍﲎﲏﲐﲑﲒﲓﲔﲕﲖﲗﲘﲙﲚﲛﲜﲝﲞﲟﲠﲡﲢﲣﲤﲥﲦﲧﲨﲩﲪﲫﲬﲭﲮﲯﲰﲱﲲﲳﲴﲵﲶﲷﲸﲹﲺﲻﲼﲽﲾﲿﳀﳁﳂﳃﳄﳅﳆﳇﳈﳉﳊﳋﳌﳍﳎﳏﳐﳑﳒﳓﳔﳕﳖﳗﳘﳙﳚﳛﳜﳝﳞﳟﳠﳡﳢﳣﳤﳥﳦﳧﳨﳩﳪﳫﳬﳭﳮﳯﳰﳱﳲﳳﴀﴁﴂﴃﴄﴅﴆﴇﴈﴉﴊﴋﴌﴍﴎﴏﴐﴑﴒﴓﴔﴕﴖﴗﴘﴙﴚﴛﴜﴝﴞﴟﴠﴡﴢﴣﴤﴥﴦﴧﴨﴩﴪﴫﴬﴭﴮﴯﴰﴱﴲﴳﴴﴵﴶﴷﴸﴹﴺﴻﴼﴽ﴾﴿﵀﵁﵂﵃﵄﵅﵆﵇﵈﵉ﵐﵑﵒﵓﵔﵕﵖﵗﵘﵙﵚﵛﵜﵝﵞﵟﵠﵡﵢﵣﵤﵥﵦﵧﵨﵩﵪﵫﵬﵭﵮﵯﵰﵱﵲﵳﵴﵵﵶﵷﵸﵹﵺﵻﵼﵽﵾﵿ

A citra ambages & circuitus verborum juſtum ſe ſuo dicto demonſtrat. Nec queſtionibus indiget ut cauſam peragat, ſedes quippe judicii eſt: *Fregi molares Peccatoris*. Prædonem intelligit & rapto vivere aſſuetum. *Radices meæ plantatæ ſunt ſecus aquas*. id eſt in veritate & juſtitia: Proptereaque *in rore pernoctabam*. id eſt ſolutus ab æſtu curarum. *Et in meſſe vocabor*, nimirum ad præmiũ & retributionem. *Et quaſi homo mœrentium conſolator*, talis equidem illis aderam: nec injuriam pro benefacto cuipiam rependi.

v. 17. v. 19. v. 25.

C.XXX. Job. v. 6.

ET *cum vi exiliit adverſus eos, & in cavernas dejicientur, ſaxis, procelliſque conterentur*. Vindictam & pœnam deſignat à robuſta & ineluctabili virtute de illis capiendam. Adeo ut intra terræ & petrarum hiatus perfugium quærere cogantur, & in cavernas & ſpelæa ſeſe dejicere, eo quod multos contra jus faſque ſuperbè depreſſerint, tametſi patres eorum cenſeri cum canibus digni non fuerint. Item intra cavernas & ſordida loca adigendos fore dicens deſignat futuram eorum depreſſionem & ruinam, & ſubdit intra petrarum hiatus & tenebricoſos ſpecus deponendos, hoc eſt ſub humum condendos. *Gravant me oſſa mea*, propter ſermonem illorum. *Et corpus meum non manet in multitudine virtutis*, ſed exiguus anhelitus mihi relictus eſt. *Et comparaverunt me luto & cineri* factus ſum illis contemptibilis quaſi pulvis, & vili luto viſus ſum ſimilis. Emmanuel ſiquidem quum Deus eſſet, parvus diſpenſatorie factus eſt quando carnem induit, ideoque impuri Judæi dicebant: quum homo ſis, facis te ipſum Deum. *Et luto ac cineri aſſimilatus ſum* Prænuntiavit Spiritus Sanctus deſcenſurum Deum Verbum, & de terrena natura corpus aſſumpturum. *Frater fui canum ſilveſtrium & ſocius Struthionum*. vel quia Canum in morem furibus & latronibus clamore meo infeſtus eram. Vel quia quaſi canis ſilveſtris & Struthio ab omnibus deſertus in ſolitudine ætatem ago. *Pellis mea mihi nigrefacta eſt*. id eſt cutis mea aliàs pulchra & nitida atro mihi infecta colore eſt & oſſa mea pariter, velut æſtu omnem ſuccum depaſcente, exaruerunt.

v. 17. v. 17. v. 19. v. 29. v. 30.

CAP. XXXI. Job. v. 1.

PEpigi *fœdus cum oculis meis, ne virginem contemplarer. Si abiit cor meum poſt extraneam*. id eſt ſi cor meum ſecutum eſt idololatriam, & opera malorum hominum, quoniam illud quod ſuapte natura ad peccatum trahit, ego hoc ipſum in virtutis argumentum convertebam, atque ad profectum juſtitiæ accomodabam. *Si ambulavi cum hominibus mendacibus & multitudine generationum*, quæ in paupertate humiliata eſt. *Sed in cogitatione*

tatione attrivit me, & ego sermonibus labiorum
v. 22. *meorum non cogitavi subsannare eos. Humerus*
v. 26. *meus à loco suo cadat, si vidi solem orientem & Lunam cum plena est.* id est si vidi solem orientem & adoravi eum vel amplexatus sum Lunam, & in genua procidi ante illam, erravique post adorationem eorum. *Si abiit &*
v. 27. *deceptum est cor meum in abscondito, & admovi manum meam ori meo.* id est utique nunquam ad Solem & Lunam protendi manum meam, neque ori meo applicui. *Non reliqui pauperem*
v. 32. *pernoctare in foro*, sed introduxi in domum meam, edixique, ut apud me requiesceret *Si*
v. 35. *est auditor mihi.* Deus utique est auditor meus, & exaudiet me, quasi in volumine scribet contra me judicia sua. *Terra clamet con-*
v. 38. *tra me.* id est. Si comedi citra laborem & sine pretio robur ejus, coarguat me. *Sique*
v. 39. *animam mœrentium in suis negotiationibus contristavi & depressi.* Si quidem in istis quidquam peccavi, pro *Tritico* germinet mihi *lolium*, & pro Hordeo *paliurus* id est. Pro frumento, quod terra proferre solet, proveniant Urticæ, & pro Hordeo mihi terra producat ve-
v. 40. pres. *Finita sunt verba Job*: Et exordium quidem hominẽ pudentem & verecundũ exhibet, finis vero reprehensorem liberum & ingenuũ.

CAP. XXXII. *Elihu.* *Indignatusque est contra Job Elihu filius Barachiel eo quod justus sibi videretur. Quo-*
v. 2. *niam sum*, inquit, *ætate minor, vos autem senes*
v. 6. *estis*, idcirco trepidavi timuique vobis ostendere scientiam meam. *Dixi enim dies loquentur & multitudo annorum docebit sapientiam.* Experientia quippè doctos rerum notitia præ cæteris pollere oportet. Hoc dicit, quia amici Job erant natu majores, quos Elihu re-
v. 8. darguens. *Verumtamen, inquit, spiritus est in homine, flatus Dei tribuit eis intelligentiam.* Demus taque gloriam præstantioris disciplinæ Magistro, & superbos retundamus: atque ipse mea sensa promam, quæque didici
v. 19. docebo. *Diffusus est spiritus in ventre meo, & ecce venter meus dolet, nec aperitur*, porrò si spiritus per ilia diffusus est, quare dolet, & si rumpitur, quomodo nõ aperitur? manifestatur *& sicut fructus in mense suo.* id est quenadmodum poma & flores quos singuli menses juxta vices suas proferunt, sive sicut femina prægnans stato mense fœtum enititur. *Lo-*
v. 20. *quar & relaxabor*, ut parturiens quæ edito fœtu, à partus dolore respirat. Iterum. Venter meus dolet, nec aperitur, id est dolebam nec spiramentum inveniebam, quia loqui avebam vehementissime, & abstinui. Nunc autem vocem rumpam, & relevabor.

Spiritus

ܘܢܫܒ ܘܠܐ ܐܝܬ ܠܗ ܚܝܠ ܘܢܫܒ ܕܢܦܠ ܒܗ

virtute &c. Et tu quidem, inquit in fornace correptionis hactenus probatus fuisti. Sed utique restituet te Deus, revehetque ad pristinam opulentiam & dignitatem. *Quis est similis ei*. Qui nimirum tuis rebus consulit, teque corripit & erudit? *Qui obtendit nubes ab amplitudine umbraculi sui*. id est. Qui in amplissimum tentorium coire nubes, jubet. *Et super eas pandit lumen suum*. *videlicet* solis jubar, ut cunctis mortalibus suæ bonitatis opus reddat aspectabile.

CAP. XXXVII. *Elihu.*

Et pluviam atque ver in manu cujusque hominis obsignat. Quia videlicet ea dispensat universis. *Et obtendit nubem lucis suæ*. id est fulgurãtes tonitruaque cientes nubes. *Tuo ne tu præcepto terram transferas à Meridie*. i.e. Numquid ad nutum avellas Orbem ab Austro, & ad Boream continuo deponas, atque firmamentum forte refigas, ut ambo simul cohæreant. *Edissere, quod illi referam*. scil. Agedum tua gesta retexito. *Nec contra tenebras velamentum nobis ipsi obtendamus*. Cave ne operum tuorum quidpiam nos celes.

CAP. XXXVIII. *Deus.*

Creavit simul stellas diluculi. Quæ etiam vespere oriuntur & apparent. Item alio sensu. ut ista referamus ad substantias à nostris sensibus sejunctas, non congruit cum natura Angelorum generatio; ideo diluculo Christum designari dicamus, stellis Apostolos; & Doctores Angelorum filios, Angelicæ scilicet naturæ participes appellari. *Et increpuit ostia Maris*. id est obsignavit contemptibili arena. *Et profudit mare de vulva*. id est fudit de nihilo aquas, atque ex istis molitus est maria. Item instituit sacrum Baptisma vulvam fœcundam immortalitatis. *Eduxit ex aquis similiter nubes fecitque operimentum suum*, ut patêret, & nebulam involucrum suum, ut lateret, *& statuit illi (Mari) pactum, & dixit, hucusque venies & non procedes*. id est fabricatus est pelago ostiũ & repagula, suum nutum, & voluntatem suam. & dixit, hucusque, ad arenam venies, & hic subsistes. *Ad irrigandum genus omne spinarum* videlicet. Pluviis & imbribus. *Cœlorum gelu quis generavit*. id est Orbium cœlestium substantiam patravit.

CAP. XXXIX. *Deus.*

Quis dimisit Onagrum liberum? id est. Hominum jugo minime subditum. Allegorice Diabolus Onagro designatur: Liber autem dicitur, quia justitiæ jugum non patitur. *Fecit domum suam planitiem* Quia in corde hominis terrenarum rerum amore impliciti commoratur. Cain quoque cogitans fratris necem dicebat. *Egrediamur in planitiem* hoc est ad locum Onagri. *Terra salsuginis cubile ejus*. Mystice notat mentem, cui cœleste

cœleſte ſal penitus ademptum eſt ſuumque proinde agrum alio ſale infectum, fructibus vacuum habet. Nec enim in ſolo ſale corrupto frugiferæ plantæ coaleſcunt. *Nũ Unicornis acquieſcet, ut ſerviat tibi.* Animal, ut ferunt, Bovi ſimile eſt & in auſtralibus locis invenitur, unoque armatur cornu. In Monocerote adumbrantur quicumque ſæculi ſervituti minimè ſubduntur. Unum cornu gerere dicitur, quia veritas juſto una eſt. Rurſus Monoceroti comparatur humanus animus, & uno præditus cornu dicendus eſt ſi uno fertur motu ſurſum ad ſumma. Præterea ajunt Unicornem capi non poſſe, tanta eſt feræ vis & pernicitas, Venatricis tamen Virginis in poteſtatem venire formæ lenocinio captũ. Sic animus rebus, quas amaverit, capitur. *Avis glorioſarũ alarũ elevatur, & volat.* Ejuſmodi ales, qualis hìc deſcribitur, deſignare videtur ſynagogam illorum, qui Chriſtum in Crucem egerunt. Nam quænam eſt illa Mater, quæ plurimos filios genuit, qui tamen ſui non ſunt? niſi illa quæ Prophetas peperit & Apoſtolos educavit, qui tamen ſui non ſunt; quandoquidem utrique in filios Eccleſiæ adoptati illam deſeruerunt. *Nidificat, ovaque ſua humi relinquit; atque pulvere calefacit, mox obliviſcitur.* Stolida avis etiam ſenſu naturæ caret: ova ſiquidem humi relinquit. Unde ſæpe fit ut à prætereuntibus conculcata diſpereant. Quamobrem nec ſpecies multum ſoboleſcit, quod divina providentia conſtitutum fuiſſe credo, ne ejuſmodi alitum fœcunditas in exitium hominum tandem verteretur. Idcirco etiam cum aggeſta humo ova fovere aggreditur, incidente ſubita oblivione, decedit. Pedes habet quales reliquæ aves unguibus ſcilicet inſtructos. *Irridet Equum & aſcenſorem ejus.* Ajunt naturalis hiſtoriæ ſcriptores: Alitem tanta pollere vi ut arreptum unâ cum ſeſſore jumentum ſurſum in aera vehat. Alio ſenſu hæc deſignant impiam ſynagogam Judæorum crucem irridentium, ejuſque aſcenſoris patientiam inſultantium. Mox de Equo plura. *Numquid,* inquit, *dabis Equo fortitudinem? indues collum ejus armis? Neque retrocedit à facie gladii. Sonabit ſuper eo pharetra, & fulgor haſtæ & Lanceæ.* ktirko pharetra eſt ſagittarum theca. *Non pavet à clangore buccinæ, & ad hujus vocem dicit Achan. Vivifica me. Odoratur procul prælium, hinnitu terret duces.* Quamvis iſta ad litteram intelligantur de Equo, cujus proprietates hoc loco deſcribuntur, altero tamen ſenſu per allegoriam populo Sanctorum in terris adhuc agenti accommodantur. Sancti quippe homines Dominum inſtar Cherubici currus vehunt. *Numquid à ſapientia tua factus*

v. 9. v. 11. v. 14. v. 18. v. 19. v. 23. v. 24. v. 26.

est Accipiter. Avicularum inimicus & interfector est Accipiter. Quamobrem Diaboli imaginem refert, ut qui in cædem exitiumque Sanctarum Animarum semper immineat, atque præstantioris disciplinæ clarum jubar illis eripere laboret. v. 27. *Numquid ad verbum oris tui elevat se Aquila*. Aquila Christus est. Crux petra. Pulli sanguinem lingentes sunt Animæ Sanctorum, quæ fluente de latere Christi cruore saginantur, quove pariter Credentium populi cœlestis Aquilæ pulli fruuntur.

CAP. XXXX. *Deus* v. 10. v. 11. v. 12. *Ibid.* v. 16. ECCE *Behemoth, quem feci tecum*. Behemoth est Draco bestia terrestris sicut Leviathan aquatilis Marina. *Fœnum sicut Bos comedet*. id est pastu unde unde quæsito reficitur cæterorum animãtium more. *In Lateribus ejus fortitudo ejus*. *Caudam suam arrigit ad modum Cedri*, quin & Cedros Libani celsitudine superat illius cauda *Et nervi Lumborum ejus* protensi magis quàm dictum est. *In secreto calami cubat*. id est An non sub umbra Calami sicut Leo cæteræque feræ cubitat?

CAP. XXXXI. v. 2. v. 3. v. 4. v. 5. v. 10. v. 12. 2. 14. v. 15. QUis est, *qui coram me consistat? Quis præcessit me, ut dem ei manus?* Scilicet quis antecessit me ut illi de victoria concedam? *Quidquid sub Cœlo est, meum est*. *Et non tacebo*. Indicat Diabolum, quem in hisce duobus Bestiis mirabilis planè naturæ describit Christi virtute vincendum, quum venerit plenitudo temporum. *Quis etiam discooperuit vestimentum ejus*. Scilicet nec est qui audeat contingere exuvias ejus. *Circuitus dentium ejus terror in torrente*. id est Dentium ejus circulus magis metuendus est quàm rapidi torrentis vadum. *Ipse est caput omnium creaturarum Dei*. id est superat omnes bestias corporis mole atque viribus. *De ore ejus lampades procedunt & quasi scintillæ ignis exardescunt*; nisi bestiam major vis cohiberet freno, & fixo limite contineret. *Halitus ejus Carbones accendit*. ⸗ vocabulum est hebraicum תלהט idem significans quod Syriacum ⸗ *& flammæ erumpunt de ore ejus* Si videlicet aut sponte aut vi externa aperiatur. Si ergo ore vomit ignem, & ignem sorbet naribus, igne alitur, & ignem excernit, quum hauriat ignem, & ignem fundat. *Procumbit & non pavet*. Nec metu ad fugam adigitur. *Firmus constat quasi silex*. qui utique formidini obnoxius non est. *Quodcunque videt etiam altum & sublime perdit*. Ut ostendat ejusmodi bestiam Draconem esse terrestrem, qui incidentes quosque etiam robustissimos atque fortissimos prosternat.

Ne

ولا تدحرجهم على الارض ولا تطمر
لحقلا هذا وغامر حبه رمحى. هعترا
وحدآه ولمحى. رمحهما. معرمحا.
معنوهم. رمحما حمن نهووا هدهعما
ه وحدن كبه سعما وسعوهم ولمحى.
ولا كبه نهووا وحمما. هرمحا وسر
عمها هدهعما. ه وهو رهحن كبه حمعا
وحبها عبه ولمحى رسر عمعا
وحدهعم مكا كبه هحنوا موس كبه هعنوا.
عنوهم وسر عنوا وحدآا هدهعما
حو ولاوحدآ حمن عنوا هعحكدآا وحمعا
لحمحدوه ولمحى آسآا آحدوه ولمحى
هم ولمحى كدلا ولامحر حمعا. حآحى
وسر كلاهم ولمحى وكلحموم لحعا
نهحى مع الوا هآه مع حنما. هنوسم
هنحكا ول همحآه حعقا لهنوحه.
حمن مع حآه هشعلا مالا معحكسم
هنسم سما. هنحكا هم وحنحالا لحوحآا
وسم نووا لهنسم منحهم هنسم
سما ه اسر قلحا وحكسم هنلا
معحكسم. هآها وسم هآحقم لهنلسم
منحهم كسر مالا معحكسم هالسم
منعهسم منحهم هنسم هآحنهم.
حآحا وسم هالسم ولحكسم لهلهنم
هنسم لهووا وسما. هنسم هكسم
هحكا هنسم وحهسم وهشعلا لهآهسم
اسر هدم ولحعهلا هنهكسم هوهم
هآهنه هدم ولحمما.

A NE *faciam vos opprobrium*. id eſt. Ne in ſordes, & anguſtias, in quibus Job verſatur, vos conjiciam. *Nomina filiarum Job*. *Dies*, *Keſvaa*, *Kerenfuch*. Dies lucem ſignificat innuitque ſimul tenebras tribulationum quibus hactenus Job afflictus fuerat, diſſipatas fuiſſe: atque diē lætitiæ tandē illuxiſſe. keſvaa ligni genus eſt, ſcilicet ſperabat Diabolus; Job velut lignum ſucciſum proximè interiturum, cum repente contra ipſius expectationem, ſpes & ſalus pereunti affulſit. Kerenfuch cornu converſum interpretamur, quod ſic exponimus. Videbatur Diabolus ſuū extuliſſe cornu, quando beatum Job depreſſit, dejecitque in ſterquilinium. Aſt idem dejectus, proſtratuſque fuit, cum Deus mutata velificatione Jobum ad locum unde decideCAP. XXXXII. v. 8.
rat, revexit. Mox ſcriptura refert, Job omnia ſua præter liberos in duplum aucta à Deo
C recepiſſe: patet ergo etiam vitæ ſpatium pariter illi fuiſſe duplicatum. Si ergo ea calamitate defuncto ad centum ſeptuaginta annos vita producta fuit, reſtat eundem uſque ad finem tentationis quinque & octoginta annos vixiſſe, dimidium nempe ſummæ annorum centum ſeptuaginta. Quia ſi ſupputentur anni quinque & octoginta cum annis centum & ſeptuaginta, in ſumma colliges annos ducentos & quinquaginta quinque: Scriptura
D verò Job vixiſſe annos ducentos & quadraginta octo teſtatur. Ergo illi ſeptem qui non referuntur in ſumma, anni tentationis fuere. Et merito quidem prætermiſſi, ut qui morti, quàm vitæ propiores eſſe viderentur.

S. PATRIS NOSTRI

EPHRAEM SYRI
IN ESAIAM PROPHETAM
EXPLANATIO.

Scholion.

CLaruit Esaias Propheta sub regibus Juda Ozia, Joatham Achaz & Ezechia. Ejusque vaticiniorum præcipua argumenta sunt, captivitas Tribuum Ruben, Gad, & dimidiæ tribus Manasse, auctore Teglathphalasare Assyriorum rege. Et occasus regnorum Samariæ & Juda, quorum alterum Assyrii sub Salmanasare exciderunt, sub Nabuchodonosore alterum Babylonii. Cæterum etsi tres isti reipublicæ Hebræorum eversores, eo, quem dixi, temporum ordine Judæam invaserunt, Esaias tamen ab ultimo bello, quo Judæi à Chaldæis victi Babylonem migrare compulsi sunt, prophetiam inchoare maluit; produxitque ad ea tempora, quibus Judæi Babylonica servitute exempti, & in patriam remissi, Jerosolymam instaurarunt. Quæ prophetiæ pars etiã barbaræ gentis Gog cladem & interitum tangit. Esaias itaque populi sui deportationem & miserabilem servitutem denunciaturus, triste vaticinium his auspicatur verbis.

CAP. I. *Esaia.* v. 2. AUdite Cæli, *& auribus percipe terra*. Quoniam Cælo Terraque contuentibus tanta Deus in populum suum beneficia contulerat, rectè ambo, resque simul ipsorum ambitu comprehensæ citantur testes scelerum omnium, quorum idem populus in præsenti judicio reus agebatur. *Filios educavi, & exaltavi, ipsi autem inique egerunt in me*. i. e. perfidi, & iniqui in me fuerunt adeo, ut susceptra impia religione simulacra mihi antetulerint, sicut hodie vos, tellus, astra videtis. *Ibid.* v. 3. *Cognovit Bos possessorem suum & Asinus præsepe Domini sui, Israel autem non cognovit me & populus meus me non intellexit*. Bos Israelitas designat, Asinus Judæos ut qui magis vecordes videbãtur & bardi, quo amplioribus affecti fuerant beneficiis similem porrò hominũ à Deo defectionẽ aliàs expressit Scriptura illis verbis *Omnis caro corruperat viã suam*. *Gen.* 6. 13. *Esaia.* v. 4. *Væ semini nequam, filiis corruptis*. quos scilicet malæ artes, & perditi mores corruperunt. Neque hoc, inquit, paucorum vitium fuit, patres quippe & majores communicato cum filiis & nepotibus errore & scelere ab officio & virtute discesserunt. Utque ostendat quibus præcipuè flagitiis à recto & honesto exorbitaverint subdit. *Ibid.* *Quia dereliquistis Dominum & exacerbastis Sanctum Israel*, cum Deos commentitios, & vanas imagines adora-

adorare & colere vos minime puduerit *omne caput dolori, & omne cor mœrori* i. e., omne caput dolet, & omne cor mæret vicini utique hostis impressionem formidans, & servitutis malum, inde secuturum, perhorrescens. v. 5.

A planta pedis usque ad verticem capitis non est locus firmus. incidens namque undecumque calamitas oppressit universos: adeo ut ducto censu ab infimis plebis ad summos Tribuum principes, nullus sit, qui pro merito non vapulaverit. v. 6.

Vulnera & vibices. & ulcera sanie fluentia. His scilicet malis affecti sunt Judæi à sævissimis dominis, quibus servire coacti sunt, cum miserrimè cæderentur, & crudelissime, adeout nec liceret accepta vulnera alligare, nedum curare. Rursus hæc verba referri possunt ad vulnera luculentiora gladiis & lanceis inflicta, quæ scilicet notas in corpore relinquerent indelebiles, vel significant cædes parentum, fratrum & liberorum, nulla utique arte medicabiles. Ibid.

Terra vestra deserta. Terra nimirum illa vobis olim concessa, quondam feraciissima & uberrima vestra modo culpa sterilis & inculta squalet. v. 7.

Civitates vestræ igne succensæ sunt illis nempe faces admoventibus; qui vos servituti dudum subjectos in alienas terras abigere decreverant. Ibid.

Terram vestram in oculis vestris vorabunt extranei. i. e. Advenę, quos Salmanasar patrio solo exactos regiones vestras occupare & obtinere jubebit. Ibid.

Secundum subversionem extraneorum. i. e. vestræ Patriæ ruina similis futura est excidio Sodomorum quæ perditis absumptisque habitatoribus, ad horrendam reducta fuere vastitatem. Ibid.

Et derelicta est filia Sion ut umbraculum in vinea & sicut tugurium in Cucumerario. Omnes Judeæ urbes & ipsam præcipue Jerusalem Sionis nomine comprehendit, quas vacuas prædicit mensuras sicut umbraculum in Vinea post vindemiam. & sicut tugurium in Cucumerario post collectos Cucumeres indeque asportatos. In umbraculo namque & in tugurio excubabant custodes quorum utique opus non est, collectis perceptisque fructibus. v. 8.

Et nisi Dominus reliquias nobis reservasset quasi Sodoma fuissemus & quasi gomorrha similes essemus i. e. Jerosolymæ ruina comparāda foret excidio Sodomæ & Gomorrhæ, quarum ædificia & cives labentibus Cęlo flammis cremati & absumpti fuerunt; nisi propitius Deus, reservatis ad generis nostri propagationem sanctæ sobolis reliquiis meritam pęnam mitigasset. v. 9.

Quum veneritis ad videndam faciem meam & ad terenda atria mea &c. Hæc & quæ sequuntur Deus ad populum proloquitur velut Actoris personam gerens, ut adversus eundem judicio contendere velle videatur. Quasi dicat. Agitedum, arguite me si quidem vos resi- v. 12.

piscentes

piſcentes & ſupplices à meo conſpectu uſquam repulerim, aut ſacrificia laudis & confeſſionis offerentes deſpexerim? atque velut hiſce potiora poſtulaverim cruenta holocauſ. 13. ſta & cæſarum beſtiarum ſanguinem. *Nolite adjicere ut atria Sanctuarii mei teratis in victimis. Sacrificium abominabile eſt mihi.* Illud ajo quod mihi acceptiſſimum eſſe putatis, diſcite jam tandem, minime placere mihi, quin *Ibid.* & abominabile eſſe. *Non manducabo fraudem nec incluſionem.* i. e. oblationes veſtras non ſuſcipiam quæſitas ex incluſione miſerorum, quos carcerum pedore & ærumnis conficere ſ. 14. ſoletis. *Vota, hoſtias, ſed & ſolemnitates ve-*
ſ. 15. *ſtras odi. Cumque expanderitis manus veſtras, avertam oculos meos à vobis.* Quaſi dicat. Et ſi forte malorum incumbentium pondere preſſi ſupplices manus ad me tetenderitis, meã pacem opemque expetituri ſupplicantibus uti-*Ibid.* que avertam mentem, *quia manus veſtræ ſanguine plenæ ſunt*, cruore ſcilicet infectæ Prophetarum atque Innocentum, quos immani ſcelere trucidaſtis illo nimirum, quem fudiſtis ſanguine, haud dubiis ſignatur notis myſterium ſacri illius ſanguinis, quem olim fuſuri ſ. 16. eſtis. *Lavamini, & mundi eſtote.* Eluite inquit non corporis ſordes, ſed, qui animum deturpant, mores exuite, & cogitate me omnium actuum veſtrorum præſentem adeſſe te-
ſ. 18. ſtem. *Et ſi fuerint peccata veſtra ſicut Coccinum ſicut nix dealbabuntur.* Nempe lana murice tincta animum deſignat vitiis ſceleribuſque infectum. E' contrario nix nitoris & puritatis ſymbolũ eſt. Dealbabuntur ſicut nix. quaſi dicat Peccatores hyſſopo miſericordiæ meæ aſperſi nivis candorem induent. *Quæ-*
ſ. 17. *rite judicium & benefacite oppreſſis*, quos ſcilicet vos judices largitionibus & præmiis corrupti, ruinæ, qua oppreſſi ſunt, ſubdidiſtis. *Ibid.* *Judicate pupillis, & defendite viduas.* Vindicate, inquit jura pupillorum, & Viduarum cauſas cognoſcite quarum quærelas audire hactenus piguit eo, quod nulla miſeris ſuppeterent munera, quæ vobis in ejuſmodi
ſ. 18. quæſtum intentis, offerrent. *Et venite cauſam iſtam inter nos diſceptemus.* quaſi dicat verumtamen ſi mutato ſenſu ſtatueritis poſthac judicia veſtra ad. recti legem exige-
ſ. 19. re, atque Orphanorum & Viduarum, voces haudquaquam faſtidire *Tum verò accedite ad me, orate & petite & ego exaudiam vos dicit Dominus & bona terræ comedetis*, ſicut in lege
ſ. 20. Deus vobis promiſit. *Quod ſi nolueritis obedire, gladius devorabit vos* gladius nempe Ba-
ſ. 21. byloniorum. *Quomodo facta eſt meretrix Civitas fidelis quæ plena fuit judicio, & juſtitia pernoctavit in ea!* Propheta admirabundus ejuſmodi erumpit vocem. Mirabatur ſiquidem quo tandem maleficio factum fuiſſet, ut Ci-

vitas

A vitas pudica in ſcortum degeneraſſet. Civitas fidelis, Civitas judicii & juſtitiæ, qualis ſub Davide fuerat, modo ſub ultimis regibus ſicariis, & homicidis referta eſſet. *Argentum tuum viluit* ex illorum utique nequitia qui falſato typo illud depravarunt. *Tabernarii tui miſcent aquam. Principes tui perverſi & ſocii furum*, illorum utique, qui monetam adulterant & aqua vinum diluunt. *Et feſtinant exigere fœnus*. i. e. aſſectantur B turpes quæſtus, & inſtant, & urgent, ut ſibi aliquid reddatur ab illis, quibus nihil dederunt. *Vindicabor de hoſtibus meis, & ulciſcar de inimicis meis*. i. e. à principibus hoſtibus meis pœnas acceptarum injuriarum repoſcam; nec impunitos dimittã Inimicos meos, Caupones utique iniquorum principum partiarios. *Et convertam manum meam ſuper te*: alias à te repetam pœnas præter calamitates, quæ C domos Joakim & Jochoniæ afflixere. *Et excoquam omnes perduelles tuos*, bello ſiquidem victi victoribus ſervire cogentur, qui cum pace fruerertur, me monentem attendere noluerunt. Et auferã omnes iniquos tuos: omnes, inquit, in miſeram ſervitutem traham, nemine excepto: nam etsì ſub prædictis duobus regibus decretam populi deportationem executurus, tenues reliquias miſſas fecerim, jam nullas volo. *Et reſtituam Judices tuos ſicut fuerunt à diebus antiquis*. i. e. quales D extitere regnante Davide. *Sion in judicio redimetur*: in illo ſcilicet judicio, in quo peccata Babiloniorum vindicabuntur. Sive poſtquam Judæi definitum divino judicio ſervitutis tempus abſolverint. *Et captivitas ejus in juſtitia*. Captivique Sion dimittentur ob juſtitiam & merita Danielis & Sociorum nec nõ Zorobabelis aliorumque Juſtorum. *Confundentur in Simulacris, quæ concupiverant*, proprio E experimento docti illa nec ſibi laborantibus ſuccurrere nec libertatem reſtituere valuiſſe. *Quoniam ſicut Terebinthus defluentibus foliis*. Comperient nimirum ſe met omni ope deſtitutos, & quovis præſidio nudatos, velut arbores cum frondes æſtu torrente decuſſerunt. *Et quaſi hortus abſque aqua, cum vapor æſtivi ſolis exurit terrã*. Eritque fortitudo eorum adinſtar ſtuppę Fortitudinẽ appellat perF verſam eorundem voluntatem, & in ipſa perverſitate obduratam. *Et opera eorum adinſtar ſcintillarum*, quæ cum ſtuppam invaſerint, neceſſe eſt ambo confeſtim deflagrare & in cineres abire.

CAP. II. v. 2. ERit *mons domus Domini preparatus in vertice montium*. Montem in vertice montium dicit locum, in quem Iſaac adductus, & ibidem continuo jugulandus, integer tamen & incolumis inde reductus fuit. Hunc montem

tem quem ſequiore ætate David ab Aran Jebuſæo emit, nos hodie Gogoltham appellamus. In eodem loco, ſublatis aritypicis verum altare fixum eſt lignum Crucis, ſuper
v. 2. quo vera victima immolata fuit. *Et excelſior collibus*. Vaticinatur Crucem exaltandam fore ſuper omnia Gentium numina. *Et venient*
v. 3. *Gentes multæ & quærent Dominum* eundem utique adoraturæ; quod etiam prędixerat Ja-
Gen.49.10 cob illis verbis. *Ipſum expectabunt Gentes*. *Et*
Eſaia. 2.4. *gladios ſuos conflabunt in vomeres*. In ſumma nimirum ſecuritate, ac tranquillitate conſtituti, arma bellica in ruſtica inſtrumenta mu-
v. 5. tabunt. *Venite ambulemus in lumine Domini*. i.e.
v. 6. in lege Domini. *Projeciſti enim domum Iacob*. *Quia repleti ſũt ut olim* i.e. pleni ſunt iniquitatis, & doli; tales ſunt nepotes, quales fuere proavi illorum in Ægypto, vel loquitur de Iſraelitis Samariæ cum Aſſyrii eorum terras invaſere, & natale ſolum deſerere eoſdem
Ibid. compulerunt. *Et auguria obſervant ſicut philiſthiim*, ille utique populus, cui præceptum
Deut.16.10: fuerat. *Non inveniatur in te qui obſervet ſomnia*
Eſaia. 2.10. *& auguria*. *Ingredimini in terram, & abſcondimini foſſa humo*. Mortem futura ſervitute
v. 11. potiorem fore ſignificat. *Et exaltabitur Dominus ſolus* patefacta Deorum inanium imbecillitate & impotentia. Nec enim peccatores Divinæ vindictæ ſubducere poterunt aut ejuſdem impetũ retardare. *Exaltabitur inquit Do-*
v. 13. *minus ſuper omnes quercus Baſan*, quarum robore freti impii homines ſuperbè ſeſe efferebant, comparat Propheta vana gentium ſimulacra Cedris & Quercubus, Turribus & ſimilibus rebus ingentem prędferentibus ſpeciem, eaque ocyus diſſipanda prædicit; homines quippe ejuſmodi ſuperſtitione occupatos tandem proprio experimento deprehenſuros nullum habere numen Deos, quos hactenus coluere, talpas ſcilicet & veſpertiliones, nec
v. 22. enim ullam opem afferre potuiſſe. *Quieſcite ab homine cujus ſpiritus in naribus ejus*. Superborum hominũ arrogantiam perſtringit, quibus tamen ex levi flatu naribus hauſto vitam conſtare planum eſt.

CAP. III. ECCE *Dominus auferet a Jeruſalẽ auxiliatorẽ*
v. 1. *& auxiliatricem*. i.e. Viros promiſcue
Ibid. & feminas potentiores. *Fulcientem in pane, & fulcientẽ in aqua*. Fulcientem inquit rempublicam labentem ſubminiſtrando eſurientibus victum, & potum ſitiẽtibus, cum ſublato commeatu, & exhauſtis ciſternis à diuturna obſidione, cæperit fame ſitique civitas laborare.
v. 2. 3. *Et auferet Iudicem & Quinquagenarium, & ſenem, & honorabilem vultu*. Hos ſcilicet ordi-
Exod.21.22. nes ſtatuerat Moſes, *populique Rectores in Tribunos, Centuriones, Penticontarchas, & Decuriones diſtinxerat qui cauſas audirent & refer-*

A *referrent*. Ipſos modo propheta reprehendit, ſuaque dignitate dejiciẽdos minatur, eo quod turpes quæſtus aſſectarẽtur, & muneribus corrupti juſtitiam proderent. *Et cõſtituam pueros* v. 4. *Principes eorum, & deriſores dominabuntur eis, & pueri litigabunt contra Senes: ſimulatio vultus eorum arguit eos*. Significat juſto Dei judicio factum iri ut qui proprii arbitrii poteſtate abuſi cõſtitutos ordines confuderant, illorum viciſſim politia turbetur, ipſis etiã invitis. *Et* v. 8.

B *nubem gloriæ ejus ignominia affecerunt*. Innuit ignominiam, qua antiqui Iſraelitæ illam priorem nubem affecerunt, cum vitulum ſub ea conflarunt: ſive recentiorum perſtringit impietatem qui Tabernaculum Domini in Silo antea fixum, & poſtmodum in Salomonicum templum illatum ſimili cum dedecore & contemptu tractaverant, inductis in domum Domini Deorum inanium ſimulacris. *Dicite Juſto, bene eſt. Propter hoc fructus operum ſuorũ* v. 10.

C *comedent*, illi ſcilicet qui nubem gloriæ ejus ignominioſe habuerũt. Juſtum dicit vel Deũ, vel Prophetam, ſive Juſtos in medio eorum converſantes. *Præſides populi mei vindemiant eum*. i. e. Cum alter alteri, ut fit, in regimine ſuccedant, nemo tamen populum non depeculatur & ſpoliat. *Et mulieres dominabuntur eis*. Vel præſidum uxores, vel feminæ divinatrices, quæ vana illa ſuperſtitio- v. 12.

D ne vulgi animos oppreſſerant. *Populе meus, qui tibi bona nunciant, ipſi te decipiunt*. Tangit Sacerdotes impios religionis deſertores, vel Prophetas mendaces. *Et viam ſemitarum tua-* *Ibid.*
rum perturbaverunt. Tramites te ad Deum ducentes confuderunt, falſa dogmata diſſeminando. *Dominus intrabit in judicium cum Se-* v. 14.
nioribus. Sacerdotibus, & Prophetis, qui vineam Domini ſuccenderunt. *Quare nocui-* v. 15.
ſtis populo meo? Quaſi dicat non ſolum vitia concipitis ipſi, ſed & in alios infunditis,
E pluſque exemplo quam peccato nocuiſtis. *Et* *Ibid.*
vultus pauperum confudiſtis. Egentes & inopes cum ignominia & dedecore repuliſtis, & conturbaſtis: cauſa ea una fuit, quia nulla vobis attulere munera, nec ſuſceptas ex voto ſtipes contulerunt. *Humiliabit Do-* v. 17.
minus verticem filiarum Sion, probroſæ ſervitutis ignominia. *Auferet Dominus Cincinnos ea-* v. 18.
rum &c. omni cultu ornatuque nudabit cum
F advenerit dies, qua illarum ſuperbiam deprimere inſtituit. *Exuet monilibus, Byſſo, &* v. 19.
ﬠﬢﬣﬤﬥﬦ i. e. ſtolis ſeu veſtibus ad imos pedes demiſſis. *Quamobrem pro ſuavi odore, balteis,* v. 24.
ac Theriſtris operientur cilicio, & ſaccis; imponent capitibus ſuis ﬧﬨ﬩ i. e. vittas, quibus viduæ in luctu caput obnubere ſolent. *Et ſedebunt in luctu fortes portarum* v. 26.
ejus, vlri doctrina opibus potentia præſtantes.

CAP. IV. *Et apprehendent septem mulieres virum unũ.* Quoniam feminę, quibus superbiebant, viris viduabuntur, septenæ mulieres uni viro nubere malent, quam in tanta temporum acerbitate, viduitatis & solitudinis mala sustinere. Magnam itaque & communem calamitatem solymitarum significat, ut inde manifestiorem faciat futuram Messiæ tempore, omnium gentium atque populorum felicitatem. *Et erit omnis qui relictus fuerit in Sion & Jerusalem, sanctus vocabitur* i. e. ipsa Jerusalem præteritis casibus superstes justitiæ civitas appellabitur *& omnis scriptus in ea erit ad vitam.* Non erit in ea senex, qui non impleat dies suos. *Et abluet Dominus sordes filiarum Sion,* quas ex profano ornatu contraxerunt. *Et sanguinẽ expellet de medio ejus* Prophetarum atque Innocentum interfectorum cruorem deterget, *In spiritu judicii* ea æquitate, quam in exercendis judiciis priores populi Judices tenere solebant. *Et creabit Dominus super omnem locum montis Sion nubem.* Reportabit in montẽ Sion Tabernaculum, quod inde migrasse visum fuit Ezechieli curru vectum Cherubico, istud porro invisibili præsentia locum obumbrabit quemadmodum nubes manifesta & aspectabilis populum in deserto tegebat. *Et erit in umbraculum ab æstu.* Æstum dicit hostem sicunde ingruerit; simulque prædicit Tabernaculum fore perpetuum populo perfugium. Hæc Domini adventu impleta sunt.

CAP. V. *Hymnum cantabo dilecto meo,* quem vineam suam ipsi canere, justum fuit, populũ ajo suum. *Vinea facta est dilecto meo.* Deo. *In terra pingui,* fluente lacte & melle. *Et excoluit eam.* inopiam ejus beneficiis sublevando, & justa severitate castigando mores. *Sepivit eam.* Lege communivit. *Et plantavit in illa surculos generosæ vitis* constituit Sacerdotes justos, & Nazareos. *Ædificavit turrim in medio ejus.* Judicum & Regum gubernationem instituit. *Torcular item fecit in ea.* Sacerdotiũ & Sacrificia. *Expectavit ut faceret uvas* bona scilicet opera, *at illa contra siliquas produxit.* Mala facta pro benefactis retulit. *Et nunc viri Juda & habitatores Jerusalem. Quid est quod debui facere vineæ meæ & non feci?* Viros Juda & præcipuè Solymitas alloquitur propheta, imo Deus per prophetam citans utrosque suorum dictorum testes. *Propter hoc subvertam turrim ejus & erit in direptionem, suffodiam sepem ejus & erit in conculcationem.* Quandoquidem populus iste à justitia & judiciis deflexit cor suum, turrim, quam edificavi diruam, imperium, quod dedi auferam, *eritque in direptionem* victus captusque serviet. *Suffodiam sepem ejus, & erit in conculcationem.* Legem, quæ

quæ illam hactenus ornavit & sepsit, solvam. *& erit in conculcationem*: suas quas perdite amaverat, delicias sibi graves & noxias sentiet. *Et ponam illam desertam & non putabitur, nec arabitur*. Horrida & inculta squalebit: hoc scilicet malum ipsa sibi optavit. *Et ascendent in ea vepres & spinæ*, peccata scilicet multiplicabuntur, & repudiatæ legis transgressiones. *Nec in posterum arabitur neque putabitur*. Nec porrò ea qua solebam cura rerum ejus satagere pergam. *Et præcipiam nubibus ne mittant super eam imbrem*. Prophetis inhibebo, ne ipsis divina responsa referant. Pluviam si quidem mystice appellat prophetiam, & divinæ voluntatis scientiam. Nubium proinde vocabulo prophetas aptè designat qui acceptum Cœlo imbrem nobis refuderunt. *Concrescat, ut pluvia doctrina mea*. Item juxta illud, *Et plui super unam Civitatem, & super alteram non pluam. Et congregabuntur duæ tresque Civitates ad unam Civitatem ut bibant aquam, & non satiabuntur*. i. e. Ibunt Civitates altera ad alteram ad quærendu sermonem Domini & non invenient. *Væ qui conjungunt domum ad domum*. Locupletes & potentiores objurgat, qui pauperum domos expilasse minime contenti, ipsas etiã ædes occupare cogitabant suisque ædibus adjungere. *Et agrum agro miscent* alterum altero continuant, *ut obtineant locum & habitent soli in medio terræ*, quasi dicat. Numquid loca soli occupabitis omnia, etiam quæcumque latè patent citra & ultra, citima, extima. *Auditum est in auribus Domini?* Venerunt ad aures Domini pauperum gemitus, quorum bona direpta sunt, propterea quæ contra vos suspirant. *Væ qui preoccupant diẽ, ad sectandam ebrietatem, & ultra vesperam moras trahunt in noctem, ut æstuent vino*. Voluptarios taxat, qui abjecta divinorum operum commentatione, cantando, potando dies totos exigere solebant, ergo subdit, *& ad opera Dei non respiciunt*, calamitates à Deo immissas non considerant. *Propterea dilatavit Infernus animam suam*. Vt fame sitique confectos absorbeat, *& aperuit os suum absque termino*. Assyriorum populus, *& ad eum descendent glorioſi*. Tribus Ruben, & Gad, dimidiaque tribus Manasse. *Et exaltabitur Deus fortis & sanctificabitur in justitia*. In justo judicio in quo disceptabitur causa pauperum oppressorum contra opprimentes eos, & direpti a diripientibus vendicabuntur. *Et agni pascentur in propriis pascuis*. i. e. possessionem, de qua dejecti fuerant repetent quicumque à præterita clade superaverint. *Et diruta* iterumque instaurata *comedent advenæ*. Prædia, domosque ab hoste vastata & eversa, atque postmodum restituta inopes inquilini,

v. 6. Ibid. Ibid. Deut. 32.2. Amos. 4.7. v. 8. v. 11. v. 14. v. 16. v. 17.

v. 18. non ſecus ac propria poſſidebunt. *Væ qui producunt peccata ſua ad modum longi funis, & ſicut vinculum plauſtri delictum ſuum.* Peccantibus pertinaciam objicit, indeque male ominatur, quippe qui peccandi conſuetudinem protrahebant velut porrectum in plano funem, cujus jactum cernas non ita finem; adeo illi nec modum nec finem ſuis flagitiis aliquando tandem facturi videbãtur, annulo ſimiles, quo plauſtra muniri ſolent, cujus
v. 19. terminum fruſtra quæras. *Et dicunt approperet cito Dominus opera ſua, ut videamus accedat & veniat cogitatio ſancti Iſrael, & cognoſcamus eam.* Quod Sanctus mente repoſitum hactenus occuluit jam nunc pandat, quãque cogitavit plagam hic jam infligat, luculentam tamen ſic, ut intellectus detur audientibus. Hujus loci ſenſus idem eſt qui illius
Amos.5.18. *Væ deſiderantibus diem Domini. Væ qui dicunt*
v. 20. *bonum malum.* In eos invehitur qui vaticinia prophetarum fabulis malitiosè confictis infirmare & infringere conabantur. Simul inſurgit in Judices populi, qui pervertebant judicia dicentes bonum malum, ac tenebras lucem. Et quoniam continuis litigantium largitionibus Judices auxerant opes, ſimul auxere vitia & inceſſit libido potandi & crapula. Ideo ſubdit. *Væ qui potentes ſunt ad bi-*
v. 22. *bendum vinum.*
v. 23. *Et nocentem pro ſuis muneribus abſolvunt, & innocentem condemnant*: nimirũ juſtitiam quę lux eſt, extinguunt, ejuſque decreta ad partes tenebrarum inflectunt, judicium pervertẽtibus ebrietate, & avaritia.
v. 24. *Propter hoc ſicut devorat ſtipulam lingua ardentis ignis, ſic invadentibus flammis conſumentur. Et radix eorum erit quaſi vapor & germen eorum quaſi pulvis paleæ æſtivæ aſcendet.* Propheta vaticinatur, eos ob talia crimina velut ſtipulas ardenti injectas rogo, ab Aſſyrio Rege Teglathphalaſar abſumptum iri. Sub-
v. 26. dit itaque. *Et levabit ſignum in Nationibus*: quo excitatus Rex Aſſyriorum adveniet, & populum peccatorem in ſervitutem abducet.
v. 27. Porrò milites ejus. *Non defatigabuntur neque offendent: non ſolvent cingulum lumborum ſuorum, neque corrigia calceamentorum ipſorũ rumpetur.* Iſta Deus diſertè diſtincteque retexit, eademque ad effectum perducturum ſe interminatur, ut impios Iſraelitas acrius inceſſat: iiſdemque talia audientes, & mox contuentes, maximopere confunderentur, cum ſcilicet viderent Aſſyrijs, quibus ſervire cogebantur, ea ipſa beneficia collata fuiſſe, quæ ipſi ſingulari Dei munere conſecuti fuerant in deſerto, quando nec veſtes ſibi à longo uſu deteri nec calceamenta rumpi mirabãtur. *Rugitus eorum quaſi Leonis fre-*
v. 29. *mentis.*
v. 30. *Et tenentis prædam Rugiet ſuper eos, quaſi rugitus maris, & Lux obtenebrabitur in cali-*

caligine eorum. Fortaſſe prima, & ultima ad Deum referuntur, ut intelligatur, idem fremere, tenere prædam, & inducere tenebras, qui talia præſtitit uſus opera gentium, quæ Judæos poſtea invaſerunt.

IN anno, quo mortuus eſt Ozias Rex. Reſumit hoc loco propheta ſuorum vaticiniorum narrationem eamque à caſu Regis Ozię repetit, qui adolere incenſum auſus eſt, cum id ſibi nec permiſſum nec licitum eſſe minime ignoraret; Lex enim diſerte filiis Aaron ſacrificiorum immolationem ſepoſuit, & cætera ſanctuarii officia oneraque Levitis diſcrevit, Regem itaque contra legis interdictum ſacris ſeſe immiſcentem increpuit repulitque ſacerdos Azarias: non eſt, ajebat, locus iſte tuus o Rex. Sacerdotum ergo officium fuit Reges commonere, ut intra fines à lege præſcriptos ſe continerent. Et curare ut Tribus decimas penderent, Deoque dona ferentes ſtatas cęremonias obſervarēt. Cæterum Eſaias comperto nefario Regis auſu dicitur incredibili dolore affectus ſaccū induiſſe, nec antea depoſuiſſe, quam à Deo audiret: Age ſolve ſaccum à lumbis tuis. Id porro fiebat, ut propheta lugubrē illum amictum deponendo Ethiopis & Egyptiis aliquod futurorum pręſagiū pręberet quale filiis Iſrael præſtiterat illum aſſumendo. Poſtquam itaque Rex lepra coopertus eſt, perinde ac ſi ea totum Orbem infeciſſet, propheticæ viſiones uſque ad ejuſdem obitum ceſſarunt. *Anno quo mortuus eſt Ozias vidi Dominū ſedentem ſuper ſolium excelſum*. Quoniam, ut dictum eſt, per annos octo ſupra triginta viſiones Prophetarum Oziæ ſacrilego auſu, velut interpoſito ſipario occultatæ fuerant. Cum enim per quatuordecim annos regnū laudabiliter adminiſtraſſet, mutatus ſacrificandi poteſtatē ſuperbè ſibi arrogare tentavit, cumque ſacerdoti contradicenti nihilominus reſiſteret, elephātiaca ut ſupra tactum eſt, lue in veſtigio correptus eſt. Quo Regis infortunio vehementer contriſtatus Eſaias, in cinere jacuiſſe dicitur uſque ad ejuſdē deceſſum. Ozia itaque è vivis erepto, Deus pium ſacerdotum Zelū remuneraturus, qui profanum Regem objurgare & repellere non dubitaverant, coſdēque præterito caſu mæſtos recreaturus lætiſſimā hanc in templo viſionem Prophetæ exhibuit. *Ambitus limborum ejus implebat templum*. In hac auguſta clariſſimaque ſpecie ſe Deus Prophetæ conſpiciendum offerebat velut accommodatiſſima tempori quando interpolata ſpatio annorum fere triginta octo populi lætitia, & ſacrorum religio Oziæ obitu revixiſſe videbantur. *Seraphim ſtabant ſuper illud*. Solii latera tegentes, atque ſumma obumbrantes.

CAP. VI. v. 1.

Ibid.

Ibid.

v. 2.

Dua-

v. 2. *Duabus aliis tegebant facies suas*, ut appareret, illos Divini solij non modo cõtuitum sed nec accessum sustinere, quo audaciã Oziæ damnare visi sunt, qui Tabernaculi adyta invaserat. Sanctus interea ter inclamitãt, ut augustæ Trinitatis mysterium prædicènt. *Et domus impleta est fumo*. Seraphim clamant, & domus impletur majestate gloriæ Domini, hoc scilicet olim contigerat eo die, quo nubis illapsu & obumbratione idem templum consecratum fuerat. *Væ mihi quia vir ego sum pollutus labiis*, at non etiam mente vel animo, sed supremis solummodo labjis. *Et in medio populi polluta labia habentis ego habito*: Inter homines versari cogor, qui ea quam ipse patior, immunditia infecti sunt. *Et Regem Dominum viderunt oculi mei*, quod quidem immerito mihi concessum est. *Et accedens Angelus forcipe ferrea tulit prunam, & admovit ori meo dicens: Ecce tetigi labia tua.* Dum Angelus ferrea forcipe altare contingit, Oziæ sacrilegum ausum redarguit. Rursus docet delictorum expiationem non aliunde quam à Divina Clementia esse petendam. Postremum Angeli in ea functione processus juxta arcanum sensum Emanuelem adumbravit, qui corpore ex nobis assumpto apprehensus est, quando eidem unitus fuit. Eadem pruna labiis applicata prophetæ qui utique omnium nostrum personam gerebat, ejus peccatum, & immunditiam sustulit.


v. 5. *Ibid.* *Ibid.* v. 6. v. 7.

A B C D


S. Jacob. Doct. in ser. de Esaia.

Quia Ozia peccãte, tacuerat nec reprehenderat errantẽ, dixit, factum dolens: immunda quoque esse labia sua: hæc dicebat & pulchritudinẽ pœnitentiæ intuebatur: descendit miseratio Dei, peccatorem cœlesti revelatione expiatura. Extemplo prunã forcipe apprehendit Seraphim, ipsique porrexit. Sacramentum scilicet hoc erat corporis filii Dei. Exhibita est Prophetæ species rei in terris gerendæ, quomodo videlicet, & per quem oritura esset Dei benignitas, omnes mundatu-

datura peccatores. Ecce ait hæc pruna tuo applicatur ori, ut auferatur iniquitas tua, tibique tua dimittantur peccata. Margaritam ſuper altare hic poſitam figurat illa pruna, quam Seraphim Eſaiæ dedit. ignea manu flammeam forcipem apprehendit, & prunam myſteriorum de menſa ſuſtulit. Viditque propheta plenam imaginem futurorum, quomodo, cujuſve opera peccatum Mundi foret expiandum. Non illam Seraphim manu tenuit, ne ureretur, nec propheta ſuo illam ore ſuſtulit, ne periret. Carbonem glorioſum nec ille tetigit, nec iſte manducavit: Quia incorporeus erat non tenebatur, nec comedebatur. At quia idem corporatus apparuit, ideo nunc manducatur de menſa Divinitatis.



Pruna, quam vidit Eſaias, cujuſnam rei typum expreſſit? Futuram Propheta Dei manifeſtationem mente prævidit, ſuaque ſibi cogitatione repreſentavit, Divinam ſcilicet Unigeniti Verbi naturam, ignem illum vivum & à materia ſecretum. Quod autem forcipe Carbo ardens apprehenditur, ſignificat Deum verbum poſt ſuam cum corpore unionem apprehendi & percipi. Et quod idē prophetæ labiis admotus fuit, id nimirū eſt, quod Deus Verbum naturæ unitus fuit noſtræ, & factus eſt cibus noſtras ſanctificans animas. Altare vero futurum aliud altare deſignat, ſuper quo myſterium ſancti Corporis & Sanguinis à Sacerdotibus peragitur, Seraphim ergo Sacerdotis figura fuit ſacrum facientis. *Anonymi.*



A *Et audivi vocem dicentis: quem mittam?* v. 8.
Ferunt Eſaiam antehac accerſitum, ut Regem adiret, & commoneret, ancipitem moleſtamque legationem fuiſſe deprecatum: proptereaque, cum ad præſentem viſionem vocatus fuiſſet iterum ad ſimile officium allegandus, ipſi ſimul poteſtatem optionemque fuiſſe permiſſam; & ſi quidem ipſi placuiſet, legationem obiret, ſin minus, recuſaret. *Et quis ibit nobis? Et dixi ecce ego:* Ibid.
B *mitte me!* adeo qui unum hominē reprehendere dudum noluerat, idem nunc populum univerſum arguere & quantalibet verborum acerbitate inceſſere adeo non recuſat, ut etiā Deo nec tum mandanti nec vocanti, ſe tamen ad ejuſmodi onus ferendum, offerat paratiſſimum. *Vade & dices populo huic. Audientes audietis & non intelligetis, & vidētes videbitis, & non cognoſcetis.* Propheta Judæos v. 9.
C ad pœnitentiam excitare pergit, quam ipſis ſuadere nititur tum ex triſtibus præſagiis diſſipatisque per illorū terras rumoribus, vicinam captivitatem aliaſque calamitates portendētibus, tum præcipue ex graviſſimis quæ illi eodem tempore patiebantur malis, adeo ut nec alta ſpeculatione nec ſubtili argumentatione indigerent, oculis quippe ſubjectas habebant agendæ pœnitentiæ rationes & cauſas, aliaſque etiam benè multas accipiebant
D ex fama & auditu, nec tamen minus certas & indubitabiles, quam ſi ſuis ipſimet oculis illas uſurparent. Cæterum quid cedo, dictū fuerat à Propheta, quod eorum intelligentiā ſupe-

ſuperaret, aut ad eorum captum accomodatum non eſſet, ut audientes, audita non caperent. Præterea cum agrorum proventus in præſenti quotidie imminui atque deficere reſque ſuas peſſum ire cernerent; qui fiebat? ut videntes, ignorarent tamen quę videbant.
℣. 10 *Aures ſuas aggravavit & oculos ſuos oblinivit pice*. Non ab alio malum iſtuc paſſus, ſed ipſe
℣. 13. ſibi populus conſcivit. *Semen ſanctum, & ſancta ſatio illius*. Scilicet propter Abrahã, vel ex meritis hominum juſtorum inter Judæos agentiũ, ſive ex dignitate & ſumma ſanctitate divini illius Filii qui adhuc occultus ejuſdẽ populi juſtorum ſucceſſione propagabatur.

CAP. VII. *Ascendit Raſen Rex Syriæ, & Phacee filius*
℣. 1. *Romeliæ Rex Iſrael in Jeruſalem*. Uterque regi Achaz conjunctis armis bellum intulerat; re tamen infecta inde convaſare arque recedere coacti ſunt, Aſſyrii regis ad-
℣. 2. ventu exterriti. *Et dictum eſt domui Da-*
℣. 3. *vid. Sociata eſt Syria cum Ephraim &c. Et dixit Dominus ad Eſaiam: Egredere in occurſum Achaz tu, & Sariaſub filius tuus. Et*
℣. 4. *dices ad eum. Noli timere, neque pavitet cor tuum duas iſtas caudas titionum*; Iſta Judæis renunciare propheta jubebatur, quando domus David, & quę ipſi adhæſerant tribus, intellecta duorum regum Syriæ & Samariæ confęderatione, atque eorundem de oppugnanda urbe Jeruſalem, conſilio vehementer trepidare cœperunt & velut arbor contrarijs agitata ventis fluctuare, dubii cui malo cederent. Tum vero ad Eſaiam Dominus dixit *egredere &c.* At enim verò quæ per hanc occaſionem Eſaiæ dicta fuere adeo eximia atque admiranda ſunt ut nil ſimile uſquam ullus prophetarum audiviſſe legatur. Caudas porrò reges Syriæ & Samarię appellat, perſtringens utique amborum inſaniam, quod cum Univerſi partes eſſent ultimę, atque adeo caudæ caput rerum Deum inceſſerent, armiſque de principatu cum illo contenderent. Titiones pariter eoſdem vocat: coctis quippe lignis ſimiles ambo Deum, qui ignis conſumens eſt, invadere, & profligare cogitabãt.
℣. 8. *Quia caput Syriæ Damaſcus*. Syriacarum civitatum mater eſt Damaſcus, & *Ephraimiticarum Samaria: & poſt ſexaginta quinque annos diſpergetur Ephraim ne ſit populus*, a patrio ſolo pulſus, extorris, exul Aſſyriis ſerviet, & *dixit ad Achaz; pete tibi ſignum à*
℣. 10. *Domino*. Poſtula inquit tibi ſignum, ſimul
℣. 11 aſſigna locum, utrumque, quale quale potiſſimum velis. *Numquid parum eſt vobis præbere laborem homini; quia etiam laborem præ-*
℣. 13. *betis Deo meo*? Adeo, nec ſatis eſt vobis tantum negocii prophetis exhibere ut in Dominum Prophetarum inſurgere velitis?

Nunc

A Nunc vero ut Deo in me loquẽti molesti esse desinatis · *Ecce Virgo concipiet & pariet filiũ;* v. 14.
& vocabitur nomen ejus Emmanuel. Virgo, inquit, concipiet, etsi cum ipsius vocabulo, & natura pugnare ista videantur, nẽpe si sit illa Virgo, quomodo uterum gerat? si gerat uterum, quomodo virgo sit? atque adeò quisnã istud affirmanti aurem commodet aut præstet fidem? *Dominus ipse dabit vobis signum*. Atqui cum dederit, tu Rex modum ne quæras, nil enim Deo difficile: quidquid voluit peractum est. Porrò *Emmanuel* interpretamur nobiscum Deus. *Butyrum & mel comedet* signi- v. 15.
ficat magnifica & ineffabilia dona à Deo Verbo per suam incarnationem naturæ humanæ communicata, vel Dei legem, quam ipse Christus dixit suum esse cibum, vel Divina charismata animabus justis promissa juxta illud Esaiæ *Ite emite, & comedite absque ar-* inf. 55. 1.
gento, & sine commutatione vinum & lac, quę proinde negat Job homini hypocritæ concedenda. *Non lætabitur in divisione fluminum* Job. 20. 17.
ac torrentium mellis & butyri. Antequam sciat puer ille reprobare malum &c. Quasi dicat verumtamen priusquam puer ille nascatur, atque procedente ætate discat boni malique discrimina, relinquetur terra, de qua in præsenti estis soliciti. Quod quidem mox accidit, excedentibus ab Judæorum ditione duobus prædictis Regibus, nihilominus propheta hoc loco præcipuè de filio Mariæ loquitur, prædicitque Judęorum gentem desertum iri antequam ille annos attingat, quibus mali bonique differentiam pueri internoscere consueverunt. Cæterum si Judęi Evangelio nostro non credunt, Romanorum commentarios evolvant, ab illis utique discent eo anno, quo natus est Dominus, ipsorum Rempublicam à Deo derelictam jam fuisse, & Judæos à Romanis subactos etiã capitationi eodem tempore supposítos fuisse. *Et ad-* v. 18.
sibilabit Dominus Muscis, quæ sunt in extremitatibus fluminũ Ægypti & Vespis, quæ sunt in terra Assur, & venient, & requiescent in vallibus Bathot. Egyptios appellat Muscas, Vespas Assyrios, qui duce Taglathphalasare Israelitarum terras, invaserunt & vastarunt. v. 20.
In die illa radet Dominus in novacula inebriata; Assyrium significat, quem ira Dei quasi rasorium cultrum jam tum acuere cęperat. *Terras quæ trans Jordanem sunt*. Tribum Ruben innuit & Israelitas cum ipsa fœderatos, & in eadem regione morantes. *In illa die nu-* v. 21.
triet homo vaccam boum & duas oves; & præ ubertate lactis comedet butyrum Futuram post reditum abundantiam prędnunciat

CAP. VIII. v. 1. *SUme tibi volumen grande, & ſcribe in illo ſcriptura hominis ad accelerandã captivitatem, ad ſolicitandam prædam* q. d. Vide ut literas luculento elegantique charactere pingas, atque adeo lectu minimè difficiles nec oculorum aciem fugientes, hominis idcirco ſcriptura utere cuilibet homini nota. At enim vero ſi Emmanuelis nativitas tranquillitatis & publicæ quietis præſagium fuit, prædictum enim fuerat inſtante Virginis partu Mũdum alta pace fruiturum, Prophetiſſæ contra prægnatio vicinum bellũ portendebat, indeque infanti naſcituro inditum nomen, *Feſtina prædare, accelera captivitatem*; latum itaque intereſt inter utrumque diſcrimen, tum, in modo cõceptionis, tum in indicatione ſigni. In conceptione quidem, illum namque Virgo edidit, hunc prophetæ uxor: in indica-

v. 4. tione vero, eo, quod ſubdit ſcriptura. *Quia antequã ſciat puer vocare patrem aut matrẽ &c.* i. e. priuſquam filius Eſaiæ eam ætatem attingat, qua pueri aſſueſcunt balbutire, atque titubante lingua vocare parentes, veniet Taglathphalaſar, & Raſen Damaſci regem interficiet & Samariæ habitatores captivos abducet. Quod quidem non multo poſt regnan-

v. 6. te Phacee accidit. *Quia contempſit populus iſte aquas Siloe, quæ fluunt cum ſilentio &c.* innuit ſuave moderatumque Davidicæ domus imperium, quod tamen grave, nec tolerabile viſum decem tribubus; ſævam ergo Aſſyriorum dominationẽ illis Propheta comminatur, qui

v. 7. ſuavem, & æquam repulerant. *Adducet Dominus aquas multas.* Reges Aſſyrios deſignat Teglathphalaſarem, Salmanaſarem, & Sennacheribum, atque ipſos, & eorum milites aquis comparat tum propter multitudinem tum quia regiones habitabant irriguas. *Adducet, inquit, ſuper omnes fontes illorum.* i. e. Aſſyriorum copias in terras Iſraelitarum immittet, omnemque longè lateque regionem ſubigent & depopulabuntur agros & oppida fontes quoque potando ſiccabunt. Porro fontium vocabulo puteos etiam, & quęvis aquę dulcis conceptacula Propheta comprehendit.

v. 8. *Inundabit & tranſibit uſque ad collum.* Aſſyrius Judæa ſubacta ipſum Regni caput Jeroſolymam petet & premet. *Et erit celſitudo alarum ejus implens omnem latitudinem terræ tuæ o Emmanuel*, i. e. univerſam ditionem tribus Juda pervadet & copiarum multitudine

v. 10. obruet duce Sennacheribo. *Commovemini populi, & conteramini: diſſipabitur conſilium, quod iniiſtis*, cujus imprudentiam vobis exitus declarabit. *Loquimini verbum, & non fiet* i. e. quid facto opus ſit decernite, decreta tamen futilia nec ullum effectum habitura, illa quippe ſubvertet Emmanuel terrę Dominus & cuſtos noſtræ. *Sic dicit Dominus ad me*

v. 11.

quaſi

A *quasi apprehendens manum meam, ut avertat me, ne ambulem in via populi hujus.* Spectant ista tribũ Juda, quã proinde promittit Deus se ab impiorum Israelitarum moribus avocaturum, nec commissurum ut eorum vestigiis insistant. *Dominum fortem sanctum dicite: & ipse erit vobis in Sanctuariũ.* i. e. In domum refugii & auxiliator o domus Juda. *Erit autem in lapidem allisionis, & in silicem offensionis ambabus domibus Israel.* i. e. Omnibus Israelitis, & plerisque Judæorum, qui adventu & præsentia regis Rasen gestiebant. *Liga testimonium, & obsigna legem.* Quæ sum contestatus, usque adeo occulta maneant, quoad mea dicta res ipsa probet, & vaticiniorum veritatem exitus declaret. *Ego in doctrina mea præstolabor Dominum*; Ego vero in proposito & expectatione exitus prædictionum mearum interea permanebo. *Avertit Dominus faciem suam à domo Jacob.* Quam scilicet sceleribus vehementer exasperatus punire decrevit. *Ecce ego & filii mei, quos dedit mihi Dominus in signum.* At ego interim, quin & ambo filii mei, Domino istuc mandante, prostabimus in portentum & prodigiũ sic, ut in altero liberorum meorum velut in sua effigie expressus spectetur Virginis filius, qui adventu suo pacem Mundo reddet: Alter vero populo suo denunciet prȩstituti temporis finem post longas moras tandem aliquãdo venisse jamque prope imminere Assyriacam captivitatem; *Et cum dixerint ad vos quærite à Pythonibus & à divinis, qui ganniunt & rugiunt; non sunt populus Domini, qui mortuos de vivis interrogant.* Hinc porrò discant ad populum Dei se nullatenus pertinere. *Transibit per eam & exacerbabit eam* Deus terram populi sui. *Et esuriet, & cum esurierit maledicet regi suo & Deo suo* Indeque grassante fame maledictis onerabit regẽ suum, eo quod circumclusus & miserabiliter afflictus ab illis non est sublevatus *Et suspiciet sursum*, Populũ Juda resipiscentem designat idcirco subdit, *Non exagitabit mærentem*. Porrò Deus Tribum Juda in mærore & luctu jacentem aliis calamitatibus divexari minime patietur.

v. 11. v. 13. v. 14. v. 16. v. 17. v. 18. v. 19. v. 21. v. 22.

CAP. IX. v. 1.

Properavit terra Zabulon, & terra Nephtalim. i. e. Habitatores terræ Zabulon, suis sedibus excedere, & aliò migrare compulsi, profectionẽ maturarunt; Similiter Tribus Nephtali, idcircò quia eandem causam habebat, vasa colligere festinavit. *Et potestas roborata est.* Crevit Assyriorum potentia & ãplificatum est imperium atque firmatum. Tempora indicat Taglatphalasaris qui decem tribuum captivitatem primus inchoavit, atque Salmanasaris, qui eam consumavit. *Via maris trans Jordanem*, non oram mariti-

mam designat sed Israelitarum terras, per quas a mediterraneis locis Mare petentibus patebat via, Tyrijsque & Sydoniis erāt confines: significat Propheta Israelitas ultra Jordanem habitantes cum universa Galilęa Gentium in alienas terras transmigraturos, quod quidem sub Salmanasare passi sunt, ut olim sub Taglathphalasare eorum gentiles loca trans Jordanem obtinentes. *Populus, qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnam, & habitantibus in umbra mortis, lux orta est eis.* Hoc vaticinium in Domino completum est, qui in Galilæa, regione prædictis Tribubus attributa cępit promulgare salutis Evangeliū suamque doctrinam miraculis & signis confirmare. *Multiplicasti gentem, & non magnificasti lætitiam.* Israelitarum numerum auxisti, nec tamen Judæos majori lætitia affecisti. *Lætati sunt coram te, sicut lætantur victores cum dividunt prædam.* Domus Juda lætata est casu & deportatione Israelitarum. *Quia jugum servitutis eorū confregisti*, filios Israel servituti addicendo, qui Judęorum libertati insidiabantur. *Sicut in die Madian.* Israelitas scilicet concidisti similiter atque Gedeon Madianitas olim attrivit. *Quia omnis clamor exauditus est in commotione.* Judæis de Israelitarum captivitate sibi gratulantibus. *Omne vestimentum inquinatum sanguine.* Ipse populus Israelitarum proprio cruentus sanguine, *fuit in combustionem, & cibus ignis*: Assyrio ignis instar in Israelitas incumbente. *Puer natus est nobis, & filius datus est nobis.* Tametsì quæ hoc loco leguntur, nonnulla ad Ezechiam pertineant, sunt tamen multa, quæ in illum nullo modo quadrant, sed & illa ipsa quæ ad Ezechiam referri possent, juxta arcanum & mysticum sensum ad illius Dominum ex ejusdem stirpe nasciturum traducenda sunt. *Et vocatum est nomen ejus: Admirabilis*, Informa quippe hominis apparuit, qui verus Deus. *Consiliarius, Deus fortis sæculorum.* Testatur propheta filium natum datumque nobis Deum esse sæculorum, præsentis quidem uti ejusdem opificem, & rectorem cujus consilio huic mundo providetur, ut inconcussus eat, cujus & nos spiritu vivimus; futuri autem velut ejusdem regem, Judicem, & hæreditatem felicitatemque Sanctorum. *Princeps pacis.* Istud ad Ezechiam trahi posset attenta ejusdem mãsuetudine pacisque tuendæ studio. *Multiplicabitur illius imperium.* Innuit annos Ezechiæ adjectos & producta Dei beneficio vitæ spatia. *Et pacis ejus non erit finis*, hoc Domini proprium est, & in eodem impletum. *Super solium David & super regnum ejus.* Sedebit. in throno David non in solio Achaz, ille enim justus & pius justè pieque regnum administravit; iste malus pessimè

ﯾ. 2.

ﯾ. 3.

ﯾ. 4.

ﯾ. 5.

ﯾ. 6.

ﯾ. 7.

ﯾ. 8.

mè in principatu se gessit. *Ut ordinet illud & stabiliat in judicio, & justitia.* Quod præstitit David ex æquo & justo concessa potestate usus. *Usque in sempiternum.* Loquitur more fausta apprecantium juxta illud. Vivat Dominus meus rex in sempiternum. *Zelus Domini fortis fecit hoc.* Hæc postrema si superiora ad Ezechiam referas, spectant philisthæos quibus dictum est. *Ne læteris philistæa omnis. Et dicunt (Ephraimitæ) lateres proijciamus, & dolemus lapides, succidamus sycomoros & Cedros plantemus.* Quorsum ista? nempe ut ædes extruant sibi amplas & magnificas. *Et devorabunt Israel toto ore.* Teglathphalasarem, & Socios innuit Ephraimitici regni eversores. *Et corroborabit Dominus tribulantes Rasen super eum:* quem dicebant Israelitæ suam spem & salutis suæ præsidium *& adhuc manus ejus extenta:* quandoquidem incitabit in illos Salmanasarem Teglathphalasaris comparem & socium. *Et populus non est reversus* vsque adeo donec percussus est: etiam altera vice a Salamanasare, a quo vastata est Samaria & incolæ in terras non suas migrare compulsi sunt. *Et disperdidit Dominus ex Israel caput & caudam:* Judices & magistratus. quos Deus ipsis præfecerat, & Prophetas mendaces, quos sibi ipsi invenerāt. *Beatum dicebant populum meum seducentes & submergentes eum.* Impios Sacerdotes taxat & pseudoprophetas qui populum vana religione & falsis prædictionibus circumveniebāt, suaque nequitia in Babylonicum carcerem postmodum tandem detruserunt. *Propter hoc super adolescentulis ejus non lætabitur Dominus, & pupillorum ejus non miserebitur.* Sed in potestatem hostium omnes venire permittet, à quibus juvenes necabuntur, impuberes pupilli perpetuæ servituti addicentur. *Quoniam omnes protervi, & improbi sunt.* Exceptis justis benè paucis, qui tamen populo impio permixti eadem etiam calamitate ruinaque oppressi sunt, de his ergo subdit *& convoluentur Electi fumo*, communi clade, universum populum pessundatura. *Succensum est peccatum sicut ignis.* Peccatores tamen sequetur & comprehendet vindex pœna in ira furoris Domini. *Et succendetur in ramis saltus*, saltum vocat promiscuum vulgus, ramos viros animi corporisve robore præstātes & juvenes strenuos bellatores.

A
B
C
E
F

v. 7.
v. 8.
Inf. 14. 28.
v. 10
v. 12.
v. 13.
v. 14.
v. 17.
v. 18.

VÆ *scrutantibus scrutationes fraudulentas* qui Dei judicium detrectantes captionibus argutiisque litigantes implicant & morantur, *ut subvertant judicium pauperis*, iniquas sententias ferendo pauperum præsertim in causis. *Ut deprædentur judicium humilium populi mei.* Munera à litigantibus præcipuè

CAP. X.
v. 1.
v. 2.

tenujo-

tenujoribus exigendo, judiciaque lucris pro-
v. 3. ſtituendo. *Quid facietis in die retributionis?* quando domus Juda cogetur ſcelerum ſuorum pœnas ſolvere. Quid facietis inquam.
v. 4. *Ne curvetis genu ſubter vinctum & cadatis ſub interfectos*. Quaſi dicat nihil facietis, ſed Aſſyrii vos quaſi vinctos, quibus omnis poteſtas vagandi adempta eſt, & quaſi interfectos, quos vita reliquit peſſimis deſpicatos modis habebunt & vinculis tenebriſque mancipabũt.
v. 5. *Væ Aſſyrio, ipſe eſt virga furoris mei*: *Contra po-*
v. 6. *pulum impium mittam illum & contra populũ iracundum mandabo illi*. Furoris ſui virgam & baculum vocat Deus Aſſyriorum regem, ejus quippe opera & armis utebatur ad perdomandam populorum proterviam & inſolentiam, judæorum porrò gentem populum impium & iracundum appellat: tales quippe judæi erant impii ſcilicet adverſus Deũ, & in fratres ſuos iracundi & contumelioſi. *Et capiet captivitatẽ & rapiet prædam*, his nempe malis caſtiganda fuit Judæorum impudentia. Dicet Aſſyrius.
v. 9. *Ecce Charcamis*, quam non cepi æſtimabitur mihi *ut Calano* quam expugnavi & dirui. *Eritque mihi Emath* quę hucuſque reſiſtit, *ut Arphad* quę ultro portas aperuit: item *ut Damaſcus ſic Samaria* tantique mihi erit Jeroſolyma Dei ſui præſidio & protectioni confidens, quanti duæ illæ civitates ſuis olim ſuperbæ ſimulacris,
v. 11. quas nihilominus mei ſubegere majores. *Ergo ſicut feci Samariæ, ſic faciã Jeruſalem*, quæcumque à corona noſtra & noſtro imperio acta ſunt contra Samariam, agam ego Sennacherib adverſus Jeroſolymam. *Deinde cum compleverit Dominus omnia opera ſua in monte Sion*, Id eſt poſtquam Dominus Aſſyriorum ferro quaſi fuſte cæciderit omnes Judeæ urbes, illas quippe Rex Aſſyriorum Sennacheribus cepit & ſubjugavit, Solymitarum vero diripuit & vaſtavit agros, civibus ut in
v. 12. ſummo diſcrimine trepidantibus. *Viſitabo ſuper fructus cordis Regis Aſſur*. i. e. Tum verò inquiram cogitationes Regis Aſſyriorum & *ſuper gloriam altitudinis oculorum ejus*. At quæ ſunt res, qui duces, quæ copiæ, unde illi tanta oris oculorumque contumacia atque
v. 14. inſolẽs oſtentatio? Ait enim. *Ecce principes mei ſimul reges ſunt*. *Quaſi niduin omnium regum ditiones reperit manus mea*, orbem univerſum velut unius aviculæ nidum nullo negotio in meam redegi poteſtatem. *Et ſicut congregantur ova ab ave relicta ſic univerſam terram ego congregavi*. i. e. Omnes populos ad unum junxi jugum meoque parere imperio coegi. Nec in tanta Dynaſtarum regumque multitudine extitit, *qui attolleret pẽnam, & ganniret*: Sic omnes gẽtes ſubegi & diripui? Hæc quidẽ Aſſyrius cogitabat, ac de ſe ſuperbè prædicabat Ejus tamen faſtũ propheta retundit ſevera

objur-

objurgatione. At enim, inquit, nec ſecuris, vel ſerra, aut virga gloriatur contra eum, qui ſecuri ſecat, qui ſerram trahit aut virga cædit: quare nec teipſum inſolenter efferre adverſus eum tibi fas eſt, qui te ad iſtam fortunæ atque gloriæ altitudinem evexit ut dicas: meis ego viribus & ſapientia populos à ſuis finibus avulſi, quove libuit tranſtuli; hæc tamen Rex ille glorioſus cogitabat, & garriebat, ſed interim cædebat, ſecabat: Dei juſtitiam blaſphemabat, exequebatur tamen. *Et ſuſcitabit ſuper eum dominus Deus fortis* הצב i. e. *virgam juxta plagam Madian in monte Oreb*. Non eam intelligit cladem, qua Madianitæ à Gedeone attriti ſunt, ſed aliam iſta antiquiorem, quã Moſis tempore ab eiſdem Iſraelitis acceperunt in campis monti Oreb ſubjectis. *Et levabit baculum ſuum in via Ægypti*. Sennacheribus Judæa digreſſus, Ægyptum invaſit, eaque debellata, iterum in Judæam reverſus eſt, dumque Jeroſolymam expugnare cogitat, cæſis ab angelo copiis in Aſſyriam ſe recipere coactus eſt. *Et corrumpetur jugum à facie olei*. Oleum appellat ipſum regem Ezechiam ſacro oleo inunctum; prædicitque Aſſyrios ab eodẽ profligandos. *Veniet in Anath, & tranſibit in Magron*, loca enumerat per quæ Sennacherib Jeroſolymam cogitans, tranſiturus erat. *Et apud Machmas reliquit vaſa ſua*. Sarcinas & impedimenta. *Tranſibit ad Vadũ Gabaa locum diverſorij noſtri*. Perſequitur iter Aſſyrii Jeroſolymam contendentis, loca quædam amœniora & commodiora commemorans, in quibus caſtra metaturus erat. *Trepidavit Ramatha & Gabaa Saulis fugit*. Significat obvias quaſque civitates Aſſyriorũ irruptione exterritas alio migraturas. *Hinni voce tua filia Gallim*. fortaſſe ipſum Aſſyriorum exercitum intelligit, hinnientium hoc eſt epinicium canentium deque devictarum gentium populique Judaici captivitate ſibi plaudentiũ. *Attende Lais*, i.e. cogita ſociarum urbium excidium. *Tuque Anathoth* eſto ſollicita ne quas vicinæ civitates paſſæ ſunt calamitates te etiam involvant. *Elongavit ſe Medemena*, legatorum Aſſyriorum colloquiũ non ferens. *Et habitatores Gubin confortati ſunt*. Vel ipsã Sion deſignat de qua alibi dicitur. Cogitabunt concluſionem ſuper vinctum in Guba, aut aliud certe oppidum eo nomine notum. *Poſt diem in Nobe ſtabit*. Aſſyrii progreſſum ſignificat, & cladem & fugam ſtatim. *Ecce Dominus Deus dejiciet glorioſos in fortitudine* i.e. Exercitum Aſſyriorum. *Et Libanus cum gloria ſua cadet*. i.e. & Aſſyrius cum ſuis copiis occumbet.

v. 26. Inf. 24. 22. v. 27. v. 28. v. 29. v. 30. v. 31. v. 32. v. 33. v. 34.

CAP. XI: *ET egredietur virga de ſtirpe Jeſſe*, David & *ſurculus de radice ejus*. A poſtremis
v. 1. filiis ejus, qui fuerunt cõſanguinei Joſeph &
v. 2. Mariæ. *Et requieſcet ſuper illum ſpiritus Dei*, ab utero, & à Jordane. *Spiritus Sapientiæ*.
Jo. 7. 15. i. e. illud. Mirabantur Judæi dicentes, quomodo hic literas ſcit, cum non didicerit. *Spiritus fortitudinis*, virtutum & miracu-
v. 3. lorum. *Non ſicut vident oculi ejus, judicabit*, quia idem Deus eſt qui occulta noſtra, ſicut
v. 4. manifeſta intuetur. *Judicabit in veritate pauperes, & in æquitate inopes*. In die magnæ revelationis ſuæ *percutiet terram*. In fine impios habitatores terræ condemnabit, & addicet flammis judiciali ſententia ab ipſo pro-
v. 6. nuncianda. *Habitabit Lupus cum agno*. Intra ſepta Eccleſiæ. *Et Pardus cum Hædo cubabit* in Baptiſmo, *& vitulus & catulus Leonis ac taurus ſimul paſcentur*. Sapientes, & vafri atque crudeles, ſimplices, & infimæ ſortis Homines uni prædicationi evangelicæ auſcultabũt. Et obſequẽtur. *Et puer parvulus minabit eos*. Et paſtor ſimplex ſicut puer parvulus ducet illos.
v. 7. *Leo ſicut Bos comedet paleam*. Quia juſti pariter & peccatores veſcuntur corpore vivo, quod in altari eſt. Quamobrem artem bellicam cui aſſueverant, faſtidient, ſcientiam ſuam puræ doctrinæ finibus circumſcribent. *Ludet*
v. 8. *infans cum Regulo & in foramen Aſpidis mittet manum ſuam Avulſus ab ubere*. Prædicit Diabolum à ſimplicibus proculcandum, pueriſque rudimenta diſcentibus ludibrio futu-
v. 9. rum. *Et replebitur terra ſcientia Dei ſicut aquę multæ operientes mare*. Sicut amplos maris ſinus aquis operiri cernimus, ſic Mundus univerſus veri Dei cognitione imbuetur. *Et*
v. 10. *erit in die illa radix Jeſſe, qui ſtat in ſignũ populorum*. Etſi hoc ad Ezechiam Davidis nepotem referri poſſe videatur, planiſſime tamẽ in Dominum per omnia quadrat, quandoquidem ipſe datus fuit gentibus in ſignum redemptionis & in vexillum ſpei ac ſalutis. Subdit ergo: *De ipſo gentes diſquirent*, i. e: ipſum diligenter quærent, inventumque provolutæ ad pedes adorabunt. Rurſus: diſquirent id eſt quærent ab illo, quæ ſit voluntas Dei beneplacens. Ad Ezechiam ſimili-
ſup. v. 4. ter trahi poſſunt quæ ſupra leguntur: *Et ſpiritu labiorum ſuorum interficiet impium*, is nẽpe ſpiritu labiorum ſuorum, i. e. precibus ſuis Aſſyriorum copias cæcidit & diſſipavit.
ſup. v. 5. Item quæ ſequuntur. *Et erit juſtitia cingulum lumborum ejus*. Quippe qui in colenda juſtitia Davidem avum ſuum imitatus fuerit
ſup. v. 19. *Et non nocebunt in univerſo monte ſancto meo*, pacem judæis prædicit cum finitimis gentibus, & cum ſuis, qui ab ipſis defecerant
ſup. v. 10. Iterum alio modo exponuntur illa verba. *Qui ſtat in ſignum populorũ*: Ut gentium ad Chriſtum

ܕܬܬܡ ܕܡܪܝܡ ܀ ܐܦ ܠܐ ܡܢ ܘܡܕ ܕܠܐ
ܘܐܡܪܢ ܀ ܘܬܒܥܘ ܕܥܡܐ ܡܢ ܟܘܢܗ ܘܐܡ
ܘܐܪ ܠܐ ܠܕܥܡܐ ܀ ܡܪܘܡ ܘܐܪ ܘܬܒܥ
ܠܐ ܕܐܘܪܐ ܘܕܥܡܐ ܀ ܡܕܡܐ ܕܥܡܐ
ܬܕܥܡ ܀ ܡܪܘܡ ܕܥܒܪ ܠܐ ܟܠ ܡܕܡܐ
ܣܓܠ ܀ ܠܐ ܬܫܡ ܫܡܐ ܡܪܘܡ ܘܫܒܚ
ܘܐܠܐ ܟܠ ܀ ܡܪܘܡ ܚܫܐ ܘܕܕܪ ܀
ܒܘܫܡܕܟ ܫܡܐ ܡܫܟܢ ܠܐ ܟܠ ܀

A stum conversionem significent, optime cohærent, quæ sequuntur: *Et de eo gentes exquirent*, ut nimirum novi præceptoris assequantur doctrinam. *Et erit requies ejus gloria*: Requiem à Christo suis promissam significat: Cum scilicet Christi vestigiis insistentes vitâ inierint immortalem: tunc enim vero stola gloriæ & decoris amicti atque in illa omnium deliciarum sede locati perpetua & plena pace potientur.

ܘܒܬܠܐ ܟܠܡ ❊ ܐܬܬܡ ܡܢ ܥܡ ܡܢܐ ܫܪܝܪܐ ܕܐܠܗܐ ܀ ܫܒ
ܒ ܐܦ ܒܡ ܡܢ ܫܡܥ ܘܡܪܘ ܫܟܝܢܐ ܒ ܐܦ ܡܢ ܟܠ ܀ ܐ ܒܢܝ
ܘܐܪ ܒܢ ܒܬ ܫܦܚ ܘܒܢܬ ܥܒܕ ܘܐܡܗ ܀ ܘ ܒܢ ܐܚ

Bis ostendit Deus salutem suam erga Israelem ptimum quando ab Ægyptiaca servitute illos eduxit, & iterum quando eosdem Babylone reduxit quod etiam Esaias indicat his verbis. Adjiciet Dominus secundo manum suam ad possidendum residuum populi sui. *Dan. Salach.*

ܘܐܬܐ ܡܢ ܐܠܗܐ ܀ ܘܬܐ
ܥܡܐ ܘܟܡܐ ܀ ܐ ܡܠ ܕܘܝ
ܡܪܘܡ ܀ ܐ ܡܠ ܕܘܝ ܐܘܪ
ܟܡܐ ܘܡܫܬܚ ܀ ܐ ܡܠ ܕܘܝ
ܟܠ ܡܕܡ ܐ ܘܟܠ ܡܠ ܐ ܀
ܡܢ ܡܠ ܘܡܠ ܟܡܐ ܀ ܐ ܡܠ
ܟܠ ܡܕܡ ܐ ܘܟ ܐ ܡ ܐ ܀
ܡܢ ܡܠ ܘܡܠ ܐ ܀ ܐ ܡ ܐ
ܡܢ ܡܠ ܘ ܐ ܡ ܐ ܀ ܐ ܡ
ܡܢ ܡ ܐ ܡ ܐ ܀ ܐ ܡ ܐ
ܡ ܐ ܡ ܐ ܀ ܐ ܡ ܐ ܡ
ܐ ܡ ܐ ܀ ܐ ܡ ܐ ܡ ܐ
ܡ

minus in patriam redirent. Sic enimvero Judæorum manipulus ex vagis & profugis collectus fluvium pede ſicco fidentiſſime trajicere potuit, qui paulo ante florente eorum republica omnes ſimul in unum coeuntes agmen Chaldæorum impetum minime ſuſtinere ne dum infringere valuerant.

CAP. XII. *Confitebor tibi Domine, quoniam iratus es mihi; Avertiſti furorẽ tuum, & conſolatus es me.* i. e. miſertus es noſtri, mitigaſti iram tuam: atque dolori noſtro pariter & exilio finem attuliſti. *Haurietis aquas de fontibus ſalutis.* i. e. verbum Dei de ore ſacerdotum cum gaudio animique voluptate audietis. Fontibus ergo Sacerdotes comparat. *Quia magnus eſt, qui eſt in medio tui, ipſe eſt ſanctus Iſrael.* Quoniã magnus eſt ille cui placuit redire ad te, atque in medio tui habitare factus Emanuel, i. e. nobiſcum Deus, ideo exulta & lauda quæ habitas in Sion quia fecit tibi magna, qui magnus eſt.

CAP. XIII. *Onus Babylonis. Super montes planos levate ſignum.* i. e. Evocate Ælamitas & Medos. *Viſitabo Sanctuarium meum*, illud enimverò, quod tu Babylon regnante Sedecia proſtraviſti, prætereuntium pedibus proterendum. *Vox fremitus in monte*, Regum ſcilicet Ælamitarum & Medorum bellum parantium & expedientium arma. *Bellatores venient de terra procul.* Ex provinciis Medorum & Perſarum. *A ſummitate Cælorum Dominus.* Dominus huic bello aderit ab urbe Jeruſalem, vel potius propriè ab ipſo Cælo, *quamobrem Aſtra Cælorum & virtutes eorum non expandent lumen ſuum.* Hic vel Chaldæos comparat luminaribus, vel potiùs ſignificat ipſa ſydera Chaldæis lucis conſpectum ereptura. *Et occidet Sol in ortu.* Hæc porrò dicuntur ad retundendam Babyloniorum arrogantiam & faſtum ut qui exiſtimarent aſtra ipſa ſuæ poteſtati imperioque ſubeſſe. *Mandabo malum ſuper orbem.* Contra Babylonem. *Pretioſior erit Vir auro.* Medis videlicet, ut qui malint Chaldæo vitam eripere quàm aurum. *Erunt ſicut Damulæ fugientes* illi nimirum, qui Gigantes dici volebãt, omnium nempe Mortalium fortiſſimi. *Et quicumque inventus fuerit cõfodietur.* i. e. Omnes habitatores Babylonis, & quicumque ſupervenerit eadẽ calamitas obruet etiam convenas & hoſpites, imò *& Infantes allidentur in oculis eorum* ipſis nimirum ſubita & improviſa hoſtium irruptione ſtupefactis. *Et diripientur domus eorum & uxores eorum violabuntur* ſcilicet injurias pati cogentur, quas proximorum ſuorum liberis, uxoribus & ędibus intuleruut. *Requieſcẽt ibi ſtruthiones, & dæmones ſaltabunt ibi, & replebuntur*

A tur domus eorum vocibus. i. e. Non illuc accedet paſtor aut divertet hoſpes; ſed cubabunt ibi Struthiones & Sirenes ac feræ, deſertæque ædes vocibus terrificis & horrendis ululatibus circumſonabunt.

B Prope eſt ut veniat dies ejus. Dies nimirum Babylonis excidio præſtituta. Subverſa porro fuit Babylon poſt annos ferè ducentos, totidē enim fluxere à regno Achaz uſque ad Judæorum ex Chaldęa reverſionem. *Et dies ejus non elongabuntur*. i. e. non producentur ultra tempus definitum, nec porrò alia adverſus Babylonios iterum feretur ſententia. *Sumes parabolam iſtam contra regem Babylonis: Contrivit Dominus baculum fortis & Virgam Dominantis*. Sumes inquit parabolam quæ tamen velut adagium in ore omnium verſabitur, & manabit ad poſteros, ſerique Nepotes dicent. Confregit Dominus ſuperbum Babylonis dominatum, & juventutis ejus vires attrivit. *Cædentem populos in indignatione abſque diſciplina*. i. e. vexantem gentes immeritas ex odio injuſto, quando nulla erat cauſa cur illas vexaret. *Quievit & ſilvit terra* à caſu & interitu regis Babylonis. *Exultavit in gloria*, eo die, quo ille occubuit. *Abies, & Cedrus Libani lætatæ ſunt ſuper te*. Principes & Reges, quos tua fælicitas ſolicitos habebat. Cęterum etsi iſtorum de Babilonici imperii ruina gaudium Propheta hic repræſentet, congruentiùs tamen accommodantur lætitiæ Juſtorum de Diaboli caſu geſtientium, poſtquam Chriſtus filius Dei in Cruce moriens Satanā profligavit. *Et omnes reges Nationum intrabunt, & dicent. Tu quoque infirmatus es, ſicut & nos*, i. e. afflictus & ad ima projectus. *Et deſcendit gloria tua ad Infernum perinde ut noſtra. Subter te ſternetur Tinea*. Cataſtromatum loco. *Et vermis aperiet te*, quem byſſinæ quondam ornabant veſtes. *Quomodo cecidiſti de Cœlo*, qui nempe dicebas: *Super aſtra Dei exaltabo ſolium meum. Ejulavit in diluculo*. Rex Chaldæus, cum Hebræis evoluto ſeptuageſimo ſervitutis anno dies illuxit & reddita eſt libertas, & Babiloniorum Regum ſtatus concidit. Ergo qui Cœlum occupare volebas. *Ad Inferos detraheris: & in profundum laci* i. e. ſub infima terræ loca mitteris qui ſumma petebas aſtra. *Omnes videntes te intentè aſpicient te dicentes. Numquid iſte eſt ille, qui exacerbavit terram*; cujus incolas afflixit & in ſervitutem abſtraxit? *Et concuſſit gladio ſuo regna, & poſuit Orbem quaſi deſertum & Urbes ejus deſtruxit*. i. e. omnem terram armis ſuis vaſtavit & interfectis habitatoribus in ſolitudinem redegit. *Et vinctos ſuos non ſolvit*. i. e. bello captos in car-

CAP. XIV.

v. 1.

v. 4.

v. 5.

v. 6.

v. 7.

v. 8.

v. 10.

v. 11.

v. 12.

v. 13.

v. 15.

v. 16.

v. 17.

cerem conjecit, nec unquam adduci potuit ut odium deponeret, & vinctos libertate donaret. Quod quidem à rege Merodach poſtea præſtitum fuit: ab eo quippe Jeconias Rex Juda, non tamen ante obitum Regis qui
v. 19. illum ceperat, e vinculis dimiſſus fuit. *Tu autem projectus es de ſepulcr quaſi ſurculus abjectus*. Prędicit poſtremum Chaldeorũ regem occidendum, & ſepultura qua dignus non erat meritò cariturum. Proinde projiciendum ejus cadaver quaſi vilem truncum, nec alium tumulum habiturum quam. *Operimentum Occiſorum interfectorum gladio* Interfectorum tegumentum agger eſt lapidum. Fortaſſe Propheta ſignificat Cadaver hujus regis lapidum
v. 20. acervo tegendum? *Et non lætaberis cum illis in ſepulcro* quia nec ut illi ſepultura honeſtaberis. *Tu enim terram tuam diſperdidiſti*. Tua ſcilicet impietate fiet ut Babylon meritas rependat pœnas. *Non conſurget in ſæculum ſemen malum*. Mali ſcilicet parentis mala ſoboles paternum principatum fruſtra repetet.
v. 21. *Ergo præparate filio ejus occiſionem, non* regnum quo ob paternum ſcelus excidit.
v. 29. *Onus Philiſthææ: Ne læteris Philiſthæa omnis tu quia commininuta eſt Virga ſubigentis te*, quaſi dicat. Non eſt cur vos Palæſtini nunciato Regis, Achaz obitu triumphetis, autumantes jugum veſtris cervicibus ab eo impoſitum, ipſo occumbente caſurum. *Nam de radice Colubri egredietur Aſpis*. i. e. de ſtirpe Achaz naſcetur Ezechias, quem Propheta cohærenter Aſpidi & Regulo comparat. *Fructus ejus Regulus volans*. Ac talis ut ipſo ſuperſtite & publicam rem adminiſtrante Philiſtæi Judæos infeſtare nunquam auſuri ſint, aut pacem, qua illo regnante fruentur, quo-
v. 30. vis modo perturbare. *Paſcẽtur primogeniti Pauperum*. Judæi, qui ſub Ezechiæ deceſſore Achaz à variis gentibus vehementer vexati ſunt. *Et radicem tuam fame interire faciam*. Adempto ſcilicet omni commeatu omnibus
v. 31. circa ab hoſte inſeſſis. *Ab Aquilone enim fumus veniet*: Sennacherib Rex Aſſyrius, atro fumo comparatus ab Aquilonaribus regionibus exhalando. *Et non erit qui ſegregatus & ſolitarius effugiat agmina ejus*. i. e. Nullus erit qui Regis Aſſyrii manus effugiat, qui-
v. 32. ve fumi iſtius ignem non ſentiat. *Et quid porrò reſpondebit Nuncio Gentium?* quid reponet Ezechias legatis Gentium? *Utique quod Dominus conſtituit fundamenta Sion & in protectione illius commorabũtur pauperes populi ejus.*

CAP. XV. v. 1. ONus *Moab. Nocte vaſtata eſt urbs Moab.* Et obſtupuere Moabitæ cunctantibus Divinis, nec adventantis vaſtatoris irruptionem prænunciare aut præſentire ſufficientibus. *Vaſtati ſunt muri Moab*, & admirati ſunt

A ti ſunt habitatores ſuorum numinum ſilentium, quod incumbentē ſuis cultoribus ruinam minime præcaviſſent. *Aſcenderunt in ædē* v. 2.
Dibon ſuper excelſa ad plangendos Nabum, & *Medabam*. i.e. Reliqui qui militum circumcurſantium manus effugerunt Deorum delubra editis locis impoſita adierunt, tum numinum ſuorum conſpectu lenituri dolorem ex incidente calamitate conceptum, tum captos Deos ſuos Nabum & Medabā plancturi. *Idcirco*
B *Moab ululabit*: *in cunctis capitibus ejus calvitiū*. Vociferabitur, plorabitque Moab etiam ab illa ipſa æde ſuorum idolorum, & lugentium more capillos deponet. *Et omnis barba tondetur*, cogetque metus & deſperatio Moabitas barbam ſibi vellere. *In plateis unuſquiſque ululabit*, & *deſcendent cum fletu*. Triſtem Moabitarum fugam deſcribit & immenſum luctum. Subditque: *Ululavit Hejebon &* v. 4.
C *Eleale & uſque ad Jaſoth exauditus eſt clamor eorum*. Ergo communis erat omnium Civitatū Moabitarum planctus ex altera in alteram ut ſit propagatus & auctus. *Idcirco Armati Moab ululabunt*, vel quia arma exuere compellentur vel forte propheta generalem Moabitarum cladem & mœrorem privato ejus ordinis hominum caſu & dolore ſignificat. *Et* v. 5.
cor meum ululabit ſuper Moab in ſpiritu ſuo. Quoniam propheta Moabitis ſpiritu præſens
D ipſorum cum ipſis ruinam fiere & lamentari compellebatur. *Uſque ad ſegor vitulam conternantem*. Talem Propheta dicit vel quia ſegor cenſebatur pars tertia totius provinciæ vel quia adjecta ea temporis nota Moabitici regni gloriam caſuram ſignificat poſt triennium. *In aſcenſu Luith flentes aſcendent*. Hic Moabitarum miſerabiles multiſque ploratam lacrymis captivitatē perſequitur ſubdens. *Et in via Oronaim luctum & contritionem facient*?
E hoſtibus à tergo prementibus viamque accelerare urgētibus. Fortaſſe quia Moabitis tres in vrbes hoc loco indicatas diviſa erat Luith Oronaim & Segor, hanc tertiam vitulam conternantem nuncupare prophetæ libuit. *Quia* v. 6.
aquæ Nemoim conſumentur. i.e. deficient fontes Nemoim, quibus Moabitidis agri copioſè rigabantur. Vel per metaphoram ſiccati fontis propheta expreſſit Moabitarum excidium.
F *Siccabitur fœnum & areſcet gramen & olus non erit*. Iterum diverſis Symbolis Moabitas eorumque extremam calamitatem deſignat. *Et* v. 7.
ſuper torrentem ſalicum opus eorū i. e. ad torrentem ſalicum Moabitæ ducentur, ſuorū ibi ſcelerum pœnas daturi. *Et uſque ad Galaam* v. 8.
vociferatio ejus & uſque ad puteum Elim clamor ejus. i. e. Provincia Moabitarum univerſa ploratibus & miſerabili ejulatu circumſonabit. *Et aquæ Dibon repletæ ſunt ſan-* v. 9.
guine: ponam enim ſuper Dibon additamentum.

 ingen-

ingentem videlicet hominum cædem, & inde ſecuturam ex coacervatione cadaverum cruore & ſanie manantium corruptionem aquarum. *Et cogitabo ſuper iis qui evaſerunt de Moab, & reliquiis terræ.* Filius enim Dominatoris terræ mox rediturus aſcendet contra fugientes reliquias terræ.

C. XVI. A *Petra deſerti ad montem filiæ Sion.* Indicat Moabitarum ditionem ad fines Judeæ propagatam tunc fuiſſe. *Et erit Moab in ſua tranſmigratione ſicut avis mutans nidum ſuum.* Deſcribit tranſmigrantium Moabitarum pavorem atque trepidationem, adeo ut nec mente conſiſterent nec loco, dum nullum credunt perfugium ſibi bene tutum. *Et filiæ Moab deſertæ erunt.* Urbes Moabitarum prædicit vacuas eſſe manſuras, habitatoribus alias ſedes, deſcripto Arnon, quærentibus. *Adducito concilium accurate diſquirito.* Quaſi dicat age, concilium augurum tuorum cogito: percunctare Deos tuos novis & pluribus hoſtiis & ſapientium tuorum ſenſum explora. Sique potes, evade iſtud, quod imminet, quodcumque malum. *Pone ut noctem umbram in meridie*, tales inter concluſus anguſtias, latebras quærito. *Abſconde vagos ne captivi fiant.* Propheta hoc & ſequente ſarcaſmo Moabitas, illorumque idola traducit. *Eſto illis perfugium à facie latronis*, qui infeſtus à tergo imminet fugiẽtibus. *Finitus eſt pulvis, defecit vaſtator.* Hic jam prædicit Regis Aſſyrii interitum; quem pulverem appellat, ſunt namque impii ſicut pulvis, quẽ diſpergit ventus. *Et præparabitur ſolium*, ſtabilietur, & confirmabitur regnum Ezechiæ regi ejuſque poſteris. *Audivimus ſuperbiam Moab, quia ſuperbus eſt valde.* Poſtremum hoc propheta ſubdit, quo conſtet; calamitatum, quas Moabitis impendere ſupra prædixerat, non aliam fore cauſam, præter illorum ſuperbiam prorsùs non ferendam. *Superbia ejus, & arrogantia ejus, & indignatio ejus* venit à turribus & mœnibus, quibus ſe ſatis tutum arbitratur, quæ tamen diruentur. Iſtud porro illi haud quaquã ſignificarunt Augures ejus, nec enim futurum præſenſerunt. *Propterea ululabunt, & rugient ſicut ægrotantes.* Vociferabuntur quidem; ſed ut ægris morbo gravi accidit, nec ſe relevare nec conſiſtere valebunt. *Quia ſuburbana Heſebon deſerta ſunt*, fugatis diſperſiſque agricolis. *Et vinea ſabama*, Moabitarum regio. *Cujus palmites potentiſſimi gentium exciderunt.* i. e. cujus incolas Aſſyri in ſervitutem abduxerunt & in alias terras deportarunt. *Et uſque ad Jazer propagines ejus pervenerunt; erraverunt in deſerto proceſſerunt & tranſierunt Mare*; loca enume-

A enumerat manſionum & profectionum, per quæ captivi ducendi erant. *Super hoc plorabo in fletu Jazer vineam Sabama* i. e. Simili planctu quo planxi excidiũ Jazer, ejuſque habitatorum captivitatem; te quoque vinea Sabama lamentabor. *Inebriabo te lacryma tua Heſebon & Eleale, quia ſuper meſſem tuam & vindemiam tuam irruit calcator*. Aſſyrius, qui Sabamam excidit, protrivit & non pepercit. *Et auferetur lætitia de* B *Carmelo*, ipſam Moabitidem Carmelum appellat. *Et venter meus quaſi Cinnara loquetur* retributionem illi repoſitam, ſuoque tempore reddendam. *Cumque viderit Moab quod laboravit ſuper excelſis idolorum ſuorum* i. e. Cum Moabitæ intellexerint inutiles ſibi fuiſſe hoſtias ſuis numinibus immolatas, & quas in eorũ delubris fudere, lacrymas nihil profuiſſe, ad externas religiones ſe convertent, C Deumque in Jeroſolymitano templo præſentem adire & orare cupient ſed fruſtra hoſtibus commeatum prohibentibus. Hic eſt ſermo captivitatis Moabitis obventuræ hoc eſt judicium & ſententia dicta contra Moab *Quam locutus eſt Dominus ex tunc* à diebus ſcilicet Balac regis Moab, à quo Balaã hariolus accerſitus fuit ad maledicendum filiis Iſrael, & hanc deportationis & exilii ſententiam nunc confirmat Deus dicens. *In tri-* D *bus annis &c.* i. e. poſt annos tres in ignominiam vertetur gloria Moab, & pronunciatum contra eundem judicium fiet. Et relinquetur parvus & modicus, quandoquidem pauci effugient ſervitutis jugum à ſennacheribo imponendum.

v. 9.

v. 10.

v. 11.

v. 12.

v. 13.

v. 14.

C. XVII. *ONUS Damaſci. Ecce Damaſcus deſinet eſſe civitas*. i. e. Regia urbs amiſſo im- v. 1.
perio, quod hactenus tenuerat, & merito E quidem, quandoquidem Damaſceni Jeroſolymitanis Judeæ regnum adimere cogitarunt. Et contra eos Samariæ Regibus auxilium præbuerunt. *Derelictæ Civitates Aroer erunt*: civium quondam frequentia & ædificiorum amplitudine nobiles. *Et ceſſabit Regnum à* v. 3.
Damaſco à Teglathphalaſare excſindendum. *Attenuabitur gloria Jacob* Regis populique v. 4.
Samariæ, nec fretus potentia & auxiliis Damaſcenorum inani ſpe ſibi deinceps blandietur. *Et pinguedo carnis ejus tabeſcet*, vanam Samariæ oſtentationem Propheta notat Damaſcenorum favorem jactantis, prædicitque profligatis Damaſcenis, ſimul ceſſaturã. Pinguedinem carnis etiam appellat, quidquid erat Samariæ populo pingue i. e. honoris & dignitatis idque denunciat illi minime manſurum. *Et erit ſicut congregans meſſem ſepara-* v. 5.
tim ad Iſraelitas propheta redit. Sicut ait, meſſores demeſſos culmos ſeparant & condunt

dunt quodque metentium effugit manum relinquunt quod utique exiguum est, sic pauciſſimi erunt Iſraelitæ qui communem ruinã incolumes evadant. Sed & hos repetet Aſſyrius & ſeparabit eo ſtudio, *Quo colliguntur ſpicæ poſt meſſem in valle Raphaim* frumenti feraciſſima, quod quidem ſpicilegium præterita meſſe acerbior Iſraelitis accidet.

v. 6. *Et relinquetur quaſi racematio vineæ*. Iterum propoſita ſimilitudine racemorum poſt vindemiam ſuperantium oſtendit Iſraelitarum futuram imminutionem eo tempore quo Da-

v. 7. maſceni ſtirpitus excindentur. *In die illa confidet homo in factore ſuo*. Filii Iſrael ea caſtigatione eruditi diſcent ſpem ſuam non in aris & delubris quæ in Dan & Bethel excitarant ſed in Deo collocare. *In illa die*

v. 9. *erunt civitates fortitudinis ejus quaſi lacus Hores Amir*. In Hebræo legitur quaſi valles ſaltus & Amir quæ derelictæ fuerunt à facie filiorum Iſrael. Iſraelitis iterum captivitatẽ denuntiat, quæ illos ex parte oppreſſit, Aſſyriis duce Taglatphalaſare regionem trans jordanem invadentibus, & Rubenitas & Gaditas cum dimidia parte tribus Manaſſe inde abi-

v. 10. gentibus. *Plantabis plantationem decoram*. Prædicit pios & juſtos in eo bello captos & in terras gentilium deportatos verę religionis præcepta ibidem diſſeminaturos. *In*

v. 11. *die qua plantabis eam, erumpet flos ejus*, ſignificat plantas ejuſmodi in agro gentium ſatas fructum brevi daturas. *Et in mare ſemen tuum germinare facies*, veritatem ſcilicet Gentes ſibi ab Iſraelitis prædicatam ſuſcipient poſtquam ſalutem à Deo illis allatam conſpicient. *Sicut jugum vindemiæ in die brevi*. Quaſi dicat captivitas tua Juda, erit ſicut jugum ſeu labor vindemiantium, qui quidem brevis eſt & cito finitur. Et ſicut ægritudo hominis levis utique, quæ etſi acerbum dolorem afferat, celeriter tamen ſanatur. *Et ecce rapina antequã diluceſcat dies*. Sen-

v. 14. ſus duplex, alter eſt Judæos quidem rapacitati Aſſyriorum tantiſper expoſitum iri donec domui Ezechiæ Regis ſalus à Deo fiat: Alter ut cauſa pro effectu enunciari dicatur pro ea ſcilicet mæſtitia, quam Judæis attulere tum præterita damna tum futura a Rabſace pridie exagerata, quam tamen dilucecente die enitus abſterſit nuncium cladis Aſſyriorum eadem nocte cæſorum ab Angelo. Quamobrem ſubdit Propheta. *Hæc eſt pars eorum qui conculcaverunt nos, & ſors diripientium nos*.

CAP. XVIII. v. 1. VÆ *terræ umbræ alarum, quæ eſt trans flumina Æthiopiæ*. Propheta Syris Æthiopas adjungit, eo quod Damaſceni eoſdem ad ſocietatem belli contra Aſſyrios miſſa legatio-

A gatione ſollicitarunt, *qui mittit in mare legatos, & in papyro ſuper aquas*. Populus ſcilicet Damaſcenus, qui Æthiopum auxilia miſſis legatis & epiſtolis procuravit, intelliget ſe tanto molimine nihil promoviſſe. Papyrum autem cartam appellat, cujus in ſcribendis epiſtolis communis uſus. *Super aquas*, indicat Damaſcenorum Legatos metu trepidos maritimum iter velut magis expeditum terreſtri antetuliſſe. *Populus, cujus attriverunt flumina terram ejus*. Fluviis nimirum comparat Reges, quorum copiis velut quadam aquarum alluvione totam regionem obruendam dicit, deſignans omnes incolas captivitate velut generali naufragio hauſtum iri. *Cum elevaverit ſignum, montes videbitis*. Signum dicit vel cadavera Iſraelitarum à Teglathphalaſare cæſorum, vel Senacheribi copias ab Angelo deletas. *Clangorem tubarum audietis*. Fama ſcilicet vulgante utriuſque regni occaſum. *Quia hæc dicit Dominus ad me. Quieſce, & intuere*, vindicatas, ſcilicet interitu Gentium, Judæorum injurias. *Sicut æſtus præfervidus ſuper fluvium, & ſicut nubes roſida in die meſſis*, fervente quippe æſtu, quo Gentes terrebuntur & abſumentur, Deus proteget domum Juda, & incolumem ſervabit. *Quia ante meſſem conſumptum eſt germen*, vel quia ante Samariæ captivitatem & excidium Damaſcum ſubverſum iri propheta prævidit, vel quia ſignificat Rabſacis & Aſſyriorum cædi Damaſcenorum captivitatem proluſuram. *Et quod rejectum eſt, ſuccidet falce*, Teglathphalaſar ſcilicet acuet falces ſuas, ut infimum quoque vulgus abſcindat. *Et palmites auferet & excutiet*. Aſſyrium deſignat, qui Damaſcenos quaſi palmites amputabit & excutiet in terras non ſuas. *Et congregabuntur ſuper eum* (damaſcenorum populũ) *aves* i. e. omnes alites carnivoræ & beſtiæ agreſtes, projectaque cadavera invadent & velut actæ furore quodam, diſcerpent & vorabunt. *Et afferet oblationem Domino populus avulſus & extirpatus*. Populus nempe Æthiopum, quem Aſſyrii perinde atque alias gentes avellere & extirpare voluerunt, ijdẽ Æthiopes oblationẽ Domino Jeroſolymã attulerunt, regnantibus Achaz & Ezechia. Sed & perſecutiones & moleſtiæ quibus propter Deum Sancti vexantur, quaſi oblationes mundæ à Deo reputantur & acceptãtur.

v. 2.

v. 3.

v. 4.

v. 5.

v. 6.

v. 7.

CAP. XIX.

ONus Ægypti. *Ecce Dominus aſcendit ſuper nubem levem*. Aſſyriorũ copias deſignat; duce Senacheribo Ægyptum invadentium, quorum miram in ea expeditione celeritatem comparat, citatis turbine nubibus. *Et commovebuntur ſimulacra Ægypti à facie ejus*. Quare nec Ægyptijs ſua proderunt numina, quę

v. 1.

Dei conſpectum non ſuſtinebunt. Locus iſte Domino etiam congruenter accomodatur, qui poſtquam factus homo inter homines apparuit, virginis ulnis Ægypto invectus eſt.

ν. 2. *Et concurrere faciam Ægyptium contra Ægyptium. Et dirũpetur ſpiritus Ægyptii in viſceribus ejus.* i. e. Æthiopes contra Ægyptios inſurgent, & adverſis ſignis ambo concurrent. Quod quidem bellum Ægyptiorum animos vehementer perturbabit, &

ν. 3. guſtias adducet. *Et interrogabunt ſimulacra ſua & Ariolos, & Divinos.* Propterea quæ Diis ſuis plures & novas hoſtias mactabunt, ſed in caſsùm, nec enim inanes dii eventa futura proſpicere aut prænunciare ſufficiant.

ν. 5. *Et areſcet aqua de mari*, forte ipſam met Ægyptum Aſſyriorum armis vaſtandam ob incolarum frequentiam mare, mox etiam flumen appellat. *Et fluvius ſiccabitur, & deficient flumina.* Hæc vel per exuperationem dicta accipienda ſunt ad exagerandam ſcilicet Aſſyriorum futuram in ea expeditione multitudinẽ, quaſi vero fluvios potando ſiccatura videri poſſit. Vel potius eo tropo Ægypti opes & copias ſignificat Aſſyriorum rapacitate penitus exhauriendas.

ν. 6. *Et Calamus & juncus, & papyrus & herba fluvii areſcet, & quidquid juxta amnes ſeritur.* Quaſi dicat ſicut hæc & hujuſmodi germina humore, quo vegetantur, conſumpto moriuntur, ſic veſtræ, Ægyptii, Urbes, omni ſublata ſalutis ſpe, ad ſolitudinẽ

ν. 8. & vaſtitatem redigentur, *Et piſcatores lugebunt*. Reges videlicet Ægypti tantis afflicti malis. Fortaſſe geminas etiam hoc loco plagas minatur Ægyptiis, Aſſyriorum ſcilicèt irruptionem, & aquarum penuriam atque inde annonæ inopiam, cohibita ſalutari fluminis alluvione. *Erraverunt Principes Soan*,

ν. 11. offuſis undique tenebris, erepto veritatis conſpectu. *Sublati ſunt Principes Memphеos: iſti deceperunt Ægyptum in angulis familiarum ejus*. Hinc conſtat non unum Ægyptios coluiſſe Deorum genus, ſed alios in templo

ν. 13. publicis cæremoniis ab eiſdẽ veneratos fuiſſe; atque alios cujuſvis familiæ proprios domi cultos ritu privato. *Dominus miſcuit in viſceribus ejus ſpiritum errantem. Et errare fecit*

ν. 14. *Ægyptum ſicut errat ebrius in vomitu ſuo.* Prędicit Ægyptios futili ſpe victoriæ à Diis ſuis deceptum iri, quam adeo certum erat eos non eſſe conſecuturos, ut quivis Ægyptius Aſſyriorum conſpectu perturbatus temulentorũ more nec mente nec corpore conſtaturus eſſet. *In illa die erunt quinque Civitates in terra Ægypti loquentes Lingua Chanaan & jurantes per Deum fortem*, &

ν. 18. una ex illis Ares vocabitur. Hæc myſticum ſenſum etiam habent. Ex quo enim Chriſti Evangelium coruſcare cœperit, nobiſque ſalus per eum facta

inno-

innotuerit, carnis noſtræ ſenſus, putà viſus auditus, guſtus, odoratus & tactus chriſtianę patientiæ puris laboribus exerciti purgatique in ſanctas Civitates transformabuntur, offerẽtes Deo hoſtias ex voluntaria conſtantique rerum arduarum & difficilium ob ejus amorem perpeſſione. Viſus quidem ſi pravos & impuros aſpectus fugiat. Auditus ſi ſalutiferam Chriſti doctrinam libenter excipiat. Os ſi meditetur ſapientiam & timorem Domini. Atque hymnis & cantibus ſpiritualibus aſſueſcat, & in gratiis Deo agendis continenter perſeveret. Odoratus ſi ſuavem Chriſti odorẽ appetat, qui ex operibus virtutum afflatur. Manus ſi puræ leventur in oratione, ſi porrigantur ad elargiendas eleemoſinas & ſublevandam egentium inopiam. Talibus enim vero moribus ſenſus noſtros in ſanctas Civitates erigimus ſenſus quippe animæ mentique in iis quæ ipſis ſubjecta ſunt, ſubduntur & famulantur; quumque, omnes pro ſuo quiſque officio integrè ſancteque in actus virtutum conſpirant, ſua hac ipſa coitione in unam coaleſcunt civitatem, quæ Ares Civitas appellatur, Civitas nempe juſtitiæ. Porrò Ares urbs eſt in Ægypto notiſſima.

Ares prima occurrit è Paleſtina Ægyptum ingredienti, alluiturque ab occaſu amne vĕrius torrente, qui Palæſtinam ab Ægypto dirimit; à primis & antiquis colonis, Aariſe nomen accepit, quod hodie quoque retinet: Eſto Ares ſcribant Interpretes quidam Græci, & quod ipſorum Alphabetum ה He, & ס Scin careat. Sequiori autem ætate ab incolis Rinochorura dicta eſt. Poſtquam vero Ægyptum Græci novi habitatores occuparunt, nomen mutavit, & ab indigenis, Phacus, & Phacuſſa vocari cæpit. Jam hoc tempore, omnibus hiſce nominibus à vicinis atque à ſuis indicatur: poſita eſt in ea Ægypti parte, quæ ſubjacet Heliopoli urbi Regum & Sacerdotum domiciliis olim nobili. In Scripturis Bethſames nuncupatur, & in ea hodie quoque viſuntur Ægyptiorum illa ſtupendæ amplitudinis & magnificentiæ ædificia & ſtatuæ artis admirandæ, quas etiam Scriptura commemorat, & ſtatuas Bethſemes ideſt Domus ſolis appellat.

Sev. Ant.

v. 19. *In illa die erit altare & titulus Domino juxta terminum ejus*. In finibus Ægypti titulum & Altare excitabunt quinque prædictæ civitates, non quo eo in loco sacrificare velint, sed ut suam in Deum fidem testentur. v. 23. *Et erit via de Ægypto in Assyrios & servient Ægyptii Assyrio*. Ægyptii nimirum Assyriorum armis victi jugum pariter suscipient. v. 24. *Et erit Israel unus ex tribus*, primus scilicet Assyrius, secundus Ægyptius, & Israelita tertius. Vel alio sensu. Tertius Israel dicitur quatenus trifariam dividendus prædicitur ut pars habitet in Ægypto, pars altera in Assyria, & tertia in terra propriæ hæreditatis. Eritque hic benedictus in Ægypto & in Assyria: v. 25. *Benedictus populus meus qui est in Ægypto & opus manuum mearum in Assyria, hæreditas autem mea Israel*. i. e. benedicam populo commoranti inter Ægyptios & inter Assyrios quoniam illi quidem Judæorum opera i. e. Apostolorum salutem per pœnitentiam assequentur. Istorum vero imperium Israelitarum causa nutabit & concidet ejusque ruina nationes universas recreabit. Aliũ adhuc sensum admittunt ea verba *Benedictus populus meus in Ægypto* i. e. Mihi unicè in Ægypto addictus populus prædictarum quinque Civitatum. *Et opus manuum mearũ in Assyria*, quod illa nocte peractum est, qua Assyriorũ exercitus deletus fuit. *Hæreditas mea Israel*, hoc est illud *Jacob funiculus hæreditatis ejus*. Deut. 32. 9.

CAP. XX. v. 1. *IN anno quo venit Tharthan in Azotum* nobilem Palæstinorum Urbem cum misisset eum Sargon Rex Assyriorum & *pugnasset contra Azotum, & cæpisset eum*. Sargon iste Rex Assyrius fuit alius à Sennacherib ejusdemque decessor. v. 2. *Et ait Dominus ad Esaiam solve saccum de lumbis tuis*. Saccum scilicet, mæstitiæ insigne Propheta sumpserat, ea vestis mutatione declarãs suum de Regis Oziæ casu dolorem, & luctum. *Calceamenta tua tolle de pedibus tuis; & ambula discalceatus & nudus*, tua isthæc nuditas Ægyptiis & Æthiopis similem ignominiã portendet, cum à prædonibus Gentium capti, vestibusque nudati, nudis etiam pedibus incedere compellentur. v. 3. *Et erit portentum & monstrum tribus annis adversus Ægyptum & Æthiopiam*. i. e. ad triennium ista reponuntur monstra utriusque: sive hoc supplicio afficientur triennali spatio Ægyptii atque Æthiopes ab Assyriis.

CAP. XXI. v. 1. *Sicut turbo ab Austro excurret à deserto*. Hæc plane Medos & Persas designant, quos Esaias vaticinatur Domino meditãti Babylonis excidium operam suam navaturos. v. 2. *Visio dura visa est mihi*. Species utique persarum

A rum atque Medorum concurrentium ad arma, & in Babylonici imperii ruinam imminentium. *Qui oppreſſor eſt opprimet, & qui depopulator eſt diripiet. Aſcende Ælam, advola Media.* Depopulatores & oppreſſores dicit Medos & Perſas, quos ad evertendum Babylonis imperium, opeſque diripiendas venturos prævidit, idcirco utroſque ad bellum adhortatur, quo Babylonii damna, quæ cæteris nationibus intulerant, pati cogantur. *Et omnem gemitum ejus ceſſare feci.* Dolorem ſcilicet & lacrymas, quas Chaldęi reliquis per Orbem gentibus ciere pergunt, ipſorum aliquando cruore diluam. *Et decorem voluntatis meæ poſuerunt mihi in horrorem.* Verba ſunt Babylonis. Conqueritur autem ædificiorum ſuorum ſplendorem evanuiſſe ſuaque ſuburbana in quibus ſibi tãtoperè placebat devaſtata & utraque horrendum in modũ deformata fuiſſe. *Parate menſam.* Qualem tamen in luctu apparare ſoletis amaris ſcilicet herbis. Sic nimirũ Babylonem Propheta ridet, quæ omne mortalium genus hactenus riſerat. *Dixit Dominus ad me: Conſtitue ſpeculatorem, ut quodcũque viderit annunciet.* Hac circumlocutione Babylonios Eſajas docet ſe ad eos miſſum fuiſſe velut divinæ voluntatis interpretem, ea proinde quę à Deo accepiſſet nudè planeque relaturum. *Et vidit aſcenſum duorum equitum, aſcenſorem Aſini, & aſcenſorem Cameli.* Vir Aſino vectus Medorum regem repręſentat, ejuſque comes aſcenſor Cameli rex eſt Perſarum. Porrò dum ejuſmodi viſionem Deus Eſaiæ exhibet, ſimul ſignificat ſuo numine atque nutu rem eſſe conficiendam, quando ad evertendum imperium ampliſſimum atque munitiſſimum geminos populos, nominis utique non magni, nec viribus aut opibus oppido valentes delegiſſet. *Et attendit auditionem multiplicem*, vel rumorem adventantium hoſtium; vel populos Babyloniis infenſos, Propheta vocat, ut feſtinè concurrant acceptarũ injuriarum vicem authoribus repenſam ſpectaturæ. Indeque ſibi mutuo gratulentur, non utique impunè ſuis inimicis fuiſſe, quod ipſos iniquè tractaſſent. *Et clamavit ſpeculator in auribus meis & dixit ego Domine ſto ſuper cuſtodiam meam de nocte & de die.* Oſtendit Deus ſuam circa Judæos providentiam ſingularem: quare ſe omnino curaturum ne impendentia Babyloniis mala ipſos involvant. *Ecce venio nuncius ab Aſcenſoribus dicens: Cecidit Babylon, & omnes Dii ejus.* Hic viſionis finis, triſtis nempe caſus Babylonis, & generale Chaldaici imperii excidium. *Et omnes Dii pariter corruerunt*, quos nimirum Babylonii conflaverant, ſuæque ſalutis præſidium & perfugium fore ſperaverant vana utique ſpe

ibid.

v. 4.

v. 5.

v. 6.

v. 7.

v. 8.

quandoquidem nec devotam sibi urbem potuerunt servare, imo nec hostium inhibere manus, quominus ipsorum aras demolirentur, atque simulacra confringerent. Hîc porro intuere expressam imaginem peccati, ejusque futuram, domino nostro impellente ruinam recogita. Enimvero quemadmodum, Babylonii plurimas nationes & regna opulentissima subegerunt, & ingentibus afflixere malis, perinde peccatum omnes ferè Orbis terrarum gentes sagena sua quasi mutos pisces concluisse videbatur, nunquam sanè inde evasuras, nisi Dominus, qui solus potuit, peccatum vicisset ejusque exarmasset imperium. Porrò à Domini adventu ad hodiernum usque diem peccatum, mystica Babylon, sanctorum virv. 9. tute superatur ubique, & prosternitur. *Et ecce venit vir de biga equitum & dixit, Cecidit, cecidit Babylon, & omnia sculptilia Deorum ejus contrita sunt in terram, eo quod non sit messis neque area.* i. e. Corruit Babylon, ejusque cecidere Dii, defecere viribus, velut corpora v. 10. torrente fame exhausta. *Quæ audivi à Domino, hæc annunciavi vobis.* Consonant illis: *Non faciet Dominus Dominorum quidpiam, nisi revelaverit secreta sua ad servos suos Prophetas. Onus Dumæ.* Celebre Idumeæ oppidum situm v. 11. in monte Seir. *Clamavit ad me de Seir custos nocturnus.* Deus insomnis custos, qui excubat pro salute populi sui Israel in Idumea servientis inclamat me dicens. *Venit mane &c.* v. 12. Diem vocat ipsum salutis nuncium, quod jubebatur Propheta suis Israelitis in Idumeam abductis referre. *Et venit nox.* Idem significat videlicet tempus, quo illud nuncium Israelitis afferendum erat; vel ipsum servitutis finē noctem appellat. Hic repone superiora Pro*Inf. cap. 11.* phetæ verba. *Adjiciet Dominus secundo manum* v. 11. *suam ad possidendum residuum populi sui, quod relinquetur ab Assyria, & ab Ægypto.* Quidni & ab Idumea & à monte Seir, unde Deus Prophetam hìc alloquitur? Animadvertendū est: Etsi prophetiæ hujus. Onus in Idumeā incumbat, cadere tamen vel maximè in reliquias Israelitarum in ea provincia exulantium, quibus mandat. *Si quæritis, quærite ab eo, qui custodit Israel, ut captivitate* ... *oppressis subveniat, etiam venietis*: ideſt: ad terram hæv. 13. reditatis vestræ redibitis. *Onus Arabiæ. In vespera pernoctabitis in saltu*: Arabes, qui & Cedar, Assyriis Arabiam invadentibus, in alias terras migrare compulsi sunt. Eodem bello venere in potestatē Assyriorum nobiles *Inf.* 37. Arabum urbes Thalasar, & Haram, Reseph, 12. 13. Ana, & Aua, & Gozan cæteraque loca, quę legatus regis Assyrii memorabat, ut inducta comparatione Dei Hebræorum regisque Ezechiæ cum Dijs regibusque gentium inde colligeret, neutrum posse concitatam de se

Judæo-

A Judæorum expectationem ſuſtinere. *Occurrentes, ſitientibus ferte aquas, qui habitatis terram Auſtri occurrite cum pane diſperſis, quia diſperſi ſunt à facie gladii.* Hortatur Propheta, imminente jam Aſſyriorũ invaſione, poſitos ad Auſtrum Judeæ populos, ut ejectis fugatiſque Judæis neceſſario cõmeatu ſuccurrere feſtinent, quoniam ſic dicit Dominus ad me: *In exitu anni, quaſi anni Mercenarii deficiet omnis gloria Cedar.* Ideſt vel anno cadente ſimul omnis gloria Cedar occidet, vel ejuſdem afflictio circulo unius anni definita, ultra annum nequaquam protrahetur. *Et reliquiæ numeri Sagittariorum fortium de filiis Cedar imminuentur.* Significat Cedarenos & ſagittariæ artis peritos fuiſſe, nec ipſis militum copiam defuturam, eos nihilominus ab Aſſyriis ſuperandos fore. Hanc tamen victoriam non Aſſyriorum virtuti tribuendam eſſe, ſed juſto Dei judicio, Arabum ſcelera eo ſupplicio vindicantis. v. 14. v. 16. v. 17.

C. XXII. v. 1.

QUidnam *eſt quod aſcendiſti & tu omnis in tecta?* Jeroſolymam alloquitur, quam ideo ſolaria petiiſſe dicit, ut oſtendat futuram civium trepidationem & communem metum. *Tumultu & perturbatione repleta eſt civitas firma.* Perturbantur ſcilicet cives, commoventur ac trepidant exagitante metu hoſtis appropinquantis. *Interfecti tui non fuerunt interfecti gladio.* Sed ab Angelis percuſſi, vel fame aliiſve ærumnis conſumpti ceciderunt. Iterum illa verba; *Quidnam tibi eſt quod aſcendiſti* & cætera aliter exponuntur, ut ſenſus ſit Jeroſolymitanos impendentis ruinæ metu trepidos In editiora urbis loca ſubiiſſe; unde velut è ſublimi ſpecula hoſtium copias proſpectare volebant. Cuncti principes tui profugi facti ſunt ſimul & vagi erraverunt, quo rapuit metus. *Arcu ligati ſunt, qui relicti ſunt in te.* Arcu externorum ſubacti, ſervilibus mox catenis vincti fuerunt: *fugerunt procul*, alii vero, ſoliciti, & anxii quo uti conſilio deberent, fuga demum ſibi conſulere ſtatuerunt, atque in longinquas terras tranſmigrare. Propterea dixi: *Dimittite me, amarè flebo* caſus utique civitatis Jeruſalẽ. Quare hæc referenda videntur ad illud tempus, quando Solymitanorum cervicibus inſultabant Aſſyrii, quos tamen paulo poſt ſuperveniens horrenda illa clades diſſipavit. *Nolite incumbere, ut conſolemini me ſuper contritionem filiæ populi mei.* Luctum & mœrorem indicat, in quo Jeroſolymitani interim verſabantur, *Scrutans murum*: Supple. Eſt exercitus Aſſyriorum. *Clamans ſuper montem.* Ezechias & populus ejus. *Et Ælam portavit pharetras.* Ælamitæ Judæis infenſi pharetras ſumpſere, vibrarunt tela, & ad prælium ſe compa-

v. 2. v. 3. v. 4. v. 5. v. 6.

comparavere, *in curribus hominum equitum*, instruxere equestres currus, & concurrerunt
v. 6. undique infestis signis. *Et murum nudavit clypeus*, i. e. militum acies circa mœnia dispositę.
v. 8. *In illa die videbis armamentariũ domus saltus*,
v. 9. Captum direptumque ab Assyriis. *Et scissuras civitatis David vidistis, quia multiplicatæ sunt.* i. e. videbitis tormentis labefactata mœnia Civitatis David, & urbium Juda prostratos muros. *Et congregastis aquas piscinæ inferioris & implevistis domos Jerusalem.* Jerosolimitani siquidem rati civitatis obsidionem in longum tempus protractum iri, quod pridem Samaritanis ab Assyrio obsessis fermè contigerat nova aquis excipiendis, conservandisque re-
v. 11. ceptacula excogitarunt. *Et fecistis domos ad muniendũ murum*, i. e. domunculas, seu speculas, in quibus considentes excubiæ statas vigilias noctis insomnes ducebant ad arcendos clandestinos assultus, *Et fecistis fossas*, quibus aqua ad ingentem altitudinem oppletis mœnia urbium muniri solent ad prohibendum vel retardandum obsessoribus accessum. *Et non suspexistis furorem ejus, neque plasmatorem ejus à longè vidistis*, cum istud vobis pronum & obvium fuerit; Assyriorum quippe adventum & invasionem multo antea prophe-
v. 12. tæ Judæis prædixerant. *Et vocavit Dominus ad fletum & ad luctum*. i. e. ad pœnitentiã & præteritorum malefactorum detestationem
v. 13. *Et ecce jucunditas & lætitia*. Sic nimirum divinæ vocationis contemptores, quæ ad eorum emendationem & salutem à Domino ordinabantur in desperationis argumentum verterunt. Ut dicerent. *Manducemus, & bibamus,*
v. 14. *cras enim moriemur*. *Nam accipietis peccatum istud donec moriamini, dicit dominus, Deus fortis* i. e. Quæ meditamini peccata, non utique protrahere licebit, usque ad supplicium: vel contra: Non vos opprimet acerba mors in hac desperatione salutis, sed succedente compunctione cordis & pœnitentia respirabi-
v. 15. tis expectatione rerum meliorum. *Vade ad Sochen istum, ad Sobnam præpositum Domus,*
v. 16. *& dic ad eum*, i. e. ad Sobnam, *Quid agis hic?* Quin tu das locum meliori? dabis utique exul hinc factus, & servus. Interea vero *exodis in excelso sepulcrum tuum & describis in lapide tabernaculum tuum*. Quasi dicat, Heus tu, qui tibi hic monumentum magnificè construis, confidens eundem, quẽ vivens consecutus es honorem, mortuo habendum fore, næ tu vehementer erras, nam
v. 17. *Ecce Dominus projiciet te* i. e. exiget te de terra ista, & mittet in Assyriam, ibique deferet te, quasi rerum tuarum oblitus. Hæc ad Sobnã Deus, qui regna suo nutu administrat eademque transfert, & dispensat pro arbitrio & jure suo. Justo itaque judicio Sobna filius

So-

A Sochen depositus fuit, & electus est Eliacim rector populi credentium in proprio solo mansuri. Sobnam vero in eas, quas dixi, conjectum angustias Propheta pilæ ideo comparavit, quia huc illuc trudendum prævidit, eum ferme in modum, quo pueri lusoriam pilam rotare solent, missamque alter ad alterum remittere. Et ibi, idest, in exilio ad egestatis terminos redactus, in squalore luctuque jacebis, sequitur enim: *Expellam te de honore tuo, ibi morieris, & ibi à curru gloriæ tuæ* v. 18. *dejicieris*. Et hunc Eliacim filium Helciæ tibi v. 20. subrogabo, *baltheo tuo cingam eum*. i. e. potestate, qua tu hactenus abusus fuisti, ornabo: *Et erit pro te pater habitatoribus Jerusalem, & solium gloriæ domui patris sui*. i. e. v. 21. tanta futura est gloria Eliacim, ut universam familiam magna dignitatis & honoris accessio inde secutura sit. *Et suspendent super* v. 24. *eum omnem gloriam domus patris ejus à vasis cantus usque ad vasa citharæ*. Significat divinam psalmodiam à Davide institutã, & cætera sanctuarii officia, præsidẽte Eliacim sanctè ritèque peragenda. *In illa die revelletur pa-* v. 25. *xillus, qui fixus fuerat in loco fideli*. Scilicet fixo clavo Eliacim, Sobnæ revelletur paxillus.

B

C

D ONUS *Tyri. Ululate naves Tharsis, quia* C. XXIII. *de domo prædati sunt eum qui importabat* v. 1. *merces*. Propheta naves Tharsis flere jubet calamitatẽ sociarum tristesque casus nautarum, & mercatorum quos nec opinos in ipso portu rapuere Chaldæi, & Babylonẽ deportarunt, quo loco Propheta domum appellat ipsum Tyriorum portum merceſque importantes ipsos navarchos & naves. *De terra Cethim revelatum est nobis*. i. e. Hujus infortunii, quod E Tyrios nuper oppressit, nuncium attulere nobis Græcorum naves, quas communi periculo fuga subduxit. *Tacete qui habitatis in in-* v. 2. *sula*. Explicat secuturam ex subita Chaldeorum invasione Tyriorum trepidationem & stuporem. *Negociator Sidonis, & qui trans-* v. 3. *fretant mare repleverunt te per aquas multas, convehentes semen Negociatorum & messem fluminis*. Qui enim maritimos mercatus exercent semina mari committere videntur, & inde messem colligere cum creditas merces cum lucro recipiunt: quæsitas tamen opes prædicit Propheta prædam exteris gentibus futuram. Nilum Ægypti flumen designat, fluminis messem dicit fruges ex ejus inundatione provenientes. *Erubesce Sidon,* v. 4. *quia ait mare & fortitudo ejus: Non concepi nec peperi*. Sarcasmus est. Quasi dicat. Quid ita cessavit tanta tuorum Tyre natorum turba? Juvenes integra ætate sunt & Navarchi nauticæ artis peritissimi, quin huc appropeF

H

rant gradum, matrem ut ſervent & merces ſuas? At neutrum, ut video, efficere potuerunt, cum auditum fuerit in Ægypto quanta Sidoniis Tyriiſque incidêre mala, *dolores parturientis apprehendent eos*, addito metu hoſtis potẽtiſſimi & ſublata ſpe utilis negociationis.
℣. 6. *Tranſite in Tharſis*. Tranſitum advenis ſuadet vel quia Tyri navalia hoſtibus infeſta fuiſſe ſignificat, ac perinde nautis navibuſque inacceſſa, vel ſenſus eſt *tranſite in Tharſis* i. e. narrate, oro vos, quibus nuper opportuna patuit à Tyro fuga & vicini maris inſulas
℣. 7. colunt, civitatis excidium. *Ducent eam pedes ſui longè* i. e. Tyrios cladi ſuperſtites abducent pedes ſui procul à patrio ſolo & Baby-
℣. 8. lonem deportabunt. *Quis hoc cœpit conſilium ſuper Tyrum coronatam*? Dominus fortis conſilium iſtud inivit; Cauſam dedere Tyri opulentia, & ſuperbia ædificiorum, indeque, nata morum perverſitas, & arrogantia: peccantem monuit per prophetas legatos ſuos, ut pœnitentiam ageret, ſprevit illa monentem, idcirco probroſæ cives addixit ſervitu-
℣. 9. ti, donec. *Ad ignominiam adduceret omnes in-*
℣. 10. *clytos ejus*. *Tranſi ad terram tuam quaſi flumen filia maris, non eſt qui expellat te*. Interim tamen Deus Tyrios meliora poſt hæc ſperare jubet, prænuncians naves redituras mercibus refertas, velut amnes pleno alveo redundantes, quod infra ſimiliter pollicetur.
℣. 12. Verumtamen nunc. *Filia Sidonis conſurgens transfreta in Cethim*. i. e. ad inſulas Græcorum. *Ibi quoque non erit requies tibi*, ſed infeſtus ſequetur te populus, à quo vapulaſti, nam & illæ calicem quem tu hauſiſti, bi-
℣. 13. bent. *Statuerunt ſcrutatores, ſcrutati ſunt domos ejus, & poſuerunt eam in ruinam*. Diripuerunt hoſtes urbem, ędificiaque ſimul fun-
℣. 14. ditus ſubruerunt. *Ululate naves maris, quia direpta eſt fortitudo veſtra*. Naves quæ Tyrum appulerant, & in ipſo portu cum ſuis mercibus direptæ ſunt. Vel verius ipſam Tyrum
℣. 15. robur navium maris appellat. *In oblivione eris ò Tyre ſeptuaginta annis*, incolis Babylonem abductis. *Et poſt ſeptuaginta annos cantabunt Tyro canticum Meretricis*. Tyrii nempe Babylone in patriam reducti, ſibi profana, non Deo, ſacra carmina modulabuntur, choreis ludiſque vacantes. *Et erit poſt ſeptuaginta annos viſitabit Dominus Tyrum, & reducet eam ad ſuas mercedes*. i. e. ad ſuas negociatio-
℣. 17. nes. *Et rurſus fornicabitur cum univerſis regnis*. i. e. reſumpta cum omnibus regibus negociatione amiſſas reparabit opes, & ad
℣. 18. priſtinam opulentiam revertet. *Et erunt negociationes & mercedes ejus ſanctificatio Domino*. Quod Zacharias vaticinatur ſimile, id
Zach. 9. 4. porrò accidit non ſub Babylonica captivitate, ſed eo tempore, quo Gog & Magog Palæſtinam ſubegere.

ECCE

C. XXVI.

A ECCE *Dominus dissipabit terram, & scindet eam*. Quod & exequutus est opera primum Senacheribi, deinde Salmanasaris, uterque enim Israelitarum terras invasit, & vexavit. *Et erit populus sic Sacerdos*, quando sine discrimine cujusvis ordinis homines servire cogentur. *Et sicut servus, sic Dominus ejus*, adeo nihil pensi habebit hostis, quo quisque loco, aut conditione sit natus, liber an servus, sed omnes promiscue incolas patrio solo excedere compellet, & in alienas terras transmigrare. *Quia mutaverunt legem, & dissipaverunt fœdus sempiternum*. Illud vid. quod pepigere majores in Oreb. *Propter hoc sedebit terra in luctu*. Quando vastitas & squalor omnes obstruent aditus, quominus in posterum pateat introitus necessaria alimenta inferre volentibus, nedum offerentibus præteriti temporis oblectamenta. *Condemnabuntur habitatores ejus*. Propheta quæ per id tempus tristia eisdem acciderunt persequitur: *Luxit frumentũ, & infirmatæ sunt vites*. Explicat cladem, quam Sennacheribus Judeæ intulit, interceptis agrorum proventibus: cæpto nanque cum Ezechia bello, omnia circum ejus ditionis loca corrupit & incendit. Segetes porrò & vites quasi ratione præditas Propheta inducit, illacrymantes agricolarum infortunio, quippe quibus gravis & diuturnus in colenda terra labor futurus esset, nulla tamen in colligendis frugibus voluptas, omnia namque pessundedit Sennacheribus, si quid vero superavit, successor ejus Salmanasarus perdidit. *Ingemuerunt omnes, qui lætabantur corde*. Lætitiæ siquidem causa fuerat pax & securitas, qua sublata, subiit dolor, & plenus mœrore gemitus, pectore ab imo ductus, inde scilicet gaudium manabat. *Amara fuit potio bibentibus*, i. e. futura est. *Direpta est Civitas, & clausa est omnis domus vasorum*. i. e. direptam, dirutamque civitatem deseruere cives: dominisque alio migrantibus domus vasorum, vasorum inquit domus, non ita carceres vinctorũ, habitatoribus vacuæ, velut clauso ostio, manserunt. *Derelicta est in urbe solitudo*, qualis in oliveto, aut in vinea, collectis olivis, & finita vindemia: significat generalem populi cladem oppido paucos evasuros. Sic enim quum olea excutitur, paucæ olivæ remanent, & peracta vindemia pauci superant racemi, vel quia legentium oculos fugerunt, vel quia putres sunt, aut ad maturitatem nec dum venerunt. Superstites porro populi reliquiæ, *Laudabunt Dominum de sua magnificentia*. Spectant ista Sennacheribi copiarum interitum, quas gladius Domini delevit in argumentum magnificentiæ suæ. *Propterea*, inquit *in omni loco laudabunt Dominum, ab extremis terræ*

v. 1. v. 2. v. 5. v. 6. v. 7. v. 9. v. 10. v. 12. v. 14. v. 15. v. 16.

laudem auäivimus i. e. ab urbe Jeruſalem venit ad aures noſtras divinum vaticinium Juſti dicentis: *Secretum meum mihi, ſecretum meum mihi*. Illud dicit ſecretum, quod Deus Prophetæ aperuerat docens, qualem felicitatem populo ejus afferre decreviſſet. *Væ mihi perverſi perversè egerunt*, nec Dominum, cui omnia ſerviunt à mutis ſimulacris diſcreverunt, ne ſcilicet metuerent, metuſque volentes agere perverſe moraretur. *Formido & fovea ſuper te, qui habitator es terræ*. Terræ habitatorem, & inquilinum non dominum, Sennacheribum appellat. *Cataractæ de Cœlo apertæ ſunt*, quas Angelus ad perdendas ejus copias laxavit. *Agitatione agitabitur terra, quaſi ebrius, & concutietur quaſi pergula*, ſuper Aſſyriorum exercitum caſura, nec erit, qui relevet ruinam. *Et viſitabit Dominus ſuper virtutes excelſi ſuper excelſo, & ſuper Reges terræ in terra. Et congregabunt congregatione ſuper vinctum laci*. i. e. caſtigabit Dominus ſuperbos Aſſyrii exercitus, & Duces, ſummã per id tempus locum tenentes, nec tamen alii principes Dei manum effugient; quod exponit ſubdens, *& ſuper Reges terræ in terra*. Quod autem ſequitur, *Et congregabunt congregationem ſuper vinctum laci & cogitabunt ſuper incluſum*. Aſſyrios, eorumque ſocios deſignat congregatos, & conſpirantes in ruinam Civitatis Jeruſalem, & Ezechiæ cædem, quem intra mœnia urbis velut carcere conclusum habebant. *Erubeſcet Luna, & confundetur Sol*. Vel Deos Aſſyriorum intelligit, quorum præſidio confidebant, vel ipſorum Aſſyriorum imperium & gloriam Solem & Lunam appellat. *Quia regnavit Dominus fortis in monte Sion*, non alius ſed ſolus Dominus, qui ſolus de Aſſyrio triumphavit; *Et in conſpectu Sanctorum ſuorum glorificabitur* propter miraculum, quod Ezechia ejuſque populo præſentibus idem eſt patraturus.

v. 17. v. 18. v. 20. v. 21. v. 22. v. 23.

C. XXV. v. 1. v. 2. v. 3.

Domine Deus meus exaltabo te, quoniam multo ante ſtatutam Aſſyrio cladem tandem intuliſti, & præſtitiſti hodie ſalutem, Jeroſolymæ promiſſam. *Quia feciſti Civitatem in tumulum* i. e. in acervum lapidum vel cadaverum Regiam Aſſyriorum urbem, cujus excidium Nahum Propheta vaticinatur, vel eorundem caſtra propter militum multitudinem & convenarum frequentiam civitati comparanda: *Et habitaculum alienorum, ne in ſæculum à Civitate reædificetur*. i. e. ne deſtructa regia Civitas a ſuis civibus unquam in ſempiternum reſtauretur; vel ne ipſe Rex à ſua civitate aut exercitu inpoſterum adoretur, eo quod & urbs caſura ſit, & exercitus delendus. *Propter hoc laudabunt te populi multi*. i. e. etiam

A etiam populi Judæis confines & circum in vicinia habitantes, eo quod propter eos periculũ evaserint; nec non Assirii, qui à communi clade sociorum servati, fugerunt, & factum Senacheribo renunciarunt, laudabũt te, inquit, populi cum tribu Juda. *Quia factus es* v. 4. *auxiliator populo tuo*: dum à suis premeretur hostibus, & *protectio à turbine*. Rabsacis maledicentiam turbini comparavit. *Et umbraculum ab æstu* i. e. procella irruente populum
B tuum protexisti, eidemque æstu torrente umbraculum obtendisti. *Altitudo alienorum hu-* v. 5. *miliabitur*, superveniente vexatione illorum superbiam deprimente; Assyrios pariter designat, quorum fastus sociorum interitu detumuit. *Sicut æstu sub umbra nubium*. Qualis viatori accidit æstus vicino aere crassis nubibus obsesso, utique molestissimus, talem Rabsaces cum sociis Assyriis sentiet plagam
C divinitus inflictam. *Et virga fortium humiliabitur*, & illorum Rex Senacheribus suorum militum cæde consternatus, demittet animos. *Et faciet Dominus in omnibus populis in hoc mõ-* v. 6. *te convivium pingue*. Etsi hoc in urbe Jerusalem verè actum fuerit ut nimirum Judæi convivium celebrare, & hymnis & canticis Deo Liberatori suo acceptam salutem testari voluerint; umbra tamen hæc fuit, rem istam Dominus noster exhibuit, quando in monte
D Sion fregit corpus suum, & sanguinem distribuit dicens, *sic in mei memoriam facietis*. Hoc certe convivium est cæleste & spirituale, convivium reservatum, & pingue, nobis imperticns vitam: *Convivium* item *robustum*, i.e. stabile & permanens populisque univer. sis commune, id namque significant illa *faciet Dominus in omnibus populis convivium pingue*. *Et absorbetur in monte isto facies Domi-* v. 7. *natoris*, *qui dominatur cunctis gentibus*. Quam-
E vis de Sanacheribo propheta loquatur, Diabolum etiam designat. Arcanus quippè sensus historicum ferè ubique sequitur, ut nimirum quæ Prophetæ populo Dei evenisse aut eventura narrant, eadem ad futurum Ecclesiæ Christi statum referenda sint, imò & omnium Justorum atque Impiorum constitutam à Deo gubernationem repræsentent. *Et absorbetur mors ad victoriam in sempiternũ*: v. 8.
F Vitæ pharmacum Christus, quo hausto mors mortua est, ex quo enim Christus mortuus est, Mortuis promissus est ubique gentium certus ad vitam reditus. *Auferetur lacryma ab omni facie*, sublata Assyriorum interitu lacrymarum causa. *Et opprobrium populi pariter auferetur*. Obliterabuntur simul Rabsacis maledicta & objecta Deo probra cum sui populi dedecore & ignominia. *Quia Dominus loquutus est*. Pœnam ergo, quam illi ejusque sociis decrevit, inferet, quod etiam paulo

post executus est quando Assyriacum imperium evertit, & adhuc exequetur in fine temporum, quando Diabolum hujus Mundi principem ejiciet foras & detrudet in carcerem sempiternum. *Triturabitur Moab sub eo*, i. e. sub Assyrio, non enim ut Juda sic Moab à communi hoste tractabitur, sed iste pedibus Assyriorum pressus concidetur velut palea ferrato trita carpento, Deo sic disponente & hostibus auxilia subministrante. *Et extendet manus suas sub eo, quasi natans ad natandum*. Quamquam Moab Deorum suorum præsidio fretus Assyrio armatus occurret, nihilominus conserto prælio profligabitur. *Et dejiciet Assyrius fortitudinem ejus cum extensione manuum ejus, & gloriam ejus vertet in opprobrium*. Sic ut populos pariter confundat Moabitam intuentes, & ad quos idem vicissim protendebat manus. *Et munimentum sublimium murorum tuorum humiliabit*, i. e. Regiam Moabitarum urbem diruet, soloque æquabit.

v. 10.

v. 11.

v. 12.

C. XXVI. URBS *cujus confortata est salus* (Jerosolymam dicit) *Posuerunt murum & antemurale*, verum nihil ista mihi profuerunt ad salutem. *Aperite portas, ut ingrediatur populus justus* fores templi Piorum cætui patefacite, & hoc agite ut à Domino salutem orando impetrent vel impetratam gratias agendo testentur; quia non arma non hominum ingenium sed fides spesque divino innixa præsidio Civitatem servarunt. *Semita recta pauperibus* i. e. facilis & expedita, ad Deum nempe tendentibus. *Nomen tuum & memoria tua desiderium Animæ meæ*. Illud dico nomen, quod horrendis plagis quatefecit Ægyptum, divisit mare, Pharaonem demersit, & Chananæos delevit. Certe hoc nomen desideravit anima mea, nunc verò vel maxime in præsenti rerum perturbatione & angustia, in quam nos conjecit Assyrius. *Anima mea desideravit te de nocte* ardens tui desiderium dormientem me excitavit, & alte insidens in animo meo fiducia ad te protraxit. Ideo præverti lucem, viamque, incumbētibus aduc tenebris, invasi, te cogitās, simulque satagēs à te impetrare, quæ populo Justorum tuorū impertire consueviſti. *Nam secundum judicia tua super terram, Justitiam tuam discent habitatores Orbis*, hoc est quod spiritus in psalmo docuit: *Cognoscetur Dominus judicia faciens*. Sensus Prophetæ est. Ex ea judiciorū severitate, quam adversus Assyrium in terris nostris exercitam audient, intelligent habitatores Orbis Justitiæ tuæ æquitatem, *Et quoniam non Deus volens iniquitatem tu es. Procul abscessit impius ne disceret justitiam*. i. e. mentem alio abstraxit, per loca vel tempora peregrinantem remota, & ideo præsentis judicii

v. 1.

v. 2.

v. 6.

v. 8.

v. 9.

Psal. 9. v. 17.

Psal. 5. 4-
v. 10.

A dicii telam non consideravit, nec præteritorum judiciorum tuorum intellexit æquitatem, præsentia namque præterita justa nihilominus fuisse demonstrant, & æquum te judicem ubique probant. Fortasse Judæos Propheta hoc loco etiam designat, qui Assyriis Judæam jam invadentibus, existimabant nullam aliunde, sibi salutis spem suppetere, quam si fuga illorum adventum anteverterent. Sive quoslibet de eodem populo homines impios, qui fugam quidem non arripuerunt, sed nec justitiam didicerunt, etiam post miraculum. *Increpatio in terra arguit*, quæ perculit Assyrium, universum Orbem admonuit. *Et non videant gloriam Domini*. Illi qui pœnitentiam non egerunt, etiam postquam assertam Judæis ab illo salutem spectarunt, ita, inquam, magnificentiam ejus non videant, sed. *Nec altitudinem manuum tuarum videbunt* Assyrios castigantem. Verumtamen, qui felicitatem tribui Judæ allatam non vident, *videant & confundantur zelum populi* i. e. pauci qui remanserunt, Domini erga populum suum caritatem & zelum considerent; eosque pudeat, vana simulacra colere, quorum cultum nihil sibi profuisse, senserunt. *Sicut ignis vorabis hostes tuos*, Ipsi namque majestatis tuæ indignationem provocarunt, & hunc ignem sua accenderunt maledicentia. *Facti sunt Domini super nos præter te*: id nimirum satagit Assyrius ut pro Deo nostro dominetur nobis. *Nominis tui recordati sumus*: insidet hoc scilicet in memoria nostra, latet quidem, manifestatur tamen in signis, suique præsentiam per singulas quasque ætates declarat. *Mortui non vivificant*, nec ipsi nec Dii eorum, & *gigantes non suscitant*, quod quidem tu facere soles suscitans de terra inopem & mortuum de tumulo. *Propter hoc visitasti, & tabefeciisti eos*. Eos dico Gigantes potentes à sæculo, quos diluvio submersisti nec non Ægyptiorum principes, quorum currus in medio fixisti pelago, & equites operuisti fluctibus, *Addidisti Domine super populum, addidisti*; *Elongatus es, & repulisti omnes fines terræ*. i. e. priora benefacta novis cumulasti populo tuo; *elongatus es à renibus ejus* ne illum qua soles severitate punires, sed & repulisti omnes fines terræ militum videlicet acies à finibus terræ undique cum Assyriis congregatas. Judæi tamen, nec tantis beneficiis affecti ad te redierunt. *Domine in angustia requisierunt te, & in inclusione accusaverunt correptionem tuam*, quod dicerent oppido acerbam, & pro virium suarum tenuitate minime tolerabilem. *Sicut quæ concipit, cum appropinquat ad partus & dolet*: *Sic à tua correptione commoti sumus, concepimus & parturien-*

B C D E F

Gen. 6. 5.

v. 10. v. 11. v. 13. v. 14. v. 15. v. 16. v. 17. v. 18.

turientium dolores ſuſtinuimus, quales tamen ſentire ſolent parientes ventum, eo quod nullus inde nobis in virtute profectus accidit, ſicut nullus manet fructus feminis flatum parientibus. *Salva nos ne pereamus in terra*, i. e. in terra noſtra capti, & in terras gentium abducti. *Et non cadant habitatores terræ*, neve quæſo deficiant cultores nominis tui, habitatores terræ tuæ, qui laudare pergant miraculum, & miraculo partam
v. 19. nobis ſalutem. *Vivant mortui tui, & cadavera eorum reſurgant* vid. filiorum Juda. *Expergiſcantur, qui jacent in pulvere*, laudiſque tibi modulentur hymnos nobiſque noſtram gratulentur reſurrectionem, quicumque in triſtitia demerſi; quaſi in pulvere jacent, *Ros lucis ros tuus*. i. e. *Gratia tua lux eſt*, quæ converſos ad te populos ſuo recreat lumine, non ſecus atque matutinus ros plantas vegetare ſolet. *Et terra Gigantum ſubvertetur*,
v. 20. Aſſyriorum ac perinde etiã omniũ Impiorum opes dilabentur, & concidet ſtatus. *Vade populo meus, intra in tabernacula tua*, populum ſuum Deus appellat filios Juda, & generatim omnes juſtos. *Et abſcondere ad tempus, donec pertranſeat indignatio mea*. i. e. Aſſyriorum exercitus diſpereat, indignationis meæ adminiſter, vel donec cum ſæculo finiantur vitæ præſentis ærumnæ & incommoda filiis iræ
v. 21. conſtituta. *Ecce enim Dominus egredietur de loco ſuo* i. e. de Tabernaculo ſuo, ubi ſedet ſuper alas Cherubim. *Et viſitabit iniquitatem habitatoris terræ contra eum*, Rabſacis & ſociorum blaſphemias, perinde atque cæterorum malorum hominum peccata. *Et revelabit terra ſanguinem ſuum, & non operiet ultra interfectos ſuos*. pœna namque ſtatuta delinquentibus, delicta propalabit, quando fuſus ab Aſſyriis ſanguis filiorum Juda, ipſorum Aſſyriorum mirabili & memoranda clade vindicabitur.

C. XXVII. v. 1. *IN die illa viſitabit Dominus in gladio ſuo duro & grandi, & forti ſuper Leviathan ſerpentem rebellem, & ſuper Leviathan ſerpentem tortuoſum, & occidet Draconem in mari.* Reges ſignificat populi ſui perſecutores: duo ſymbola duos præcipue reges deſignant Aſſyrium & Babylonium, iſtorum nempe diuturnũ adverſus Judæos bellum Propheta paſſim commemorat. Et colubro quidem Aſſyrium comparat tortuoſo propter inſignem perverſitatem & nequitiam, quod primi Aſſyrii totius Orbis imperium ambiverint: Babyloniũ vero Ceto ſimilem dicit, & quod Babylon aquis circum undique muniretur, & quod ſicut in pelago Cetus tutum ſe exiſtimaret. Simili ſymbolo, nec abſimili de cauſa regem
Ezech. 29. 3. Ægypti Cetum & Draconem Ezechiel Propheta

A phera vocat in medio fluminum cubantem. Cæterum parvis ſymbolis magna myſteria hìc Eſaias expreſſit: illum ergo diem deſignat, quo Deus viſitavit, & redemit Mundum, deſtruxitque opera Diabboli, quæ quia varia & multa ſunt, varia item & multa nomina eidem aſciverunt. *In illa die vinea meri, cantate ei.* i. e. illo ipſo tempore conſurget populus, ab illo utique diverſus; quem vineæ ſterili & labruſcas dumtaxat ferenti ſimilem dicebam, huic recinite quæ mihi à Domino dicta hic repræſento. *Ego Dominus cuſtodio eam*, hunc populum meum nunc & ſemper tutum præſtabo, ejuſque rerum curam geram. *Et vigilabo ſuper eam die ac nocte cuſtodiam illam*, quod illa Dei ad Ezechiam verba confirmant: *Ego protegam civitatem iſtam, ut ſalvem illam. Murus non eſt tibi*, tuus ego murus ero. *Quis autem dedit in te veprem & ſpinas.* i. e. Aſſyriorum eduxit acies, inque tuam ditionem infudit. *Inſufflabo in eas & ſuccendam illas.* Quod alibi ſpiritus explicat. *Et erunt gentes ſuccenſæ ſicut calx lapidum. Et faciam ei pacẽ*, quoniam ad me confugiet. *Pullulabit, & germinabit Iſrael, & implebit faciem terræ frugibus*, pios nimirum cum gentibus de Deo vero ſermones ſerendo, miraculiſque nuper aſſertam ſibi ſalutem prædicando, ſuiſque olim Majoribus ex Ægypto exitum prodigiis & portentis mirabiliter patefactum. Hæc profecto erunt ſemina, quæ auribus audientium commiſſa, ferent fructus juſtitiæ totum per Orbem uberrimos. *Judicabis eum*, Aſſyrium, ut quod intulit, ferat malum; *menſura tamen, qua menſus eſt*, non ea ſcilicet clementia, qua dilectum tibi populum juſtorum caſtigare conſueviſti, *in virga filiorum ſed gladio tuo duro, grandi & forti*, quo in hoſtes tuos, tuique populi perſecutores animadvertere decreviſti. *Quoniam cogitavit in ſpiritu per diem æſtus.* i. e. poſtquam incaluit ſpiritus ejus æſtu ſuperbiæ, dumque ſuæ gloriæ fortunæque altitudinem miratur credidit ſempiternam. *Juxta plagam percutientis ſe percuſſit eum, & ſicut occidit interfectos ſuos occidit eum.* i. e. Populus Judæ Aſſyrium. In illius quippe gratiam Deus retribuit Aſſyrio ſecundum opera ejus, ut mala quæ Judæis attulerat ipſe pateretur. Et hæc quidem juxta rerum geſtarum hiſtoriam in Senacheribo ad exitum perducta fuerunt. Quamquam ex arcano ſenſu ad tempus Dominicæ diſpenſationis referenda ſunt. Dominus ſiquidem noſtrã induens carnem, noſtras etiam ultus eſt injurias & Diabolo retulit plagas, quas Adæ ejuſque poſteritati idem intulerat. Arcanus itaque ſenſus Domini contra Diabolum acta repræſentat. Enim-

v. 2. v. 3. v. 4. v. 5. v. 6. v. 8.

verò quas ille plagas Adæ Posteriſque intulit viciſſim à Domino accepit. Viden, ut hodie pueri & feminæ à Deo confortati Diabolum inſultant, & quæ eſt ejus imbecillitas, facillimè proſternunt. *Idcircò ſuper hoc dimittetur iniquitas domus Jacob; cùm poſuerit omnes lapides altaris ſicut lapides calcis, qui ſolvuntur in cinerem*. Peccatum domus Jacob idololatriam dicit, quod tunc dimittendum ait, quando lapides, quibus aras vitulis fictisque ſibi Diis conſtruxerat, ſuppoſito igne cremabit, ſic ut ad inſtar lapidum, calcis alliſi in cinerem ſolvantur. Quod quidem Ezechias integrè præſtitit. Oſtendit porrò Propheta ob hoc præclarè factum eundem ampliſſimè muneratum dum ſubdit. *Civitas enim munita deſolata erit*; Aſſyriorum diſſipata caſtra ſignificat, & everſum cum regia Civitate regnum. *Ibi paſcetur vitulus*. Vitulum vocat populum Judæorum, prædicitque hunc ſuis egreſſurum locis ad efferendam, conſumendamque prædam Angeli dexteræ demiſſam, ipſique paratam. *Conterentur mulieres venientes & lucem ferentes ei*. Civitates intelligit ab Aſſyriis in ſocietatem belli adſcitas eiſque auxilia ſubminiſtrantes. *Quia non fuit ille populus ſapiens*, utique Aſſyrius, qui Samariæ Deos inanes Deo noſtro pares credidit. *Propterea non miſcrebitur eum favor ejus*, quia blaſphemiarū tela jecit in eum qui formavit illum. *In die illa concutiet Dominus ab alveo fluminis uſque ad torrentem Ægypti*, gentes videlicet in hoc terrarum tractu poſitas Aſſyriorum armis quatiet, & vaſtabit ab Euphratis ripa uſque ad Nilum fluvium, qui torrens hìc dicitur. *Et vos congregabimini unus ad unum*. Vos autem Judæi quos præteriti caſus diſperſerant, & quos Dei cura ab eo infortunio ſervaverat in unum cætum populumque coibitis; tum vero. *Clangetur in tuba magna*, tubam magnam, bonum nuncium ſolutæ ſervitutis dicit, quod Cyri decreto velut tuba magna divulgatum illorum quoque Hebræorum pepulit aures, quos civitatis ac templi ruina, & ſociorum captivitas per varias Orbis partes lōge lateque diſperſerant. Myſticus ſenſus Evangelicæ prędicationis tēpus perſpicuè demonſtrat: quando non Judęi modò ſed Aſſyrii & Ægyptii gentiles videlicet populi in unum coaluere populum; & *adoraverunt Dominum in monte ſancto in Jeruſalem*, quod etiā Caiphas prophetaſſe, Evangeliſta ſcribit, *quod Jeſus moriturus erat, ut filios Dei, qui erant diſperſi, congregaret in unū*.

v. 9.
v. 10.
v. 11.
v. 12.
v. 13.
Jo. 11. 51.

C. XXVIII. v. 1. VÆ *coronæ ſuperbiæ ebrii Ephraim*. Faſtum & intemperantiam Ephraimitis Propheta exprobrat, ut qui magnificentiæ laudem velut citato curſu aſſectarentur & in om-

A in omne luxuriæ genus ex condicto simul incumberent. Nec enim, ut fit, paulatim sed torrentis in modum in ejusmodi vitia eos præcipitasse Scriptura docet: nec singuli privatim suas exercere libidines volebant, sed velut ex compacto se mutuo ad inhonestas commessationes compotationesque provocabant. Ita dum hisce moribus vivunt, Assyrius nec opinos oppressit, protrivitque. *Flori* v. 4.
superbo, & serto probroso, fortitudini gloriæ ejus,
B *qui stat in vertice vallis pinguium.* Iterum væ flori superbo, filiis Ephraim, qui Samariæ regnum & montem obtinentes, atque feracissimarum vallium domini, coronas sibi ad ostentationem & luxuriam auro & floribus consertas concinnarunt; nam etsi hoc illi ad cultum & decorem excogitarunt, nihilominus istud Dominus brevi post in dedecoris & infamiæ notam mutabit. *Ecce validus &*
C *fortis Dominus &c.* q. d. certè Deus illorum potentissimus est, ejusque nutibus cuncta parent. At ipsi ejus consuetudinem fastidivere, piguitque eos ad illum redire, & salutem ab ipso quærere; *Propterea sertum probrosum erit sicut temporaneum ante æstatem*. i. e. Flos ille superbus, regnum videlicet Ephraimitarum cùm venerit Assyrius, patietur quod fructibus temporaneis accidit: quum enim pares Assyrio vires eis non suppetant simul atque
D conspecti fuerint, vorabuntur: quamquam, etsi suppeterent vires, mens certe non suppetet cunctis nimio cibo potuque stupentibus. *In die illa erit Dominus residuo populi sui in* v. 5.
diadema virtutis, domui Juda, *& in coronam gloriæ*, quandoquidem illos in modum coronæ circumcinget & obvallabit, *& iis qui avertunt à porta*, idemque auxilium præstabit urbis propugnatoribus subeuntem hostem propel-
E lentibus, Regi videlicet Ezechiæ & reliquis de populo justis, qui suis precibus Assyrios invasores propulsabunt. *Verùm hi quoque præ* v. 7.
vino erraverunt, crapula nimirum & ebrietate amentes à se ipsis discessere. Innuit Propheta etiam in ditione pii Ezechiæ extitisse non paucos luxuria & superbia corruptos, nec homines modo tenuiores & plebeios, verum etiam potentiores & nobiles putà sacerdotes & pseudoprophetas. *Quia omnes mensæ reple-* v. 8.
F *tæ sunt vomentibns & vomitu ita, ut non sit locus*, Et quandoquidem cibi potusve rejectio fastidientis stomachi indicium est, innuere Propheta videtur Judæos ejusmodi vitiis depravatos verbum Dei ipsis prædicatum fastidire solitos fuisse. Quocirca subdit. *Quem* v. 9.
docebimus scientiam! Ablactatos à lacte, avulsos ab uberibus? quasi dicat. Nullus jam in hoc populo superest quem nostris præceptionibus erudiamus. Nam vel parvuli sunt & isti profecto, quæ traduntur, non capient,

vel adulti & rationis usu pollentes & hi aiunt
v. 11. se nequaquam egere doctore: *In sermone difficili, & in alia lingua loquar ad populũ istum*: Hanc meritò pœnam comminatur Deus populo, qui pietatem & religionem velut fastidientis stomachi rejectamentum abhorrebat, quæ tamen mysterium etiã continere videntur eo tempore declarandum quo Apostoli reipsa alio sermone & variis linguis divinitùs accepti eosdem Judæos allocuti sunt per eos
v. 15. fermè dies quibus illi Deum in crucem egerunt. *Statuimus fœdus cum morte*. Assyrium designat. *Et cum inferno fecimus visionem*. i. e. cum Assyria paciscendo. *Flagellum inundans cùm transierit non veniet super nos*. Idcircò cũ flagellum Assyriorum manu quatiendum socios & finitimos populos cæciderit, istuc profectò nos evitaturos confidimus: *Quia posuimus mendacium spem nostram*. Eorundem As-
v. 16. syriorum auxiliis & favore freti. *Propter hoc ecce ego ponam in Sion lapidem probatum in angulo prætioso*. Regnum scilicet in umbra altaris sub alis Cherubim ipsum altare tegentium. Sublimiori tamen sensu: lapis iste est Dominus Jesus Christus, qui in ecclesia Sion locatus est & factus est in caput anguli ut ambo latera supernorum scilicet & infernorũ stabili fœdere conjungeret. Ipse est caput parietis, ipse est fundamentum. i. e. Rex & regni sui fundamentum propria justitia sustinens & portans Mundum universum. *Qui crediderit non pavebit, quemadmodum nec ille trepidabit*. Et hæc quidem in Ezechia umbra fuerunt in Christo veritas: ipse enim verus est lapis probatissimus de matre virgine exv. 17. cisus. *Et dabo in manu ejus judicium mensuræ*. i. e. Constituam illum judicem justissimum & sapientissimum ut credentes ab incredulis discernat juxta illud. *Pater omne judicium dedit filio*. *Et excutiet grando spem mendacem*, Assyrium scilicet in quo principes Juda spem suam temere collocarant. *Et hoc latibulum*
v. 18. *aquæ inundabunt*. *Et expiabitur pactum vestrũ cum morte*, i. e. cum Assyriis, quos ut supra morti comparat. *Flagellum inundans, quando pertransibit, eritis ei in conculcationem*.
v. 19. *Quoniam mane pertransibit, die ac nocte erit cõmotio*. i. e. Trepidatio & pavor, ita tamen ut à die ad noctem sequatur salus & securitas
v. 20. eversо Assyriorum imperio: *Quia decurtatum est vestimentum ad operiendum eum & coangustatum est stratum, ut non sufficiat*. Hinc porrò intelligite Assyriorum propè imminentem cladem & eorum excidium citò secuturum.
v. 21. *Quoniam in monte divisionum stabit Dominus sicut in valle Gabaon*. i. e. Sicut enim in campis Gabaon Deus olim Chananæos reges cecidit, sic hodie quatefaciet Assyrios nec tamen verbere simili. *Ut faciat opera sua, pere-*

A *peregrina ſunt opera ejus*. Variæ enim & diverſæ ſunt animadverſiones, quibus impiorum ſcelera vindicare conſuevit. Item ſicut Agricola non ſerit ſtatim nigellam & triticum & hordeum & milium, ſed primùm terram proſcindit & ſarrit, tum verò parata ſemina agro ſuo committit, ſic in judiciis ſervandus eſt ordo. Hunc ergo in modum Deus Aſſyrium *Judicabit & corripiet eum in judiciis* v. 26.
Dei: *& laudabunt*, omnes utique gentes juſ-
B tum Dei judicium mirabuntur & illius ſuperbæ dominationis interitu gaudebunt, cùm Aſſyrius atroci & ſempiterno ſupplicio afficietur. *Non enim tribulis triturabitur nigella*. v. 27.
Quaſi dicat, quemadmodum cyminum & nigella baculo & virga exteruntur, teneriora enim ſunt & leviora. Sic vos Judæi terrenorum principum bacellis cædemini ſupplicio utique minime gravi: nec enim circum-
C ducitur traha ſuper cyminum. Porrò quemadmodum plauſtrum circumagitur ſuper triticum, ita ingēs Aſſyriorum exercitus plauſtro, Angeli nempe manu, triturabitur. Idque fiet propter nos ut nos Judæi ſalvi tutique ſimus. *Quoniam non ad victoriam invenimus* v. 28.
eum. Nec enim permittet illi Deus proculcare civitates populi & populorum, Judæorum & gentium. *Et in multitudine rotarum tribulorum ejus & in ungulis ejus comminuent*
D *illum*. Imò poſtquam Regis Aſſyrii armis quaſi baculo parvas Reſpublicas & urbes cymino & nigellæ ſimiles caſtigaverit, tum verò ille horribili clade proſtratus ab Angelo quaſi gravi plauſtro attritus interibit. *Etiam* v. 29.
hoc à facie Domini fortis egreſſum eſt. Admirabilitas conſilii magnificavit augmentum. i. e. Admirabili conſilio à Deo factū eſt, ut Aſſyrius eo graviore lapſu rueret, quo ſe antea victoriis altius extulerat.
E

V*Æ Ariel, Ariel civitas quam David ex-* C. XXIX.
pugnavit. Adjicite annum ad annum. v. 1.
Ariel eſt Jeroſolyma, quæ quidem à gentibus oppugnata & velut pedibus protrita fuit ſed verſa vice ſuos everſores ſubegit & proculcavit. *Feſti dies peragentur*. Celebrabuntur ſtatæ ſolemnitates, quamvis illas Aſſyrius aliique Judæorum hoſtes abolere co-
F nentur. *Et obſidebo te in modum coronæ*. Quæ v. 3.
omnia referenda ſunt ad tempus præcedens urbis liberationem. *Et coanguſtabo te cuniculis*. Ad haſce nempe anguſtias redigeris ab inimicis tuis obſeſſa & acriter oppugnata. *Et conſtituam contra te excubias. Ut humilieris, hu-* v. 4.
mo impleberis et ex humo ſonabunt verba tua. Subterraneo ſiquidem carcere clauſa jacebis miſera, indeque mittes voces. *Tunc repēte con-* v. 6.
feſtim viſitaberis à Domino forti in tempeſtatibus & tonitruis & in voce magna, in fulgetris tur-
bine

bine & flamma ignis devorãtis. Sed hæc Judæis Jerosolymę obsessis salutem afferent, Assyriis interitum. Hanc Jerosolymitanorũ liberationem & Assyriorum cladem exponens subdit.

v. 7. *Et erit multitudo omnium gentium, quæ confortatæ sunt contra Ariel quasi esuriens qui visus est sibi comedere, ut autem expergefactus fuerit vacua est anima ejus*. q. d. Salva erit Jerusalem, etsi Assyrius eique fœderatæ gentes illam spem devorasse videntur: accidet ipsis nimirũ quod esurientibus mensas & convivia somniantibus contingere necesse est, ut scilicet expergefacti vacuum habeant ventrẽ & nihilominus hian-

v. 9. tem. *Suspexerũt & demirati sunt, fluctuarũt &*

v. 10. *obstupuerunt qui ebrii sunt & non à vino: Quoniam effudit super eos spiritum soporis & aggravatus est super oculos eorum & super prophetas*

v. 11. *& super principes eorũ qui vident abscondita: Et erit inter eos visio omnium videntium sicut verba libri signati*, quem scilicet indocti legere ne-

v. 13. queunt, docti resignare non audent. *Et dixit Dominus eo quod appropinquet populus iste ad me ore suo & corde suo longe est à me &c.* Judæos taxat, qui principum metu inducti Deũ colere & honorare videri volebãt, edictis quippè gravissimis huic negotio ab Ezechia Rege cautum

v. 14. fuerat. *Ecce ego adjiciam, ut dividam populum istũ miraculo*, quo edito, segregabo simulatores istos, colentes me, ut hominibus placeãt; ite-

v. 15. rumque ineosdé insurgit subdens. *Væ illis qui à Domino discedentes profundum petunt, & sunt opera eorum in tenebris, sicut lutum in manibus figuli reputati estis*. Sic eorum stultitiam redarguit, qui perinde ac si Deum laterent, pietatem, quam non habebant callidè simulantes, gravissima quęque scelera interim meditabantur, ea tamen ad effectum perducere non au-

v. 17. debant Ezechiæ indignationem veriti. *Et erit Libanus in Carmel &c.*. Hæc assertam divino beneficio Judæis libertatem spectant, cujus rei fama omnes regiones pervasura prædicitur. *In*

v. 18. *illa die audient surdi verbum Dei*. Hæc etsi ad gentes quę prophetas nunquam audierant primario referantur, comprehendunt tamen etiã Judæos refractarios & pervicaces, qui generis humani reparationẽ prophetarũ oraculis prænunciatam suismet oculis cernentes pernegãt.

v. 19. *Sed & mansueti in Domino adjicient lætitiam.*

v. 20. *Justi ex filiis Juda lætabuntur: Quoniã transiit conculcans & consumptus est derisor* i. e. Assyrius, *& exterminati sunt omnes hortantes ad iniquitatem*. Ad hortatores fautoresque impietatis fuere bene multi ex Judæis, quos perinde eadem, quę Assyriũ pęna affixerat, postea op-

v. 22. pressit. *Sic dicit Dominus super domum Jacob qui servavit Abrahã*. Idem ipse Dominus filios Jacob salvos præstabit, qui eorumdem parentem Abrahamum à quinque regibus tutatus fuit.

A VÆ *filiis rebellibus, qui fecerunt consilium, & non ex me.* Invehitur Esaias in Judæos, qui fugam in Ægyptum moliebantur, nec tamen os Domini interrogabant. C. XXX. v. 1.

Erit vobis fortitudo Pharaonis in confusionem, siquidem & hunc Assyrius sternet, & subjugabit. *Quoniam ipse in Soano est*: quasi dicat. Frustra istuc perfugium quæritur, cum Dominus interstit ubique vestram rebelles filii contumaciam debitis pœnis coerciturus. v. 3.

B *Principes ejus, & nuntii ejus ibunt ad populum qui non proderit eis.* Principes Tribus Juda confident se Ægyptiorum favore tutos fore, & ideo eorumdem gratiam obsequiis & officiis sibi conciliare studebunt, incassum tamen, cum Domino ratum sit, peccatores confundere & cum dedecore traducere. v. 5.

Onus jumentorum Austri in terra tribulationis & angustiæ. Leo & catulus leonis ex eis, Aspis & C *Regulus volans portabunt super dorsa Asinorum divitias suas.* Judæos quorum alios Leoni & catulo Leonis comparat, alios Aspidi & Regulo volanti, reprehendere pergit, eo quod ab Assyriis afflicti & in captivitatem prope deportandi profugere ad Ægyptios cogitabant. Interim porrò eorundem auxilia donis sollicitabant. Prædicitque sua illos spe deceptum iri, susceptique consilii futilitatem & fallaciam malum exitum declaraturum. v. 6.

D *Nunc ergo scribe in tabulis istis.* Jubetur prophetæ Judæis in Ægyptum profecturis prænunciare mala, ipsis eventura apud Ægyptios, quorum fidei se committere deliberabant; & hoc vaticinium in tabulis patentibus describere. v. 8.

Filii nolentes audire legem Domini, qui dixerunt videntibus, nolite videre, & Prophetis nolite prophetare increpationem, loquimini nobis placentia. Sic ut aliquando desinatis nobis aures obtundere objurgatione E importuna, & tristibus vaticiniis. v. 9.

Avertite nos à via, quam prædicatis nos perducturã ad perfugium absconditum, mente, non sensu cernendum. *Et cessare facite à nobis sanctum Israel.* Quo tandem aures nostras ab isto ubere avellamus, ne audiant in posterum tristia prophetarum vaticinia, illa perpetuo ingeminantium: hæc dicit sanctus Israel. v. 11.

Propterea erit vobis iniquitas hæc sicut F *interruptio cadens, & sicut murus excelsus. Quoniam subito veniet contritio ejus.* Præfinito scilicet tempore, quando aucto hostium numero tormentis quatefactus corruet. v. 13. v. 15.

Quia hæc dicit sanctus Israel si revertamini, & quiescatis, salvi eritis. Et dixistis nequaquam, sed super equos ascendemus, & super veloces fugiemus. Ideo velociores erunt, qui persequentur vos, donec relinquamini sicut Cippus super verticem montium & sicut Signum super collem. v. 16.

Instat Propheta Judæos arguens, idcirco,

quod

quod prophetis auſcultare nollent ſibi polli-
centibus ſalutem & ſecuritatem, modò à pro-
poſito recederent, & quieto animo forent. *In
ſpe abſcondita*, Prophetæ ajebant *erit fortitu-
do veſtra vos autem dixiſtis nequaquam, ſed
ſuper equos aſcendemus & ſuper veloces fugiemus.*
v. 14. *Quocirca facta eſt contritio ejus ſicut contri-
tio lagenæ figuli ſine modo.* Talis nimirum,
qualis eſſe ſolet comminutio crudi lateris.
Plorantes nequaquam plorabitis. Perinde ac
v. 21. ſi nulla ſuperet ſalutis ſpes. *Idcirco audient
aures veſtræ verbum poſt tergum monentis.*
Significat non modò Propheras à fronte
verum etiam à tergo gentes Judæis adfutu-
ras quæ laudent Deum, ipſosque adhorten-
tur ad conſtantiam in rebus adverſis, fretos
Domini adjutorio, cujus ope Aſſyriorum
vexationem & ſervitutem pridem effugerãt.
v. 24. *Boves & vituli commiſtum migma comedent
pala & vanno ventilatum.* Miram promittit
proventuum terræ copiam, tantam ſcilicet
ut bobus aratoribus ora obturare frumenta
triturantibus non ſit neceſſe, quin in ipſa area
puro cujuſvis generis frumento exaturentur.
v. 25. *Et ſuper omnem montem excelſum & ſuper om-
nem collem elevatum fluent rivi aquarum in
die interfectionis magnæ cum ceciderint turres.*
Videtur innuere mirabilem illam cladem,
qua ut ſupra dixerat Aſſyriorum vires acciſæ
fuerunt, eorumque caſtra turribus compara-
ta conciderunt. Quo die lucem majoribus
luminaribus auctũ iri dicit, hoc ſcilicet ſym-
bolo declarans incredibilem hominum ab
Aſſyriorum excidio lætitiam, quam mirificè
augebunt nuncii circunquaque per viciniæ
oppida volitantes. In hac igitur die qua
v. 26. Dominus Aſſyrios conteret: *Alligabit contritio-
nem populi ſui filiorum Juda.* Hæc porrò ap-
tiſſimè quadrant in mortem Domini. Quo
enim die Chriſtus occiſus eſt, magnæ ejuſ-
dem interfectionis authores Judæi Jeroſoly-
mis commorantes, quin & mors ipſa, &
mortis auctor Diabolus velut quatefactæ ma-
china turres corruerunt. Similiter à Chriſti
morte fluere cœperunt per univerſum Orbẽ
terrarum Evangelicæ prædicationis aquæ;
& clarior emicuit lux, non utique Solis hu-
jus noſtris ſenſibus aſpectabilis, qui contra
in Chriſti paſſione contenebravit; ſed lux
illa auguſtior, quæ perfecta & abſoluta
ſapientia eſt, ideoque majoribus luminari-
bus jure optimo comparata: quæ offuſas ho-
minum mentibus tenebras ſalutari fulgore
v. 27. diſpulit & diſſipavit. *Ecce nomen Domini ve-
nit de longinquo, ardens furor ejus, & glorio-
ſum eſt onus ejus.* Sermo eſt de judicio in
quo regis Aſſyrii cauſa acta fuit & conſti-
tuta pœna. *Et ſpiritus ejus velut torrens inun-
dans uſque ad collum, ſuccidet perturbantem*

gentes

ܐ ܘܐܬܝܗܒ ܠܗ ܡܢ ܒܣܝܡ ܕܝܠܗ ܘܒܚܕܘܬܐ ܘܒܪܓܙܐ ܘܒܩܠ ܥܪܒܐ ܕܣܘܦܬ ܐ
ܠܐ ܢܫܬܟܚ ܘܠܐ ܢܬܒܗܬ ܘܠܐ ܢܫܡܥ ܩܠܗ ܒܪܚܒܬܐ ܘܠܐ ܢܫܡܥ ܩܠ ܥܢܝܐ ܘܠܐ ܢܫܡܥ ܩܠ ܡܠܐ ܒܪܚܡ

inquam, quia cecidit Assur in gladio. Pro vestra salute Deus Assyrium horribili clade profligabit, idque efficiet: *non in gladio virorum* i. e. non humanis viribus sed virtute Angelorum. *Et infringentur Principes ejus à signo*. Consternabuntur Duces & Proceres ejus, vulgato miraculo, & inde secuta Regis fuga. Nam fugiet: Et in antro cubilis sui latibulum petet: In urbem suam Ninivē se abdet velut fugiens venatores fera: *Dicit Dominus cujus lux in Sion, & caminus in Jerusalem*. v. 9. i. e. Salus in Sion, & ultio in Jerusalem.

CAP. XXXII. *ECCE in justitia reges & principes in judicio præerunt*. Ezechias & præfecti ejus. v. 1. *Et erit sicut latibulum à vento*: Idem Ezechias v. 2. suis Judæis parabit perfugium & fidam stationem à tempestate ingruentium calamitatum: v. 5. *Non vocabitur ultra vir qui insipiens est, princeps, stultus enim fatua loquetur*. Insipiens & fatuus Princeps appellatur rex Assyriorum, qui suis superbus armis & favore fretus suorum Deorum, confidebat sibi ultro manus daturum Ezechiam, quasi vero hic v. 6. de salute planè desperaret. *Cor intelligens intelliget scientiam*. Ezechiam innuit, qui litteras à Rabsace allatas expandit coram Domino. *Cor fatui parturiet iniquitatem ut perficiat fraudem*. Hæc ad Rabsacem prædicti regis Assyriorum legatum, impias in Deum voces jactantem. *Et ut loquatur ad seducendum*. Rabsacis enim ea verba fuerunt. *Ubi sunt Dii gentium? Quinam illi sunt in universis Diis terrarum, qui eruerunt regionem suam de manu mea, ut possit eruere Dominus Jerusalem de manu mea? .. Ut faciat vacuam animam esurientem & potum sitienti auferat*. Quod Rex Assyriorum & ejus legatus moliebantur, cum ea verba ad Jerosolymitas facerent. *Non vos seducat Ezechias, dicens: non tradetur Civitas hæc in manu regis Assyriorum*. Inter hæc nihilominus, *Magnus magna cogitabit*. Magnus Rex Ezechias, quæ magnanimum principem decent, animo agitabit, quoniam statuet Deo confidere. v. 8. *Et super magnitudinem stabit*: incolumis servabitur, ipsique manebit imperii honor, & majestas. v. 9. *Mulieres opulentæ surgite, audite me: filiæ confidentes, auribus percipite verba mea*. Propheta civitates Juda alloquitur, & increpat, quod inani spe se ipsas lactarent. v. 10. *Nam post dies anni frement*. Quando contrarius rei exitus salutis spem temerè susceptam deludet, atque hostibus cuncta demolientibus deficient terræ proventus: consonat illud. *Adhuc in uno anno auferetur omnis gloria Cedar. Consummata est enim vindemia & congregata est area*. Exiit annus, nec tamen obvenere bona, quorum futili spe vobis ipsæ blandie-

bami-

bamini. *Quapropter exuite vos ad nudum, & accingite ſaccis lumbos veſtros: quoniam vaſtata eſt terra veſtra*: Aſſyriis ditiones veſtras devaſtantibus, & incolas in captivitatem abigentibus. *Super humum populi mei ſpinæ & vepres germinabunt, & in omnibus domibus gaudii*. Ea ſcilicet ruina incumbet etiam in celeberrimas Judææ urbes, quibus ſubverſis ſpinæ ſucereſcent. *Quoniam ædes oblivioni tradita eſt*, Jeroſolymitanum nempè templum. *Et virtus dimiſſa eſt, & pulchritudo domorum erit in ſpeluncas & gaudium Onagrorum*. Miſerandum civitatis Jeruſalem caſum deſcribit civibus partim captis, partim in Ægyptum fuga dilapſis. *Donec excitatus fuerit ſuper nos ſpiritus de excelſo & deſertum fiat in Charmel, & Charmel in ſolitudinem reputabitur*. Judæos & Aſſyrios deſignat, & illorum quidem terram quondam incultam, & habitatore vacuã in Charmelum tranſituram; iſtorum contra regiones quæ Charmeli ubertate & copia fruebantur, convertendas in ſaltum, depopulantibus mox flammis deflagraturum. *Requieſcet judicium in ſolitudine*. Juſtus judex devaſtatam Judæorum terram vindicabit. *Et juſtitia in Charmel dabitur*. Coercens Aſſyrios & debitas pœnas ab eis repoſcens. *Et erit opus juſtitiæ pax*. Inde ſequetur pax, quam ſibi filii Juda ampliorem firmioremque efficient colendo juſtitiam. *Et ſedebit populus meus in habitaculo pacis*, in civitate Jeruſalem. *Et grando deſcendet ſuper ſaltum*: ſuper Aſſyriorum regnum. *Et ſicut planities humiliabitur Civitas*, magnifica Aſſyriorum caſtra præbentia ſpeciem ampliſſimæ urbis. *Beati vos eſtis qui hæc ſeminatis ſuper omnes aquas*. Beatos Prophera dicit Judæos, qui ſalutem aliaque Dei beneficia ipſis prædicta conſequuturi erant: vel pii Regis Ezechiæ ſubditos eo quod vaticiniis Prophetæ fidem adhibuerunt. Hæc tamen vel maximè ad Apoſtolos & Prædicatores veritatis pertinent, à quibus verbum ſalutis in omnes gentes diſſeminatũ fuit. *Ubi bos & aſinus triturat*. Judæos & Gentiles ſignificat ad audiendum Evangelium promiſcuè admiſſos: & Bos quidem Hebræos repræſentat jugo legis ſubditos, Aſinus verò typus eſt gentium quæ ſecundùm legem immundæ cenſebantur, omnibus enim generatim nationibus lex Chriſti à ſanctis Apoſtolis promulgata fuit & cunctis ſine diſcrimine terris divinum hoc ſemen commiſſum eſt.

v. 11. v. 13. v. 14. v. 15. v. 16. v. 17. v. 18. v. 19. v. 20.

CAP. XXXIII

VÆ *qui prædatur; vos nolite prædari, & cum volueritis prædari, prædabimini*. Propheta Judæos admonet, ne avaritiam & rapacitatem Aſſyriorum imitentur, quaſi dicat: etſi Aſſyrios vivere rapto delectat, non ideo vobis fas eſt iniquis inhiare prædis.

v. 1.

Quum volueritis fallere, fallemini. q. d. Si pacto meo non steteritis, eoque obligatam fidem fefelleritis, cogitate vobis idem reponendum, ut pari scilicet perfidia vos prodant, qui per speciem offlcii vos in Ægyptum reducere conantur. *Miserere nostri Domine, quia in te spes nostra.* Hæc oratio ex persona filiorũ Juda hoc loco inserta est. *A voce terroris tui contremuerunt gentes & ab exaltatione tua dispersæ sunt*; scilicet iidem, qui miseriis ærumnisque pressi, his finem dari rogaverunt, postquam ab illa angustia laxati fuerunt, Liberatori suo Deo gratias agunt. *Congregabuntur spolia vestra &c. Et magnificatus est Dominus & implevit Sion judicio & justitia.* Eodem tempore, quo omnem prædam, quam Assyrii extulerãt, filii Juda, illis cæsis fugatisque, cũ fœnore recuperarunt. Nec enim sua modò receperunt, sed & illorum spoliis mirum in modum aucti sunt. *Et erit fides in tempore tuo.* Causam innuit salutis fuisse fidem, eodem tempore apud Judæos florentem. *Salus tua in secreto*, quod videlicet illos lateret, *sapientia & scientia, timor Domini ipse est, thesaurus ejus.* Significat à scientia ac Dei metu manasse beneficium populo nuper collatum, quod illi incredibilem etiam attulerat lætitiam. *Etsi apparuero eis acerbè plorabunt.* i. e. Assyriis uberes lacrymas excutiam cum me senserint præsentem. *Angeli pacis flebunt amarè.* Porrò nuncii & legati ab Ezechia missi ad petendã pacem ab Assyriis, ea non impetrata, ruinã civibus suis impendentem prospicientes, lacrymas tenere non poterunt. *Dissipatæ sunt viæ, cessaverunt transeuntes per semitam.* Omnibus scilicet ab Assyrio insessis, omnis pariter ademptus est Judæis commeatus, ac imprimis facultas veniendi ad statas anni solemnitates Jerosolymam. *Et confundam Libanum: deserta est Basan & Charmel.* Cuncta circum loca depopulãtibus & vastantibus Assyriis: nisi fortè hæc referenda sint ad ipsummet Assyrium, ut hunc per Libanum & Charmelum designari dicamus. Assyrium quippè Deus reipsa confudit. *Concipietis spinas & parietis stipulam in spiritu vestro*: Hæc pariter ad Assyrium pertinere colligitur ex sequẽtibus: *Erunt populi combusti quasi calx & sicut spinæ congregatæ ad ignem. Audite, qui longè estis, quæ feci.* Ostendit divino consilio factum, ut ex variis gentibus quas Sennacheribus congregaverat & in Judæam infuderat, quidam servarentur, quo nimirum inde peculiari miserentis gratiæ beneficio dimissi per Assyriæ oppida, quæ apud Dei civitatem ipsis acciderant, retexerent. *Cognoscite vicini fortitudinem meam*: Judæi videlicet, qui idcirco cæteris gentibus Deo propiores dicuntur, quod clariorem de Deo notionem haberent.

Con-

A *Conterriti ſunt peccatores in Sion.* Peccatores vocat Aſſyrios, & quoſdam de filiis Juda: & Aſſyrii quidem vel maximè exterriti ſunt, ſuam adverſus eos indignationē Domino prodente & velut exerto gladio ipſos petente atque cædente uſque ad internecionem, Iſraelitæ verò peccatores ideò appellantur, quia eorum plerique de exitu præſentis belli malè conjectabant, ut penè de ſalute deſperarent, indeque metus, & ingens trepidatio. *Et tremor cecidit in Ethnicos.* i. e. Idololatras & à vera religione aberrantes, quos in eodem bello conſtat Judæorum Deo inſultaſſe. *Quis habitabit nobis cum igne conſumente, cum igne inflammante ſæcula?* Ignis conſumens Deus paſſim in ſcripturis appellatur. Porrò ad hunc ignem quis ſe applicabit? Utique Ezechias. *Qui ambulat in juſtitia,* & *loquitur rectitudinem. Panis ejus datus eſt,* & *aquæ ejus fideles.* Pius enim Ezechias propter inſignem religionem morumque probitatem conſequutus eſt Dei benedictionem, indeque eidē afluxere proventus terræ uberrimi, & perennis aquarum copia. *Oculi ejus cernent terras à longè.* Terras longè diſſitas dicit barbaras nationes, quæ dudum in Judæam ſe infuderant. Cernet, inquit, tantū ſcilicet ſpectabit & profligatas mirabitur ſine pugna, & quaſi lutum proculcatas. *Ubi eſt ſcriba, & ubi eſt ponderator? & qui dividit arces populo forti?* Hic nempè deridet Propheta Aſſyrios, carpens eorum arrogantiam ut qui Judæos minis fruſtra terrerent, & velut ſubacta Judæa, ejuſdem agros inter ſe partiri cogitarent. *Ad populum ſurdum & balbum non attendet.* Porrò Ezechias gentem obtuſæ mentis & ſtupidam imitari nefas eſſe putabit. *Reſpice Sion civitatem ſolemnitatum noſtrarum.* Propheta civitatem Jeruſalem Deo enixè commendat, quandoquidem in ea ſola Judæis feſta celebrare & ſacra facere ſtatutum fuerat. *Et oculi tui aſpiciant in Jeruſalem, habitaculum opulentum, tabernaculum quod non commovebitur,* ſi modò tibi placuerit illud fixū & ſtabile manere. *Nomen magnificum nobis eſt Dominus.* Propter magna beneficia quæ contulit nobis: *Et illuminatio & laxatio manuum.* Quoniam Dominus mandatis & præceptis ſuis quaſi ampla & ſplendida domo miſericorditer nos accipit. *Ne regnet ſuper nos dominatio Præſidum.* i. e. Aſſyriorum. *nec fortis, ſi quis inventus fuerit, tranſibit per eam.* i. e. Nullus alius populus, Aſſyriorum calamitate exteritus in Jeroſolymæ terras invadet. Quia Dominus eſt judex, & Dominus eſt inveſtigator, Dominus eſt Rex noſter & ipſe Salvator noſter. *Laxati ſunt funiculi tui Jeruſalem eo quod non fuerint ſolidati.* Quorumdam Jeroſolymitarum fugam innuit, *inclinatæ ſunt*

v. 14. v. 15. v. 16. v. 17. v. 18. v. 19. v. 20. v. 21. v. 22. v. 23.

columnæ tuæ, quia non explicuerunt signũ. i.e. Non perspexerunt miraculum à Deo factum, *donec diviserunt prædam*. i. e. Principes tui Jerusalem vehementer trepidarunt, nec enim noverant stupendam Domini contra tuos hostes pugnam. Posuere metum simul ac vacua milite castra intrarunt, indeque direpta spolia inter se dividere cœperunt. *Multitudo claudorũ captivam duxit captivitatem*. Judæos obsessos & intra mœnia urbis clausos claudis similes dicit, qui tamen reddita post modum commeandi facultate, eruperunt ex urbe. Et cæsorum Assyriorum pecora & jumenta sibi
v. 24. abegerunt: *Nec dicet habitator, infirmus sum*, nec habitatores Jerosolymæ inposterum querentur dicentes, Assyriorum metu membra nobis & vires languent. *Quoniam populus, qui obsidebat eam* Jerusalem, *tulit peccatum*, i.e. pœnam peccati. Assyrii siquidem simul Jerosolymæ insultabant habitatoribus, simul Deum ipsorum blasphemabant, cui tamen paulò post criminis utriusque dedere pœnas.

CAP. XXXIV. v. 1. *Accedite, ut audiatis*. Videtur Propheta usque ad hunc locum de Assyriis egisse, modo ad Idumæos delabitur, eosque Assyriis adjungit. *Complicabuntur Cœli, & omnis virtus eorum defluet, sicut folium defluit è vite & grossus à ficu*. Assyriorum superba dominatio. Cęlorũ enim & Siderum nomine Assyriorũ Duces designat. v. 5. *Quia inebriabitur gladius meus in Cœlo*. i.e. Assyriorum cruore. Hactenus de Assyriaci imperii casu; mox Idumæis instat & minatur simile judiciũ. v. 6. *Victima est Domino in Bosra*, post Idumæorum Bosræ incolarum restitutionem: interim tamen statutum est justo Dei judicio eorundem excidium. v. 7. *Et corruent Unicornes cũ eis*. i. e. Cum promiscuo vulgo etiam Optimates & Principes Idumæi. v. 9. *Et inebriabitur terra sanguine eorum: & convertentur torrentes ejus in picem & humus ejus in sulphur: Et hæreditabunt eam Ericius & Cornices; & Corvi habitabunt in ea: & pascentur in ea spiritus immundi occursantes: ibi cubavit Lamia & inveniet requiem*. v. 11. Hæc & reliqua monstra, quæ hìc Esaias recenset, futuram indicant Idumeæ horrendam vastitatem & diuturnam solitudinem: id enim locis desertis accidere solet, ut illuc continuò convolent obscenæ aves putà Cornices, Corvi, & Vultures. *Et manus ejus* Domini *divisit eis* feris avibusque *mensuras* terræ spatia. v. 16. *Et hæreditabunt eã* Idumeam *in sempiternum*. *Quærite in libro Domini, quia nec unum ex eis defecit*. i. e. Legite scripturas, & inde comperietis omnia Assyriis & Idumeis contigisse, quæ Moses & reliqui Prophetæ illos passuros prædixerunt, & omnia eorum oracula impleta fuisse, nec ullum excidisse incassum.

Læta-

CAP. XXXV.

A LÆtabitur ſolitudo ſitiens, & exultabit planities. Et germinabit quaſi lilium & ſaliet quaſi caprea & in gloria honor Libani dabitur ei & decor Charmeli & Saron. Hæc Propheta de terra Iſrael vaticinatur, & referēda ſunt ad illa tempora quibus Judęa à Chaldæis multis cladibus attrita in ſolitudinem etiam redacta priſtinum ſplendorem & gloriam recuperaſſe viſa eſt; Judæis ſoluta captivitate patrium ſolum repetentibus & ſumma jam pace fruentibus. *Confortamini manus diſſolutæ, & genua trementia confirmamini.* Vel quia appropinquavit captivitatis finis & inſtat reditus in Judæam, vel quia jam adeſt promiſſa dies ſalutis & pacis æternæ. *Ecce Deus Salvator veniet & ſalvabit vos, tunc aperiētur oculi cæcorum & aures ſurdorum patebunt, tunc ſaliet ſicut Cervus claudus.* Hunc ſcilicet exitum utique fœliciſſimum Propheta Judæis idcirco prænunciat, quod plurimis antehac malis & calamitatibus à Chaldæis afflicti in quemdam velut ſtuporem, mentiſque hebetudinem incidiſſe videbantur: adeò ut vidētes non viderent, & audientes non intelligerent, nunc verò eiſdem prædicens futuram in ſtatum priſtinum redintegrationem, ſimul bona malis quæ hactenus paſſi fuerant contraria pollicetur; putà cœcorum oculos apertum iri &c. nihilominus accipienda hæc ſunt velut in proprio & vero ſenſu dicta de Domino, quando pro omnium hominum ſalute factus eſt homo: ipſe enim reipſa præſtitit, quæ Propheta hoc loco præſenſit & prædixit. Nam & cęcis lucis uſurā impertiit, & mutorum linguā ſolvit & ſurdis auditum reddidit: Nec modò iſtud bēneficium ægris corporibus cōtulit, imò verò animis vel maximè. Chriſti enim gratiâ gentium oculis lumen, quo Deum agnoſcerent, tandē affulſit, ſonuitque auribus, pulſa ſurditate, Evangelii tuba.

Dan. Sch.

Solet divina Scriptura gētes deſertū appellare; eo quod, ſicut deſerta carent colono, & habitatore, ſic Gentiles populi ſcientia Dei deſtituti manſerunt uſque ad Chriſti adventum, à quo in ſolitudinem gentium immiſſi ſancti Apoſtoli, ſicco arentique ſolo aquarum dedere lacus & fontes. Inde terra arida & ſterilis humorem & fœcunditatem accepit. Continuò confluxerunt undique populi cibum appetentes, indeque pane Evangelicæ prędicationis exſaturati ſunt. In hac porrò ſolitudine ſancti Apoſtoli ſacros pagos credentibus excitarunt & domos, ſanctas videlicet Eccleſias; & bonum ſemen Patris familias in ejus agris, quæ ſunt animæ Sanctorum, ſeminarunt, plantaveruntque vineam, poſtquam Mundus, illa nempè vitis à Deo ſata, deſcivit à ſua origine, & in arborem ſylveſtrem degeneravit.

Quo-

v. 6. *Quoniam ſciſſæ ſunt aquæ in ſolitudine.* Hæc ex ſubjecto argumento ſignificant beneficia tribui Juda divinitus collata, pacemque poſt cædem Aſſyriorum redditam: quæ tamē in advētu Domini perfecta & abſoluta fuere. Ipſe enim velut aqua viva à ſummo Cœlo delapſus, in hunc Mundum proſiluit, velut in torridam, arentemque regionem. Et factus eſt ſicut fluvius in ſicca nudaque ſolitudine degentibus, tutumque errantibus per
v. 7. incultos & ſteriles campos perfugium. *In cubilibus, in quibus prius Dracones habitabant, orietur calamus, gramen, & juncus.* Inuſitata hæc in ſolitudine germina adumbrant mores optimos, quibus plerique hominum imbuti fuerunt, poſtquam genus humanum Chriſti gratia medicatum fuit, cœpitque cujuſvis generis virtutibus florere. Hoc itaque vaticinio Deus per Prophetam Judæos ſolatur ſpe ſecuturæ poſt Aſſyriorum & Chaldæorum excidium pacis, qua florente Judæorum terras non modò ſublato hoſtium metu tutas fore, verùm etiam indita divinitus vi vegetatas, cujuslibet generis genimina prolaturas, fontium copia & perenni fluxu aucta mirum in
v. 10. modum agrorum ubertate. *Et ambulabunt qui liberati fuerint, & redēpti à Domino convertētur.* Gentium converſionem vaticinatur, partamque eiſdem divino munere ſalutem. Propterea ad Deum adorandum, eique pro iſto beneficio gratias agendas ex omnibus Mundi plagis populos confluxuros. *Et fugient dolores & gemitus.* Soluta nempè captivitate, ſimul ſervitutis ærumnas & incommoda deſitura promittit.

CAP. XXXVI. *ET factum eſt in quarto-decimo anno Regis Ezechiæ aſcendit Sennacherib Rex Aſſyriorum ſuper omnes civitates Juda munitas, &*
v. 1. *cepit eas, & miſit Rex Aſſyriorum Rabſacem*
v. 2. *de Lachis ad Regem Ezechiam & dixit Rabſa-*
v. 3. *ces. Dicite Ezechiæ hæc dicit Rex magnus Rex Aſſyriorum. Ecce confiſus es ſuper fulcrū calami quaſſati ſuper Ægyptum, cui ſi innixus fuerit homo, intrat in manum ejus & perforabit eam*
v. 10. *... Dominus dixit ad me. Aſcende ſuper terrā iſtam & diſperde eam* Rabſaces i. e. Princeps Pincernarum, Regis Aſſyriorum Legatus Jeroſolymitas ad deditionem ſolicitat, cōmentus Dominum ſuum non proprio conſilio iſtud bellum ſuſcepiſſe, ſed inſtinctu Dei dicentis, aſcende &c. Quod autem judaicè locutus dicitur Rabſaces, id verò accidit vel quia idem Rabſaces erat genere Judæus ex illis benè multis qui ab Aſſyriis capti fuerant & â cæteris Ducibus hanc ob cauſam ipſe interpres electus fuerat; vel idem Rabſaces eo munere apud Regem fungebatur, & proprio ſtudio linguæ utriuſque peritiā adeptus fuerat.

ET

CAP. XXXVII.

A ET venerunt servi Regis Ezechiæ ad Esaiã .. Et dixit ad eos Esaias: *Hæc dicit Dominus: Ego dabo ei spiritum & audiet nuncium, & revertetur in terram suam.* Magnus scilicet ille Rex Assyriorum, qui paulò ante prę teritis victoriis elatus & præsenti gloria tumidus jactabat, se planè effecturum, ut crastinus ab hodierna die minimè dissentiret. Rectè Salomon. *Ne glorieris in crastinũ, ignorans quid superventura pariat dies.* Et Dominus monet. *Sufficit diei malitia sua.* Audiet, ille suum in Judæa exercitum inopina & horribili clade

B deletum, & sentiet quàm oppido malè ineptèque illa effutiret: *Ascendam ad altitudinem montium, ad devexa Libani & succidam excelsa Cedrorum ejus.* Jerosolymam omnium Judææ urbiũ glorioſissimam illustribus ejusmodi symbolis expressit. *Numquid non audisti quod à longo tempore à prisci diebus feci.* Jerosolymã condidi. *Et nunc adduxi eum ut adducat eam in solitudinem:* i. e. Et modo ipse ego ejus urbis conditor contraxi Assyriorum tuorum

C exercitum, eoque adduxi, ut illam eversurus videatur. Sed contra accidet; quoniam sicut actum est cum urbibus munitissimis, ut earum habitatores laxarent in ipsis manus, & fracti confunderentur, & fierent sicut herba agri, sic Assyrium pariter ego ipse confundam & conteram. *Immittam camum in nares ejus &*

D *frænum in labia ejus.* In illis quippè corporis membris castigandus fuit Rex impius, in quibus blasphemando peccaverat. Ore siquidem divinæ Majestati detraxerat, & adversus Ierosolymam iram suam effuderat, & quasi naribus proflaverat, bene itaque nares camo coërcentur, & constringuntur maxillæ fræno: simili animadversione Deus olim Philisthæos pariter castigaverat, quibus, ut ait Prophe-

E ta, præter inflictas plagas *dedit opprobriũ sæculi. Et hoc erit tibi signum: comedes hoc anno quæ sua sponte nascentur & anno secundo quæ hinc renata fuerint, quia de Jerusalem ascendẽt reliquiæ.* Sic Deus Ezechiam promissa de Assyriis victoria lætum altero nuncio magis exhilarat, prædicens futuram in biennium tantam annonæ copiam, ut terram nec colere nec serere necesse futurũ sit, cum fruges spõte nascentes toto eo temporis intervallo incolis

F alendis sint suffecturæ. *Et egressus est Angelus Dei, & interfecit in castris Assyriorum centum octoginta quinque millia.* Tantæ cladis nuncium accepit Rex cum adversus Tharacam Regem Æthiopiæ bello distineretur. Confestim castra movit. *Et abiit, & reversus est, & habitavit in Ninive. Et factum est cum adoraret in templo Nesroch Deum suum Adramelech & Sarasar filii ejus percussêrunt eum gladio, fugeruntque in terram Carduorum.* justo sanè Dei judicio impia istęc cogitatio filiis obrepsit, ut quando-

Prov. 27. 1. Matt. 6. 34.

v. 24. v. 26. v. 29. v. 30. v. 36. v. 37. v. 38.

quidem ille Deum Nefroch ſuum in præterito bello ſervatorem prędicabat, ad ejuſdem arã obtruncaretur. Peracta cæde, parricidæ in Armeniam profugerunt, rerumque potitus eſt defuncti Sennacherib filius Saraddam, regno cedentibus fratribus, qui ut dictum eſt, fugerant in terras Carduorum, quæ & Ararat.

CAP. XXXVIII.

In diebus illis ægrotavit Ezechias uſque ad mortem. Et convertit faciem ſuam ad parietem & oravit ad Dominum, & dixit: obſecro Domine memento quod ambulaverim coram te in veritate & in corde perfecto. Hæc dixiſſe videtur Ezechias, quia viderat Reges benè multos tametſi peſſimos regnum nihilominus feliciter tenuiſſe atque liberis ſuis tranſmiſiſſe. *Hæc dicit Dominus Deus patris tui David. Ecce ego reducam umbram graduum, per quos deſcẽderat in horologio Achaz patris tui Sol, retrorſum per decem gradus, & reverſus eſt Sol retrorſu per decem gradus, per quos deſcẽderat.* Etſi ſignum Ezechiæ exhibitum ejuſdem obitum & reſurrectionem primariò ſignificabat, attamen nec ineptè dices, illud ſimul portendiſſe tenebras, quæ poſt Ezechiæ deceſſum populum Dei oppreſſuræ erant. Ideò namque pio patre regnante, quæ peregerat cœli ſpatia, Sole remetiente, geminatus eſt dies, quia à peſſimi filii impietate nox poſtmodum duplicata fuit. Rurſus Sol dum horas decem communis diei periodo adjicit, præſignat aliã lucem aliquando orituram præter omnem naturæ modum. Numerus porrò graduum Decalogum repræſentabat, à quo Ezechias lucem & vitam hauſerat. *Ego dixi in dimidio dierum meorum vadam.* i. e. Moriar, & ſupremus mihi inſtat dies. *Ad portas Inferi relinquam reſiduum annorum meorũ.* Reliquos annos vitæ meæ ad oſtium ſepulcri appendã, dum in ipſo flore ætatis extinctus efferor nunc, terra mox operiendus. *Dixi non videbo Dominum in terra viventium.* Ex quo Eſaias latam adverſus me mortis ſententiam pronunciavit, omnem ſimul ſpem abſtulit videndi Dominum *in terra viventium.* i. e. Thronum Domini in ſancta civitate Jeruſalem. *Non aſpiciam hominem ipſe poſitus cum habitantibus in fovea.* i. e. cum mortuis ſubterraneas domos habentibus. *Generatio mea ablata eſt & tranſiit quaſi tabernaculum Paſtorum*, cui fixus locus nullus eſt, nec idem cras, qui hodie. *Convoluta eſt vita mea quaſi fila.* i. e. Sicut fila à nente glomerantur, ita dies mei divino decreto contracti ſunt, & coarctata ſpatia vitæ meæ; *Et quaſi tela propè præcidenda*, quaſi dicat. Poſtquam dierum meorum curſus approperata mortalitate interruptus eſt, videor ſimilis telæ, quæ feſtinante textore convolvitur ſimul, ſimul præciditur. *A die uſque*

v. 1.
v. 2.
v. 3.
v. 5.
v. 10.
v. 11.
v. 12.
v. 13.

usque ad noctem consumsisti me, junxitque cum nocte diem oratio mea, continuus dolor & labor meus. *Sicut Hirundo garriens garrivi, & sicut columba gemens gemui*, tristis in cõpunctione animæ, & anxius nuncio Mortis divino mihi judicio decretæ, jamque imminentis. *Levavi oculos in excelsum*, non desperans salutem à Domino adfuturã. *Domine libera me & jucunda me*. Ezechias siquidem cùm ab Esaia vicinæ mortis nuncium accepisset, convertit faciem suam ad orandum Dominum sublatis ad Cœlũ oculis, ubi Deus commorari dicitur ad significandam divinæ naturæ celsitudinem summamque puritatem. Rogabat autem Dominum ut ab Assyriorum infestatione regnum tutaretur, sibique daretur vita diuturniore frui. *Et quid loquar, dicito mihi*. Hic rursum petit ut sibi suggeratur à Deo, quid interim dicere ipsum oporteret, quando neque ea quæ dicere volebat ex proprio dicta vellet, sed divino instinctu afflatuque ad loquendum incitari, Deo scilicet ipsius linguam inflammante, & verba divinæ suæ voluntati attemperante. *Et ipse fecit & excussit omnem somnum meum cum amaritudinibus animæ meæ*. i. e. Dominus attulit, idemque depulit mortem, & omnes animæ meæ dolores. *Super eos miserebitur Dominus, propter illam vitam spiritus mei Domine sana me, & vivifica me*. quasi dicat. Obsecro Domine propter vitæ meæ præteritæ benefacta corpus ægritudine releva, & vitæ spatia producito. Quod quidem aliàs expresserat illis verbis. *Quod bonum est in oculis tuis feci*. *Ecce à pace amariores factæ sunt mihi amaritudines*. Rectè quia postquam ab Assyriorũ vexatione fuerat liberatus, in lethalem ægritudinem inciderat, & hinc in gravissimam tristitiam & amaritudinẽ. *Et placuit tibi anima mea & effecisti ne veteresceret in corruptione*. Propterea Assyriis cuncta demolientibus sospitem me servasti. *Et projecisti post tergum tuum omnia peccata mea*. Ex sola nimirum Dei misericordia se convaluisse fatetur. Quæ ad arcanum sensum traducta optimè in Dominum nostrũ Jesum Christum quadrãt, quatenùs corpus nostræ humilitatis induit, & peccata omnium nostrum in semet ipse conjecit & portavit. *Quoniam non Infernus confitebitur tibi neque Mors laudabit te*. Quandoquidem nec sepultis nec mortuis dabitur dicere laudes tuas: *Neque annunciabunt veritatẽ tuam descendentes in lacum*. Quæ enim in sepulchris jacent corpora vita & ratione carẽt. *Viventes confitebuntur tibi sicut & ego hodie*. i. e. Testabor meam à mortuis resurrectionem hodierna die à te acceptam. Rectè hoc dicit, siquidẽ postquã Esaias Ezechiæ mortem denunciavit, jam cum mortuis computari

A v. 14.

v. 15.

B

C

v. 19.

D

v. 17.

E

F v. 18.

v. 19.

tari cœperat; cum verò postmodum Deum exorasset impetrassetque suũ obitum ad quindecim annos differri, meritò prædicabat suã à mortuis resurrectionem. *Et pater filiis narrabit fidem tuam.* Significat facti hujus notitiam à parentibus ad filios, atque ab his ad posteros deinceps manaturam; vel quia jam noverat Deum pro sua in adimplendis promissis fide liberos sibi daturum, quibus proindè acceptum beneficium esset narraturus, tertio enim post anno natus est ei Manasses. *Et dixit, Esaias ut tollerent massam de ficis, & ponerent super vulnus, & sanaretur.* Sic ille cui nil factu difficile, ficuum cataplasmate morbum depulit nulla Medicorum arte expugnabilem.

v. 21.

CAP. XXXIX. v. 1.

IN die illa misit Merodach Baladan filius Baladan Rex Babylonis epistolam, & munera ad Ezechiam, audierat enim quod ægrotasset, & convaluisset. Non hæc sola fuit causa, cur Merodach Legatos ad Ezechiam mitteret, quasi verò nil aliud præter officium cogitaret; Nam etsi satagebat, ut Ezechias intelligeret, præteritam ipsius ægritudinem se vehementer doluisse, perindeque modo eidẽ restitutam valetudinem gratulari, attamen præcipuum Legationis negocium erat cognoscere causam reditus Solis. Solem enim nuper retrocessisse Rex animadverterat, ex eo, quod hunc Deum coleret, & quaternis per diem temporibus adoraret, manè scilicet, & hora sexta, nona, & vespera. Dum igitur aliquandò transactis primis diei horis postremas præstolatur, constitutum religionis pensum soluturus, Solem adhuc in medio Cœlo hærere statim miratus est. Causam proinde anxius disquirebat. Fortè aderant Judæi rerum in Judæa gestarũ conscii, à quibus Rex statim intellexit ejusmodi signum Ezechiæ Prophetam Esaiam exhibuisse, quo Regem de exitu cujusdam prædictionis dubium confirmaret. Misit itaque Merodach Baladan ad Ezechiã munera & literas officii plenas, Legatisque injunxit, ut exploratã nuper prodigii causam ab eodem ediscerent. Porrò iste Merodach alius omninò est à Rege Chaldæorum ejusdẽ nominis, qui Jechoniã à decessore captum & in vincula conjectum absolvit. Quum ab hac legatione ad Regis Jechoniæ in Chaldæam deportationem anni tredecim supra centum interfluxerint, Saraddam enim brevi post tẽpore extincto Asiæ imperium Chadæi obtinuerunt, Duce Evilmerodach, qui primus Babylone regnavit.

v. 2. *Lætatus est super eis Ezechias: & ostendit illis domum thesauri sui & aromatum & unguenti optimi & omnem supellectilem suam.* Constat gratissimum fuisse Ezechiæ nunciorum advẽtum,

tum, non tamen perinde liquet ipſum eiſdem explicuiſſe recentis oſtenti rationes & cauſas, tametſi ad captandam ejus rei notitiam potiſſimum allegati fuiſſent; interea verò oſtẽtabat illis regiæ domus opes, & reconditas regni gazas, cum miſſus à Deo Propheta Eſaias his verbis illum interpellavit. Quandoquidem Babylonios magnificentiæ opulentiæque tuæ fieri ſpectatores admiratoreſque voluiſti; ideò tua omnia Babylonem aſportanda fore ſcias. Sequentur Liberi quoque, & Nepotes tui futuri in aula Regis Eunuchi. Scilicet quia Rex Ezechias quod diſſimulare debebat, oſtentavit, quodve propalare pium & juſtum erat, occultavit; idcircò Eſaias non hìc, ut ſolebat, benignè Regem alloquitur referens illa ſuaviſſima verba. *Protegam Civitatem iſtam &c.* Sed contra ſeverè reprehendit, & vindictæ mminentis denunciatione terret. Hoc enim ſonant illa verba. *Tua omnia &c. Et dixit Ezechias. Bonum eſt verbum Domini.* Hinc arguitur Ezechiam Prophetæ atroci comminatione nec oppidò fuiſſe commotum. Quare? Quia nimirum Propheta ſententiæ executionem ad ipſius Regis obitum differendã fore ſignificavit. Rurſus quia Rex ſimul intellexit ſe ſine Liberis haudquaquam eſſe deceſſurum: conceptum proinde de futura prole gaudium, mœrorem diluiſſe videtur, quem ſubſequens de futura Nepotum ſervitute nuncium afferebat. His rationibus confirmatus Ezechias reſpondit. *Bonũ eſt verbum Domini, quod loquutus eſt.* v. 8.

CAP. XXXX.

Conſolamini conſolamini populum meum, dicit Deus veſter. Implete cor Jeruſalem & annunciate illi pacem. Quoniã Ezechias à Propheta monitus, calamitatem Poſteris ſuis cõminatam orando obſecrandoque amoliri neglexerat, quod profectò non prætermiſit, quãdo idem Eſaias ipſimet vicinam mortem denunciavit, idcircò Propheta jubetur adhortari juſtos, quotquot ſcilicet in Synagoga per id tempus pietate inſignes aderant, ut populum lætioribus nunciis ſolari ſtuderent. *Conſolamini*, inquit, *conſolamini* vos Prophetæ & Sacerdotes populum meum. *Quia Jeruſalem impleta eſt fortitudine, in peccato etiam ſibi complacuit, recepit autem à Domino duplum omnium peccatorum ſuorum.* i. e. Jeruſalem potentia & opibus aucta delicias ſuas eſſe dixit peccare, propter hoc tulit de manu Domini duplum ſcelerum ſuorum. i. e. Pœnas, quas debuit, exolvit graviſſimas, nec uno, ſed multiplici ſupplicio affecta eſt. *Vox clamantis in deſerto.* i. e. Chriſtum in ſolitudine clamitantis, ejuſque nunciantis adventum, quod etiam Joannes de ſe ipſe teſtatus eſt dicens: *Ego vox clamantis in deſerto:* v. 1. v. 2. v. 3.

Restituite viam Domino. i. e. Ablatus Domino, Domino reddatur locus honoris, unde gentium errore dejectus est: ideò enim corpus induit, ut illas ad unius veri Dei cultum reducat. *Omnes valles implebuntur*. Valles impleri dicuntur; quia Dominus Mundum ingressus omnes gentes à Diaboli servitute redemit & ad fidem & adorationem sui Conditoris revocavit atque salutem sempiternam sperare docuit. Rursus: quia profundas valles, & cavernas horribiles atque infestas Anachoretis implevit, qui abdicatis sæculi curis Dei obsequio, & laudibus unicè vacarent.

v. 4.

Omnis caro fœnum i. e. fœno similis, quæ etsi florere videatur, i. e. temporarii honoris titulo claresc̃ere putà Regis, & Præsidis, aut gentis, ætatis illi summa brevis est; suntque sicut fœnum dies ejus, & sicut herba agri exaresc̃it & dissipatur. *Exsiccabitur fœnum & decidet herba*. i. e. Judæorum populus migrabit in terras non suas, atque exul & extorris serviet. *Verbum autẽ Domini manet in æternum*. i. e. Dei de ejusdem reditu decretum infringi non poterit nec mutari. *Super montes excelsos ascende Sion annunciata*. Hìc iterum Deus Judæis reditum promittit. Sionem porrò annunciatã vocat, vel quia Deus per Prophetas illi finem captivitatis prænunciavit, vel annunciatam dicit, i. e. ad spem reditus confirmatam, adeo ut de sua in pristinum statum redintegratione minime dubitaret. Et hæc quidem Esaias loquitur ad Justos & Propheras Jerosolymis eodem tempore cõmorantes. *Exalta vocem tuã in fortitudine*. Pange Triumphale carmen Deo tuo, qui tibi victoriam & salutẽ attulit.

v. 6.

v. 7.

v. 8.

v. 9.

v. 12.

Quis mensus est pugillo aquas & Cœlos palmo ponderavit? Cum quo iniit consilium & instruxit illum, & docuit eum semitam justitiæ? Hìc Judæos quosdam perstringit quasi de fide divinæ promissionis ambigentes, quos proinde monet, ne divinæ Sapientiæ consilia investigare audeant dicentes. Quare nos exules & servos fecit, dispersitque, & dispersos iterùm congregavit? Simul docet: summum ac supremum illud numen, quo ista gerebantur, nullius judicio obnoxium esse, nec quemquam opera ejus persequi aut attingere posse. Consonant quæ alibi leguntur *qui fecit pondus ventis & aquas appendit in mensura*. Ubi ventorum libramentum fortassè dicit montes, quandoquidem nec venti subruunt montes, nec montium objectu ventorum impetus subsidit. *Ecce gentes quasi stilla situlæ & quasi momentum stateræ*. i. e. Hem gentes vestra, ô Judæi, natïone longè præstantiores, marique profundo & minimè vadoso, atque altissimis montibus comparabiles, si tamen Deo cõponantur velut gutta sunt pelago collata,

Job. 28. 25.

v. 15.

lata, & quaſi momentum ſtateræ æſtimabuntur omnes Reges, illiſque ſubjecti populi, ſi cum illa eximia & incomprehenſibili natura comparentur. *Et Libanus non ſufficiet ad incendendum.* i. e. Nec ligna Libani, nec ejus animalia putantur ſuffectura ad hoſtias & holocauſta illi offerenda. Babyloniorum imperium Propheta Libano comparat, & ipſos Chaldæos beſtiarum vocabulo indicat, utpotè unius veri Dei notitia expertes. *Omnes gentes quaſi nihilum reputantur ei.* Quippè cui pronum eſt eas in nihilum redigere & diſperdere. *Cui ergo ſimilem feciſtis Deum? Aut quam imaginem ponetis ei? Num imaginem, quam finxit faber? Et ſtatuit ſimulacrum quod non movetur*, immobile utique, ſed etiam inutile. *Numquid non audiſtis, eximia quæ feci, neque intellexiſtis opera mea?* ea dico, quæ omnes ætates, omniaque tempora occupant, & ante oculos veſtros perpetuò obſervantur; quomodo ſcilicet Cœlorum orbes in camerā duxerim, & in formam tentorii configuratos habitationi hominum accommodaverim? *Levate in excelſum oculos veſtros, & videte quis creavit hæc.* q. d. Deſipitis ſi promiſſam vobis liberationem & redintegrationem in priſtinum deſperaris. Profectò ſi levaſſetis oculos in Cœlum, Mundique pulchritudinem & ordinem contemplati fuiſſetis, ſenſiſſetis utique præſtantiſſimæ mentis numen, quo hęc facta ſunt, perpetuòque retinentur & conſtant, nec me Diis fictis gentium ſimilem credidiſſetis, nec de promiſſa vobis ſalute modò dubitaretis. *Qui educit in numero virtutes eorum & omnes ex nomine vocat.* Porrò ſi hæc non ſunt in oblivione apud me, ſed univerſa & ſingula mea providentia aguntur & gubernantur, num ambigere poteſtis, quin veſtræ ſaluti & incolumitati ſim conſulturus, cum præſertim id me præſtiturum promiſerim. Simul oſtendit ſe Siderum numerum & nomina non ignorare. Quod in juſtos mirificè quadrat, quos eximia virtus transformat in ſtellas: divina ſiquidem luce nitent, eandēque cum cæteris mortalibus velut cœleſtia quędam luminaria communicant. Horum porrò nomina apud Deum deſcripta ſervat indelebilis Liber. *Quare dicis Jacob, abſconditæ ſunt viæ meæ à Domino, & à Deo meo judicium meum tranſlatum eſt*, nimirum ajebant, quare Deus non judicat inter nos, & adverſarios ſubigentes nos? *Numquid neſcis aut non audiſti? Deus ſempiternus Dominus, qui dat laſſo virtutem, & ægris multiplicat valetudinem.* q. d. Nolite deſperare ſaluti veſtræ, Deus enim laſſos reficit & corroborat, idemque pollicetur vobis diuturna licet ſervitute fractis priſtinam valetudinem, & laborantibus & afflictis adjiciet vires. *Exagitabuntur adoleſcentes*

A
B
C
D
E
F

v. 16. v. 17. v. 18. 19. v. 21. v. 26. v. 27. v. 28. 29. v. 30.

scentes & laborabunt, & juvenes in offensione offendent. i. e. Persecutores vestri, & qui vos subigunt, ætate licet firma & viribus pollentes, mox labore delassati langueścent, & qui vos servituti subjecerunt, malum quod
v. 31. intulerunt, offendent. *Qui autem sperabunt in Domino, mutabunt fortitudinem*. i. e. Justi quales Moyses, & Caleb. *Et pennas mittent Sicut Columbæ, current, & non deficient*. Assument alas sicut celeres Columbæ, & ultrò citròque citra omnem laborem cursabunt.

CAP. XXXXI. *Tacete insulæ, & gentes mutent fortitudinem*. i. e. Gentes quæcumque accedant, suisque Diis & sibi patrocinentur; & si quidem causa cadant, unà cum illis condemnabuntur. *Propterea tradentur in conspectu*
v. 2. *ejus populi & reges stupebunt*. q. d. Jam si Ethnici, & ficta ipsorum numina justitiam vocarunt, sequetur eos: sin autem summus Mundi Conditor illam vocavit, i. e. Si justa profert, & postulat; vos qui negatis, injuriam illi facitis, ob quam *tradentur in conspectu ejus gentes* &c. *Dabit quasi pulverem gladio suo, & quasi stipulam decussam arcui suo gentes*, suis, inquit, armis, quibus homines impios castigare solet, & sic exactis hostibus pacem po-
v. 3. pulo suo reddet. *Viam pedibus suis non ingredietur*. Adeo nimirum illi promptum & pronum est adversarios pessumdare & amicos
v. 4. reficere & indemnes servare. *Quis paravit & fecit hæc?* Deus utique, sed nec tantum ista suis amicis præstitit, quin & eadem Moysi revelavit: justorum scilicet prælia cum impiis gesta, & reportatas Dei ope victorias.
v. 5. *Viderunt illum Insulæ & timuerunt*, illæ scilicet insulæ, quas pro populo suo judicio di-
v. 7. sceptaturus ad causam dicendam appellabat. *Et confortavit faber lignarius ferri fabrum percutientem malleo, & cudentem, dicens, de glutino: accommodum est: firmavitque sculptile clavis, ne moveretur*. Sarcasmus est, quo Propheta Idolorum vanitatem traducit & Gentilium levitatem & stultitiam, qui talium numinum opem quærebant eo tempore, quo
v. 8. ad divinum judicium citabantur. *Nunc tu Israel servus meus, semen Abraham amici mei:*
v. 10. *Confortavi te, & sustentavi dextera mea justa*. i. e. Semen es illius Abrahæ, quem ab ultimo Oriente accersivi & invicta fortitudine instruxi, præstitique ad omnia pericula & labores intrepidum & infractum. *Erunt quasi*
v. 11. *nihilum viri, qui tecum contendunt*. Chaldæos
v. 12. designat. *Erunt quasi quod non est, qui tecũ jurgantur*. Idumæos, Græcosque Babyloniis annectit, & reliquos populos Judæorum hostes, quos tamen minime timendos, ait per-
v. 14. inde ac si non essent. *Noli timere vermis Jacob & minima portio Israel*. Ista quippè tenuitate

tate tua reges, & regna prosternes, & illorum molitiones, & superba consilia disjicies. Judæos itaque, quos hìc alloquitur, *vermem* appellat, quo intelligant suis se viribus non posse confidere, attamen nihil eis propriam imbecillitatem obfuturam, nam & vermes robora rodunt, sic perinde futurum, ut & ipsi fortissimorum regum superbiam, potentiamque infringant. *Ecce feci te quasi plaustrum novum: triturans triturabis montes, & comminues colles.* v. 15. *Montes, & colles* appellat regna gentium, eorumque præsidia, & firmamenta, quæ tamen à populo Justorum superanda & profliganda prædicit. *Egeni & pauperes quærunt aquas, & non sunt.* v. 17. Egentes vocat Judæos Babylonem deportatos, qui rectè dicuntur sitivisse, libertatem scilicet, & reditū. *Aperiam flumina in montibus & in medio vallium fontes.* v. 18. Interim eorum sitim mitigare volo certo nuncio propinquæ reversionis & secuturæ post illam felicitatis. *Dabo in solitudine Cedros, & Abietes.* v. 19. Ego ipse qui propter illorum peccata tribulis, & sentibus hanc ipsā terram aliàs implevi. *Ponam in planitie cupressus glorioſas.* Hujusmodi symbolis Propheta Judæis ponit ob oculos bona, quibus Judęam post illorum reditum ditare decreverat. Et hæc quidem in Judæorum reditu adumbrata per Christi adventum perfecta sunt in vocatione & conversione gentium, quas hic Judæi egentes & sitientes repræsentant. Hoc ipsum disertè prædixerat Jacob illis verbis: *Ipsum gentes expectabunt.* Quod etiam innuit ille Dei ad Ezechielem sermo: *Si ad gentes ignotæ linguæ mittereris. audirent te.* Ad gentes itaque Deus hæc verba facit, *Exaudiam eos & sitientes ex Jacob & ponam flumina in montibus.* Ubi Prophetarum in Ecclesia Christi copiam promittit, & *in medio vallium fontes*, Apostolos scilicet in medio gentium. *Dabo in solitudine Cedros, & Abietes.* i. e. Levitas, Sacerdotes & Pontifices, qui corpus & sanguinem consecrabunt & frangent ad expiationem animarum, sublatis qui hunc honoris locum invaserant, sacrificulis & Hariolis, qui hominum simplicium animas impiabant profanis sacrificiis. *Propè facite judicium vestrum*, dicit Dominus: *Accedant, & indicent nobis quæ ventura sunt.* v. 21. v. 22. Inchoatum supra judicium resumit, & quoniā inanium Deorum cultores de Deo vero impiè sentiebant, eundemque carpere non verebantur. Propheta illorum audaciam & petulantiam detegit, & redarguit, futurorum eventuum inscitiam Diis eorum objiciendo. Tum verò, inquit, *scimus quia Dii estis vos*, & quod etiam bene facitis & malè si malorum bonorumque successuum, qui tempore absunt, & futuri sunt, signa ostenderitis. *Ecce ex nihilo* v. 23. v. 24.

Gen. 49. 10. Ezech. 3.

vos estis, & abominatio est electio vestra. Abominationem dicit, vel idola quæ unaquæque gens propria sibi delegerat, vel ipsam impiam opinionem, quam Idololatræ de Deo vero habebant. *Suscitavi ab Aquilone, ut veniat ab ortu Solis, vocabit nomen meum.* Zorobabel hic est, quem secuti sunt Jesus sacerdos filius Josedech cum suis Levitis, & alii multi ab Oriente Judæi. *Et venient Dominatores, & proterentur quasi lutum.* Barbaram gentem Gog, & Græcos venturos designat, quos à Judæis profligandos prædicit. *Hæ sunt primitiæ ad Sion.* i. e. Bona nuncia à priscis téporibus Judæis significata. *Et Jerusalem Evãgelistam dabo.* i. e. Præconem, qui hæc bona nuncia divulget. *E nihilo sunt & opera eorum spiritus inanis.* i. e. Dii quos colunt gentes, tales sunt qualia opera eorum, in quibus nihil non fragile, & caducum est.

v. 25.

v. 27.

CAP. XXXII v. 1. ECCE *servus meus, fulcivi eum*: Videlicet signis & miraculis. Quare hæc arcanum sensum habent, & de Christo prædicta accipienda sunt, qui idcircò appellatur *servus*, quod à Patre missus venit in Mundum, mandatum ejus de salute hominum executurus, accepitque formam servi, corpus scilicet corporibus nostris simile induit, *factus obediens usque ad mortem Crucis. Et electus meus, complacuit sibi in illo voluntas mea.* Hoc scilicet est illud ipsum: *Hic est filius meus dilectus, in quo complacuit sibi anima mea. Dedi spiritum meum super eum.* Cui pariter consonat illud: *Non ad mensuram dedit Deus spirituin Filio suo. Ut proferat judicium Gentibus.* i. e. Ut vindicet gentes ab injusta persecutione malorum spirituum nihil non agentium ad earundem perniciem. *Non clamabit nec levabit vocem suam in platea.* Hoc nempè sonat illud: *Discite à me quia mitis sum, & humilis corde. Calamum quassatum non conteret, & lucernam caligantem non extinguet* Utrumque symbolum Judæorum populum spectat: ipse enim est calamus quassatus, quē Christus à suâ familiaritate & consuetudine non excluśit, nec politicum ejusdem statum turbavit, nec rempublicam evertit. Ipsemet populus omnia perdidit, quo à Deo impudenter rebellavit, repulitque ejus familiaritatem. *Lucernam* porrò *caligantem* vocavit legem, quandoquidem exoriente Sole justitiæ, lex videri desiit: perinde atque Sidera occultantur adulto die. Nec tamen Deus legem extinxit, aut cassavit, sed à vetustate literæ ad novitatem spiritus eandem traducens absolvit & perfecit. Rursum alia via eadem verba exponi possunt. *Lucernam*, inquit, *caligantem non extinguet*. i. e. Christum Persecutor non extinguet infantem, etsi Herodes

Math. 12. v. 18. Jo. 3. v. 32.

v. 2.

rodes immanem illam parvulorum cædem, jusserit, ut Christum vita privaret. *Neque caligavit*. i. e. Nec læsus fuit, quando tulerunt lapides Judæi, ut jacerent in eum. Proinde tametsi Rex Herodes, & Judæorum Pontifices, & populus conspiraturi sint ad Christum interficiendum, id tamen haudquaquam efficient, nec Christus extinguetur, i. e. morietur, *donec ponat judicium in terra*: & *legem ejus insulæ expectabunt*. Idcircò nec exinguetur, neque caligabit, donec cumulatè satisfaciat officio suo erga gentes novi Testamenti legē susc ipere paratas, imò cupientes, quod etiam Pater de filio affirmat subdens: *Apprehendi manum tuam & confortavi te, dedique te in fœdus populo, & in lucem gentibus: & aperies oculos Cœcorum, & educes Vinctos de domo carceris*. Utrobique enim gentes designat ad veritatem per id tempus caligãtes, & ignorantiæ atque erroris tenebris obsessas. *Cantate Domino canticum novum*. Ethnicos pariter alloquitur, & ad cantandum Deo canticum novum invitat. Enimverò si Judæi post annum septuagesimum à captivitate redẽpti novum Deo Liberatori suo carmen modulari debuerunt, quin idem præstarent gentes? quamque oppidò potiori jure novo cantico erumperent, finita servitute plurium sæculorum? *Laus ejus ab extremis terræ*. Rursum & hoc accidet novum, ut à remotissimis nationibus hymnis, & canticis celebretur salus Generi humano per Christum restituta. *Qui descendunt in mare in plenitudinem ejus*. Laudabunt, inquit, Deum gentes, quæ ratibus subigunt maria, sed & quæ mari Divinitatem affingunt & sacra faciunt, verâ demùm religione imbutæ Deum suum agnoscent, eundemque Dominum Maris cõfitebuntur & prædicabunt. *Insulæ & qui habitant in eis*. Nec porrò id præstabunt, ait, qui Continentem incolunt, verùm etiam qui Insulas longè dissitas occupant, universi laudem Deo vero simul concinent. *Et in pascua erit Cedar*. Adeoque mutuam inter se pacẽ colent in unam coeuntes religionem & cultum: tametsi hodie obscuratum habentes intellectum velut solitudines desertæ, & horribiles squalere videantur. *Et laudabunt habitatores petrarum*: quasi fontes è silice erumpentes divina fundent eloquia. *Et de vertice montium clamabunt*. Gentes, quæ à Dei cultu descivere, & in editis quibusvis locis Diis suis sacrificare solent, resipiscent, & vero Deo confessionis & laudis hostias immolabunt, in Christi quippè adventu laudare Deum didicit Orbis universus. *Et repleta est terra laude ejus*. Sed & in montibus & rupibus Ecclesiæ constructæ sunt, & constituta Monasteria congregatique Cœtus hominũ

A
B
C
v. 4.
v. 6.
v. 10.
D
E
v. 11.
F

divinas laudes cantantium, pulsis indè indigenis, qui super omnem montem excelsum delubris, & hostiis inanes Deos venerabantur. Vel rursum illi ipsi, ait, *de vertice montium clamabunt*, qui eos profanis sacrificiis impiabant, mutataque mente Deum verum
v. 12. laudabunt. *Et dabunt Domino gloriam*. i. e. Hymnos & laudem Domino Christo accinēt.
v. 14. *Tacui à sæculo: patiens fui quasi parturiens*. Nam etsi peccatores pro merito plectat clementissimus Deus, cum tamen hoc invitus faciat, quasi mitissima mater eorū malis ex intimo cordis affectu, magnaque commiseratione ingemiscere perhibetur. *Obstupefaciam & consternabo hostes meos* populum meum in
v. 15. captivitatem abducentes. *Vastabo montes & colles*. Ditiones Regum subvertam & militum
v. 16. castra. *Ducam Cœcos in viam, quam nesciunt, & in semitas, quas ignoraverunt, ambulare eos faciam*. Utrobique Deus loquitur de libertate, quam Israelitis parabat solutâ captivitate. Hæc tamen completa & perfecta fuerunt post Domini adventum, quando Ethnicos ignorantes veritatem, & cœco errore per avia vagantes per sanctos Apostolos devocavit, direxitque in vias pacis quas hactenùs ignoraverant, & in semitas, quas non ambulaverant Patres eorum, neque ipsi, sunt autem novi calles, quos insistunt quicumque Evan-
v. 18. gelii mandata observant. *Surdi audite, & cœci*
v. 19. *intelligite, & videte: quis cœcus nisi servus meus?* Hæc ad filios Israel planè referuntur. *Et surdus, sicut nuncius meus quem missurus sum?* Judæus quilibet, quem idcircò relegaturus sum Babylonem, quod non audierit me nec dicta mea attenderit. *Quis cœcus sicut qui præsidet?* Reges Israel designat, quos sus-
v. 20. tulit captivitas. *Quamquam multum vides, & non observas, apertas habes aures, nec obedis*. Ista subjecit, ne illi contra reponerent. Quorsum ergo jubes videre, & audire, quos modò aiebas, esse cœcos & surdos? Hujus loci sensus est idem qui illius: *audientes audietis, & non intelligetis, & videntes videbitis & non cognoscetis, incrassatum est enim cor populi hujus, & aures suas aggravaverunt*. Utrobique Judæorum pertinaciam accusat, quod post tot signa, quæ vel audierant, vel suismet oculis spectaverant, in sua adhuc improbitate nihilominus persisterent. *Quis est inter vos, qui audiat istud?* Istud, inquit, advertat, & accuratè expendat? Et aspiciens vindictam exercitam adversus transgressores legis, *prospiciat novissima*: i. e. consecuturam novissimo tempore Dei erga resipiscentes misericordiam post irrogatas Peccatoribus ex
v. 21. justa severitate pœnas. *Et Dominus voluit propter justitiam suam magnificare legem, & illam glorificare*. i. e. Legis observatores, quamobrèm

Inf. hoc cap.

ܐ ܠܟܘܢ ܗܘܝܬ ܡܬܚܫܒ ܠܝ ܐܡܪ ܡܪܝܐ ܐܠܗܟ ܘܐܢ ܠܐ ܬܩܒܠ ܐܢ ܐܢܐ ܐܬܝܬ ܘܐܫܠܡ ܠܟ ܐܓܪ ܐܢ ܐܬ

diam eos, esto olim contrarium protestatus sim dicens. *Quum clamaverint ad aures meas*
v. 25. *voce magna, non exaudiam. Lupus & Agnus pascentur simul.* Res ipsa in Ecclesia exhibita est, umbra in Synagoga: Lupi namque cum Agnis simul morantes Tyrannos designant, quos justi inimicos & persecutores ante habuerunt, post habuere socios & contubernales.

CAP. LXVI.

HÆC *dicit Dominus, Cœlum sedes mea est, Terra scabellum pedum meorũ.* Pedibus substrata meis, Divinæ naturæ immensitatem ostendit, quum ergo Cœlum & Terrã ego impleam, me manu facta templa non capiunt? Ergo *quæ est ista domus, quam ædificabitis mihi?* Ecquod namque ædificium suo utique definitum ambitu contineat immensum? Ita est: templa superborum hominum facta manu Deo parva sunt, & angusta; ea est ejus natura, & parva corda illi ampla sunt & lata, ea est ejus bonitas, si tamen humilia sunt & mansueta, qualia præ-
v. 3. tulit Eccesia Gentium. *Qui immolat Bovem, quasi qui interficit virum, & qui mactat Agnum, quasi qui jugulat Canem.* Consentiunt illa Malachiæ. *Dispergam super vultum vestrum stercus solennitatum vestrarum.* Judæorum sacrificia Prophetæ declarant immunda fuisse, quæ ergo Esaias hoc loco hominum, canumve cadaveribus æquiparat, Malachias Prophetarum ultimus animalium retrimenta vocat, non offerenda Deo, sed offerentium in ora cum opprobratione rejicienda. *Hæc elegerunt in viis suis, & in idolis suis anima eorum delectata est.* i. e. Hisce tamen Judæi gaudent sacrificiis, & vana religione sibi ipsi illudunt. *Unde & ego delectabor in*
v. 4. *illusione eorum.* Quare sicut illi sibi illudunt & mihi, ego vicissim illorum expectationem eludam, & illis calamitatibus involvam, quas ejusmodi religionis umbra prohibere moliuntur. Repetit Propheta, quæ sub initium Prophetiæ leguntur, & alii Prophetæ, sed & Prophetarum Dominus Judæis in Evangelio frequenter inculcabant: nihil, videlicet eis profuturas legis cæremonias peccantibus, & legem ipsam prævaricantibus. Idcircò frustra etiam eos Deo moliri templum non saxa, sed corda hominum petenti. *Vox tumultus de civitate,*
v. 6. hostibus ad eam obsidendam promoventibus, *vox de templo*, vel sacerdotum Dei opem sero implorantium, vel civium eo frustra profugentium, dum prementibus à tergo inimicis ibidem asylum quærunt. *Vox Domini reddentis retributionem inimicis suis*, impiis Judæis legem prævaricantibus; deindè populis, qui pios Judæos Babylone reversos infestare ausi

A ausi sunt ante irruptionem gentis Gog, quæ
poſtea in Judæam incubuit. *Antequam par-* v. 7.
turiat, pariet. i. e. Antequam moveant gen-
tes, quæ Zorobabele Duce repreſſæ ſunt,
& antequam appareant ſigna vicini partus, li-
berabitur, & pariet maſculum. Hoc dicit de
lætitia, qua ex inſperato afficienda erat Ju-
dææ provincia eo tempore, quo populum
Babylone reducem accepit, quam talem fu-
turam ait, qualis mulieri maſculum parienti
B accideret calumniam paſſæ à Zelotypo con-
juge, quæ quidem tanta eſſe ſolet, ut acer-
biſſimos partus dolores extinguat, & affecti
criminis memoriam obliteret. *Quis audivit* v. 8.
unquam tale? Numquid parturiet terra in die
una? Negat id unquam factum, ut ager uno
die excipiat ſemen, & effundat fruges. *Quo-*
niam à quatuor ventis revertentur filii Sion, &
una hora parietur populus. Significat urbem
C Sion ſuis quondam orbatam liberis, iterùm
multiplici prole una die donandam. *Ego qui* v. 9.
dedi ſpem iſtam non pariam? dicit Dominus. Ego
qui populo meo reditum poſt annos ſeptua-
ginta futurum promiſi, num promiſſum ſol-
vere non potero? *Ut ſugatis ab ubere conſo-* v. 11.
lationis ejus. i. e. Etiàm ſolvam, *daboque*
Jeruſalem ubera plena deliciarum, è quibus
hauriant ægri & debiles pinguedinem. *Et* v. 14.
cognoſcetur manus Domini ſervis ſuis; & per-
D *det inimicos ſuos*. i. e. Intereà manife-
ſtabitur ſimul vindicatrix Dei juſtitia adver-
ſus impios Judæos. *Ecce Dominus in igne ve-* v. 15.
nit, & quaſi turbo quadriga ejus, Gentiles
utroque ſymbolo deſignat, quorum opera
Deus legis ſuæ contemtores punire decre-
verat. *Quia in igne Dominus dijudicabit & in* v. 16.
gladio ſuo ad omnem carnem. i. e. Talium
inimicorum opera caſtigabit omnem carnem
filiorum Jeruſalem, & *multiplicabuntur inter-* v. 17.
E *fecti à Domino, qui ſantificabantur ad confu-*
ſionem, & mundos ſe faciebant in hortis alter
poſt alterum in medio. Significat palam &
impudentiſſimè iſthæc omnia eos perpetraſſe
alterum poſt alterum vel quo alter alterius
exemplo ad illa committenda duceretur, vel
ſignificat neminem talia auſum non fuiſſe,
quum alter alterum ad hæc maleficia alacer
& lætus ſequeretur. *Et qui comedebant car-*
F *nem ſuillam, & reptile, & glirem*. Et quo-
niam iſta ad tranſgrediendam legem iſthæc
prohibentem omnes ſimul conſpirarunt, *ideo* v. 18.
omnes ſimul conſumentur, poſtquam venero ad Eze. c. 39.
congregandas omnes gentes. Illas fortaſſe
deſignat, quas Ezechiel Gog Magog appel-
lat, & adducendas, ait, ad montes Iſrael,
earumque interitum deſcribit eodem ordine,
quem hìc obſervat Eſaias, vel quas Eſdras
recenſet, & narrat adverſus Judæos Baby-
lone reverſos undique inſurrexiſſe, & à Zo-

roba-

robabele repreſſæ fuerunt; vel quas Perſarum Reges, vel Antiochus ejuſque ſucceſſores Græci in Judæam poſtea immiſerunt & a Judæis, atque à Juda Machabæo, ejuſque fratribus attritæ ſunt, & à Romanis tandem penitùs deletæ; iſtarum porrò gentium opera impiorum Judæorum peccata ſe vindicaturum hìc Deus denunciat. Illas certè gentes hoc loco Propheta manifeſtè deſignat, quarum interitum Babylonicæ captivitatis ſolutio anteceſſit, ac Judæorum & gentium ſalus per Chriſtum, ejuſque Apoſtolos conſecuta eſt. *Et in lecticis adducemini, & ſuper genua educabimini, & ſicut ſi mater conſoletur filium ſuum, ſic ego conſolabor vos.* Pios modò Judæos Deus alloquitur, & promittit facientibus voluntatem ejus ſe adfuturum & quaſi filios Regis magnificè tractaturum, ut quemadmodum iſti famulorum humeris geſtantur, & ſuper genua accipiuntur, ſic ſe illos perindè portaturum, & nutriturum in deliciis, adeò ut affluente omnium bonorum copiâ præterita damna ſibi abundantiſſimè compenſata videantur. *Et venient, & videbunt gloriam meam.* Hoc dicit de gloria, ad quam Deus extulit domum Iſrael poſt interitum ſuorum perſecutorum. *Et ponam in eis qui ſalvati fuerint ſignum.* Notam, quam vidit Ezechiel impreſſam frontibus Judæorum, qui à communi gentis excidio excepti fuerant. Vel ſignum terroris ad conciliandam ſcilicet ſibi gentium, ad quas mittebantur, venerationem & reverentiam. Hoc nimirum ſigno tremefactus eſt Fælix audiens Paulum de juſtitia & caſtitate. *Et de futuro judicio* diſputantem. *Et mittam ex eis* quaſi miraculum *in Tharſis, & in Thubal, & in Javan* & ad cæteras provincias, quæ venerunt in auxilium domus Gog ad pugnandum contra Zorobabelem, Chriſtum videlicet, cujus typus fuit Zorobabel dux populi ad terram hæreditatis Domini ſoluta captivitate revertentis. Gentium ergo adverſus Zorobabelem motus illud deſignabant, quod Propheta de Chriſto vaticinatur dicens. *Aſtiterunt Reges terræ, & Principes injerunt conſilium ſimul adverſus Dominum & adverſus Chriſtum ejus. Et annunciabunt gloriam meam in Gentibus.* i. e. Mirabilia, quæ à me facta ſunt Ethnicis prædicabunt: quod quidem Apoſtoli fecerunt. *Et adducent omnes fratres veſtros de cunctis gentibus oblationem Domino in equis, & in curribus, & in carrucis.* i. e. Non invitos, quomodo vos Babylonem ducemini, ſed volentes cum honore, & reverentia, qua cum dona Deo deferri ſolent. *Et ſicut inferunt filii Iſrael ſimilam in vaſis mundis in domum Domini.* Et quidem iſtuc cogitabunt, qui illos adducent propter Deum

Inf. hoc cap. v. 12.
v. 13.
Act. 24. 15.
v. 19.
Pſal. 2. 2.
v. 20.

A
B
C
D
E
F

Et

A *Et ex eis assumam in Sacerdotes & Levitas*, alio modo, *& ex eis accipiam Sacerdotibus & Levitis*. Subintellige *decimas*, sensus ergo est; vel quod fratres Judæorum reducendi futuri erant de filiis populi, à quibus accipiendæ erant decimæ statutæ Sacerdotibus & Levitis: vel potius Gentiles Propheta designat illos deducentes, jamque ad Christum conversos, & hujus fidei communione à Judæis pariter credentibus in fratres adscitos. v. 21.

B Istos itaque, ait, ad domum Domini venturos dona Deo pariter ferentes. *Et erit ut à tempore mensis in mensem, & à tempore sabbati in sabbatum veniat omnis caro, ut adoret coram me, dicit Dominus*. Solennitatum & sacrificiorum constantem & perpetuam successionem promittit, quæ antea Babylonica servitute ad annos septuaginta interrupta fuerat. *Et venient, & videbunt cadavera virorum, qui prævaricati sunt in me*. i. e. Post interitum populi Gog, Judæi, & Gentiles ad Christi fidem conversi convenient, & egredientur simul ad campos, ubi illi occubuerunt, divinam in eos vindictam spectaturi, ut verum sit illud. *Lætabitur justus, quum viderit vindictam; lavabit manus suas in sanguine peccatoris. Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur*. Ipsum justorum cætum vermi comparavit, ut supra illud. *Noli timere vermis Jacob*. *Vermem* porrò immortalem dicit & perpetuum ignem, eo quod Christi Ecclesia nunquam interibit. *Et erunt miraculum omni carni*. i. e. res visu mirabilis omnibus, qui ex Judaico populo, vel ex Gentili factum spectaturi accedent. Jam si dicant, quandonam ex Hispania congregati fuimus? Nam Hispaniam Propheta hìc expresse indicat. Discant scripturas in magnis insistere, quia norunt parva magnis contineri; quum ergo aliis in locis narrent, Cyri edictum, quo Babylonica captivitas soluta fuit, ad omnes provincias manasse, & à Judæis in remotissimas quasve regiones divulgatum, palàm fit, ejus rei famam in Hispaniam perveniisse, ut verum sit aliquos ex illorum fratribus indè reductos fuisse eo tempore, quo captivitas Babylonica finita fuit. Quamquam multò congruentius vaticinium istud exponetur, si quod cum historia, & Prophetæ verbis planè & ex toto cohæret, ista quæ de Judæorum restitutione narrantur hoc loco & apud Ezechielem, ad Christi adventum, & Evangelii promulgati tempus referantur. v. 23. v. 24. Psal. 57. 11. Marc. 9. 45. Sup. 41. 14. Eze. 34. 25.

C

D

E

F

S. PATRIS NOSTRI

EPHRAEM SYRI

IN JEREMIAM PROPHETAM.

EXPLANATIO.

Scholion ex Vitis Prophetarum.

JEremias patria Anathothites Taphnis Ægypti urbe à populo lapidibus oppressus interiit. Situs est in eo loco, ubi Pharao quondam domicilium habuit: hoc nimirum honore Ægyptii acceptorum ab ipso beneficiorum memores, ejus reliquias prosequuti sunt. Postmodum Alexandriam translatæ ibidem magnificè collocatæ fuerunt. Duobus supra quadraginta annis prophetavit, sexaginta vero supra quingentos Christi in carne adventum antecessit.

CAP. I. v. 1. v. 2. VErba Jeremiæ filii Helciæ de Sacerdotibus Anathoth in terra Beniamin. Factum est autem verbum Domini super eum in diebus Josiæ filii Amon Regis Juda. Jeremias ergo sub Josia Rege prophetandi munus suscepit, ejusque vaticiniorum argumenta fuere Judæorum captivitas per Ægyptios, quam innuit Jeremias illis verbis: *filii quoque Mempheos, & Taphnis concutient te caput caput.* Captivitas altera, quam iidem passi sunt a Babyloniis Jojakimi Regis tempore. Tertia sub Rege Jeconia. Generalis demum omnium Judæorum in Chaldæam deportatio, Sedecia regnante. Item Captivitas finitimarum Judæis gentium, & Babylonis excidium. Postremum Populi reditus in Judæam, & Judæorum Reipublicæ restitutio: scilicet, quos Deus in Ægypto servos olim libertate donaverat ob Patrum suorum merita, eosdem iterum nunc, ut alias, sæpe servituti subjecit propter toties iterata ipsorum scelera, quæ utique justa severitate vindicari dignum fuit. *Antequam formarem te in utero, novi te,* v. 5. idoneum fore populi hujus Prophetam: *& antequam exires de vulva sanctificavi te,* elegi, & Prophetam Gentibus designavi. v. 7. *Noli dicere: puer sum: quoniam ad omnia, quæ mittam te, ibis, & universa quæ mandavero tibi loqueris. Ne timeas à facie eorum, quia ego tecum sum.* v. 8. Quamobrem allegandus ad Reges tibi infensos, & ad Principes, & Pseudoprophetas tibi inimicos, ipsisque denunciaturus, quæ de captivitate, fame, & mortalitate à me decreta sunt, tibique deinceps erunt significanda. Vide ne quempiam illorum formides. Ac simul porrecta manu *Dominus os meum tetigit, dicens: ecce ego dedi* v. 9. *verba mea in ore tuo: Ecce constitui te cum* v. 10. *potesta-*

potestate, præsidem populo tuo, & huic, finitimis gentibus, quin & populis procul ab eo dissitis. *Ut evellas, & destruas, & dissipes & disperdas, & ædifices, & plantes.* Non ista efficièndo, sed prædicendo, vel consulendo, vel præcipiendo. Quibus distincte apertèque demonstrat, in voluntatis nostræ arbitrio positum esse bonum eligere; unde nobis à Deo bona proveniant: siquè voluerimus à recto, quem tenemus, vitæ cursu divertere, Deum similiter suas circa nos dispositiones mutaturum, ut pro saturitate famem, & pro pace bellum immittat: Ejusmodi nempe disciplina solet ille nostros corrigere errores. Etenim nulla ligatur nostræ voluntatis libertas necessitatis lege, vel vi, minime vero Deus ipse rerum Dominus & arbiter, sed quum idem Legislator sit, legibus suis minime subest, quominùs pro arbitrio omnia moderetur, atque pro sua voluntate rerum vices in tempora & momenta dispenset, & humana negotia, ac singulorum officia disponat. Hoc scilicet declarant illa, quæ infra leguntur, Dei verba: *Si loquar adversus gentem, & adversus regnum, ut eradicem, & destruam, & disperdam illud. Si pœnitentiam egerit gens illa à malo suo, agam & ego pœnitentiam super malo, quod loquutus sum, ut facerem eis, & subito loquar de gente, & de Regno; ut ædificem & plantem illud. Si fecerit malum in oculis meis, ut non audiat vocem meam, pœnitentiam agam super bono, quod loquutus sum, ut facerem ei.. Et dixit Dominus: quid vidisti Jeremia?* v. 11. *Et dixi: Virgam Amygdalinam ego video.* Symbolum est, imminentem à justo Dei judicio vindictam designans, q. d. quemadmodum Amygdalus celerrime suos protrudit flores, sic populum tuum, & Civitatem statuta pœna & captivitas celeri pede sequetur. *Et dixit Dominus: quid vidisti Jeremia?* v. 13. *Et dixi: Ollam Domine ferventem ego video, & facies ejus à facie Aquilonis. Et dixit ad me ab Aquilone pandetur malum super omnes habitatores terræ.* v. 14. *Olla fervens* exardescentem iram significat. *Facies ejus ab Aquilone* Chaldæam designat regionem respectu Judeæ Aquilonarem. *Quia ab Aquilone pandetur*, venire incipiet *malum*, incolarum captivitas, & provinciæ devastatio. *Super omnes habitatores terræ* Juda, & super gentes, quas statutum est disperdere. *Ecce ego vocabo cognationes Aquilonis*: Babylonios & Regna ipsis subjecta. v. 15. q. d. vocatus cito veniet Nabuchodonosor, & civitatem Jerusalem, & omnem Judæam in summas angustias adducet, immensisque malis afficiet. *Et loquar judicia mea cum eis.* v. 16.

Judicio contendam cum eis, & ostendam ipsos à me puniri haud immerentes, vel judicabo eos infligendo mala, quæ sum comminatus, & definito tempore inferenda decrevi: quandoquidem ea per pœnitentiam avertere noluerunt, patientur propter proterviam. *Ne formides à facie eorum*, si quos suspicaris exitium tibi moliri: *Ecce feci te quasi urbem fortissimam*, munitissimam, neque vi, neque arte expugnabilem.

CAP. II. *Recordatus sum tibi gratiæ adolescentiæ tuæ*, & quibus à me vicissim ornata fueris beneficiis, quando in Ægypto agebatur tuæ libertatis negocium, *Et dilectionis patientiæ tuæ*, quando per solitudinem me sequebaris, quamquam neque tunc infide perstitisti, donec Moses de Monte descenderet. *Sanctus Israel Domino primitiæ frugum ejus*: talis nempe fuit, quando terram hæreditatis suæ possidere cæpit. *Omnes qui comedent eum*, polluentur legem Domini transgredientes primitiva Sacerdotibus vindicantem. *Hæc dicit Dominus: quid invenerunt Patres vestri in me iniquitatis? quia elongaverunt à me, & non dixerunt: ubi est Dominus, qui ascendere nos fecit de Ægypto, qui traduxit nos per desertam terram & inhabitabilem, per terram desolatam umbrarum mortis. Et adduxit nos in Carmelum?* Terram promissionis Carmelum appellat, quasi deliciarum sedem ob soli feracitatem, & inde affluentem rerum copiam. *Et ingressi contaminastis terram meam* idolis, Deos, quos ipsi fecistis, colentes. *Propter hoc judicio contendam vobiscum; & cum filiis filiorum vestrorum judicio disceptabo.* Primum membrum Israelitas Chananitidis primos habitatores, pactique fœderis transgressores spectat. Secundum istorum posteros, qui Jeremiæ tempore vivebant. *Transite ad Insulas Cethæorum, & videte.* Cethæos dicit nationes ad Occidentem Chananitidis positas. *Et in Cedar mittite*, per Cedræos, gentes designat Judæis Orientales. *Duo mala fecit populus meus, primum dereliquerunt me*, tum vero iniquissime, quum sub ipsorum in Chananitidem ingressum Simulacrum à Michæ fabricatum statuerunt in Silo, ubi tabernaculum meum locaveram. Rursus, quum sub exitum, & imminente jam captivitate, Manasses regnum inivit; non paulatim ut antea, sed torrentis modo præcipitati sunt hujus populi mores, quando præter omnem militiam Cæli, quam ubique colebant, quodlibet signum in meo templo erigere, & colere non dubitarunt

A
B
C
D
E
F

runt. *Et fecerunt sibi cisternas contritas, quæ non possunt continere aquas.* Fictos & inanes Deos coluerunt, quos cisternas contritas ideo appellat, quod vana & futili spe cultores suos fallerent, vel ipsis immolatas hostias eodem Symbolo designat, quod voventibus, & offerentibus nihil prodessent. Ergo inquit, *dereliquerunt me*; qui sum vitæ fons, & abjerunt, sibique foderunt puteos rimis fatiscentes, Deos, qui suis cultoribus vitam impertiri aut conservare nequeunt: nec enim habent. *Super eum rugient Leones*: Reges, & Regna leonum rugientium adinstar fremuerunt, & adhuc frement. *Filii quoque Mempheos & Taphnis concutient te caput caput*. Idest etiam Ægyptii aliquas de populo tuo turmas suis avulsas Sedibus in servitutem abducent Memphin, & Taphnin Ægypti urbes. *Quid tibi est in via Ægypti, ut bibas aquas nigredinis ejus?* Geon, seu Nilum significat, quod lutosus, & turbidus fluat. *Arguet te malitia tua*. Argueris, inquit, supplicio, quod tibi tua improbitas & protervia accersent. *Et pœnitentia tua corripiet te*, dolor, & luctus ex animadversione sequuturus. *Quia à sæculo confregi jugum tuum, & rupi vincula colli tui*: ex quo impositum cervicibus tuis Ægyptiorum jugum contrivi. *Ego plantavi te surculum ex toto semen verum, quomodo igitur conversa es contra me & rebellasti*, quasi *vitis aliena*, non mea sata manu, nec mihi? *Si te dealbaveris nitro, & multiplicaveris tibi sulphur, manebit adhuc macula iniquitatis tuæ coram me*: non enim sanctificare te poterunt victimæ, quas peccata tua commaculant. Vanam Judæorum religionem hic & alibi frequenter taxat, & futilem spem: quod legem minime observarent, nec tamen pœnam metuerent; Sacrificiis Deum placare se posse arbitrati: *Et quommodo dicis? Non sum polluta*: quoniam quæ tibi finxisti simulacra, & quæ perpetrasti scelera, ipsa te polluerunt. Ægyptiorum Deos innuit, quorum Simulacra erexerat in Bethel Jeroboamus, & Sidoniorum numina, quorum cultum Achabus ex suggestione Jezabelis invexerat, & corruptos ex ea causa Judæorum mores. *Comparata es Bestiæ agresti, quæ mutatur in appetitionibus animæ suæ*; postquam Achabus & reliqui Reges tui idololatræ jugum divinæ legis à tua cervice depulere. *Hausisti spiritum quasi Jorura, quis reducet eam*; Joruræ, inquit, similis facta es, quum hausto spiritu incitata vagatur, & quis valeat à semitis erroris sui revocare? Utroque symbolo miram Judæorum

v. 15.
v. 16.
v. 18.
v. 19.
v. 20.
v. 21.
v. 22.
v. 23.
v. 24.

dæorum depravationem Propheta declarat, & altero quidem illorum circa peregrinas religiones inconſtantiam accuſat, quum modo unam, modo alteram arriperent, & altero eorundem in idololatria pertinaciam, adeo ut belluis ratione carentibus ſimiles effecti, veræ Religionis dignitatem nec capere poſſent, nec æſtimare.

v. 25. *Prohibe pedes tuos à nuditate & guttur tuum à ſiti*. Quæ quidem mala prophetarum olim cura depuliſti, & illi profecto pedes tuos à nuditate, & fauces à ſiti, & fame, aliiſque te ærumnis, quas ſervorum conditio ferre conſuevit, vindicarunt. Tu vero cave, ne in eaſdem anguſtias iterum recidas, idola colendo. Simili tropo utitur Deus apud Eſaiam, dum Ægyptiis atque Æthiopis captivitatem minitatur, *Sicut*, inquit, *ambulavit ſervus meus Eſaias nudus, ſic minabit Rex Aſſyriorum captivitatem*

v. 26. *Ægypti, & tranſmigrationem Æthiopiæ. Quaſi confuſio furis quum deprehenditur, ſic confundetur Domus Iſrael*. Quemadmodum latro in ipſo furto interpellatus timore, & pudore ſuffunditur, ita filii Iſrael pavebunt, & pudefient, quum Deorum ſuorum cultu occupatos inexpectata opprimet captivitas, illos quippe ſuæ libertatis aſſertores,

v. 28. & vindices fore confidebant. *Secundum numerum civitatum tuarum erant Dii tui Juda*. Judæorum Synagogam objurgat, ob auctum ſine fine Deorum numerum, in cunctis quippe civitatibus conſtruxerant delubra, & ubique ſtatuas impuris numi-

v. 31. nibus erexerant. *Numquid ſolitudo factus ſum Iſraeli*, nec miraculis, nec ſignis verendus, *aut terra deſerta*, ſterilis, & infœcunda, inutilis & inanis Deus, q. d. Hanc tu de me opinionem cœpiſti, quaſi nihil admirandum, nihil magnum, ut alias ſolebam, jam agere valeam, quo potentiæ meæ confidere debeas, & opem ac ſalutem à mea beneficentia ſperare? *Numquid*

v. 32. *obliviſcetur virgo inſtrumenti deliciarum ſuarum, aut ſponſa ornatus ſui*: q. d. Sin autem iſtæ illa ſollicite meditantur, & expectant; quare populus meus oblitus eſt mei, quaſi vero operoſum mihi, & difficile ſit, quæ pollicitus ſum ipſis poſt reditum exhibere? Propheta certus decretam Judæis irrevocabili ſententia captivitatem, & tranſmigrationem, illos ad ſpem futuræ

v. 34. poſt reditum felicitatis, erigit. *Non in foſſa inveni eos, ſed ſub omni arbore*; q. d. Non in Cryptis elam Diis ſuis ſacrificantes reperi, imo palam in locis conſpicuis, &

v. 35. patentibus. *Ecce ego judicio condemnabo te*, exilio, & ſervitute, nec propter præterita dumtaxat ſcelera, verum etiam quia dixiſti:

A dixisti : *Non peccavi . Quare te dedecoras cogitans iterare vias tuas?* q. d. Quorsum peccata tua exaggeras , atque aliud apud Ægyptios perfugium quæris , nam in diebus Achaz Assyriorum auxilia petebas . *Et ab Ægypto confunderis* , quum isti terras tuas invadent , & subjugabunt , atque incolas secum captivos abducent . Sicut confusa es ab Assyriis sub Manasse , quem Assyrii prin- 2. Paralip. 33. 11.
B cipes vinctum duxerunt Babylonem . v. 36.

C *TU autem fornicata es cum pastoribus multis* . Deos , inquit , coluisti Gentium plurimarum . Attamen etsi uxor recedens à viro suo , aliumque accipiens conjugem , si ad priorem , quem dimisit, redire voluerit , merito repellitur , tu haudquaquam talem patieris à me repulsam , sed in pristinum restitueris gradum . Quod Deus hic animæ resipiscenti pollicetur dicto , declaraverat facto , Hoseæ Prophetæ
D præcipiens , ut diligeret mulierem adulteram , eamque duceret . Utrobique peccatores ad spem veniæ excitat , & ad pœnitentiam provocat . *In viis sedebas expectans eos , quasi cornix in solitudine* . Designat , vel impudicas mulieres viam insidentes , & palam cum transeuntibus meretricantes , seu potius universam arguit Judæorum Synagogam , quod in solitudine
E suum quisque Deum adoraret . q. d. Scilicet non magni esse tibi videbatur , si idolis sacrificares in oppidis , & locis frequentibus , nisi deserta obscœnarum avium , & ferarum stabula peteres , & excitatis secus vias delubris viatores quosque ad profanam Religionem induceres . Ipsum hoc Hoseas Israelitis exprobraverat illis verbis : *Laquei facti estis speculatoribus ; & quasi rete expansum super Tabor , venatores venantes laqueos absconderunt . Laqueos* , inquit , &
F retia abscondistis viatoribus Jerosolymam pergentibus ad Sacrificia mihi in meo templo offerenda , ut ad fanum Bethel ad vitulorum cultum retraheretis . *Et fecisti tibi frontem meretricis* . *Meretricis* , ait , non adulteræ , cui antè comparata fuisti , omnem nimirùm exuisti pudorem , & sorori tuæ Samariæ usquequaque similis facta es . *Numquid custodietur in sæculum , & custodietur in sæcula?* Idest : Numpuid Deus in perpe-

CAP. III. v. 1.

v. 2.

v. 3.

v. 5.

perpetuum iraſcetur? q. d. id minime fiet, ſed ſicut alias peccantibus pepercit; & captivos redemit; ita nunc quoque remittet iram, & reſipiſcentibus ignoſcet. *Ecce loquuta es, & feciſti malum, & prævaluiſti.* Nunc jam quæcumque deſignabas ſcelera, ad effectum perduxiſti nullo morante metu vel pudore. *Dixitque Dominus ad me: Numquid vidiſti, quæ fecit habitatrix Iſrael? Abiit enim, & in omnem montem excelſum, & ſubter omnem arborem frondoſam, & fornicata eſt ibi.* Hujuſmodi morem Iſraelitæ à Chananæis hauſerant, quod præcavens Deus illis expreſſe interdixerat. ne extra locum conſtitutum procul à Tabernaculo ſua ſacra facerent, quo longius eos à ritibus Gentium abſtraheret, quibus ſolenne eſſe ſciebat Diis ſuis ſumma montium, & lucos ad hunc finem arboribus amænis, & umbroſis conſitos, dedicare, & ibidem ſua ſacrificia peragere. *Et ait Dominus ad me: Juſtificavit animam ſuam habitatrix Iſrael à doloſa Judæ.* Eadem fere habet Ezechiel, ubi civitatem Jeruſalem comparat Gomorræ, & Samariæ, & ſubdit: *Viciſti eas ſceleribus tuis, & juſtificaſti ſorores tuas in omnibus abominationibus tuis, quas operata es.* Gravius porro deliquiſſe tribus Juda dicitur: Tum quia Judæi viderant fratres ſuos Samariæ habitatores ſeveriſſime à Deo punitos, unde intelligebant, idololatriam illi maxime exoſam eſſe, nec tamen aut Dei ejuſmodi crimen prohibentis majeſtatem reveriti ſunt, nec vindicantis ſeveritatem timuerunt. Tum quia neque Dei ſingularem erga ipſos benignitatem, & clementiam agnoverunt, imo pro gratia injuriam reddiderunt, nec enim aliis tribubus tanta contulit beneficia, quanta ſub piis præſertim regibus tribui Juda; nec ipſi Judæi Deum, ejuſque in ipſos beneficentiam ignorare potuerunt, quandoquidem à Levitis, qui poſt diviſionem duorum Regnorum in Judæam migraverant, ibique domicilia fixerant, docebantur, & inſuper perpetuo aderant illis Prophetæ divinæ legis præcones. *Prædica ſermones iſtos in Aquilone.* Hanc ſcribito Epiſtolam ad filios Iſrael exules, & per ſubjectas Aſſyriis in Aquilone provincias diſperſos, atque adhortare ad pœnitentiam, rerumque in melius converſionem jubeto ſperare. *Bonus ego ſum, & non iraſcar in ſæculum,* neque averſantes me impacabili odio perſequor: ſum enim bonus, & beneficus, paratus afflictos relevare, & ſubvenire miſeris, quare aliquando tandem iram ponam, atque pacem, & veniam poſcentibus dabo. *Pœnitentiam agite filii reſipiſcentes,*

Deut. 12.

v. 11.

Ezc. 16. 28.

v. 12.

v. 14.

tes, quoniam in potestate vestra est malefactum corrigere, & mutare mores. *Et complacui in vobis; & assumam vos unum de civitate, & duos de cognatione, & introducam vos in Sion.* Israelitas alloquitur, non tamen omnes: nam etsi ex Cyri decreto omnibus Tribubus Persarum imperio subjectis in terram suam redire licuit, plurimi tamen Regis indulgentia usi non sunt, qui ergò redire voluerunt, ad illos pertinent, quæ sequuntur: *Et introducam vos in* v. 15.
Sion.. Et dabo vobis pastores secundum cor meum. Juxta ecclesiasticum seu historicum sensum Zorobabelem Propheta designat, & Jesum filium Josedech, atque Nehemiam: nam allegoricus venturum Messiam perspicuè prænunciat in Zorobabele præfiguratum. Christi quippe adventu perfecta, & consummata sunt omnia, quæ hoc loco subtexit Jeremias de Gentium conversione, & abrogatione Mosaicæ legis. *In* v. 16.
diebus illis dicit Dominus: non dicent ultra: Arca Testamenti Domini; neque recordabuntur illius, neque visitabunt eam: nec fiet ultra. Post Christi adventum, & Evangelii promulgationem istud completum est, & Arca Testamenti interiit, quatenus Judæi Christi legem professi, Mosis præcepta in codice scripta, & in latere Arcæ reposita impunè non observabant, *neque Arcæ recordatio ascendebat super cor*, quoniam desierat observantia Ceremoniarum, nec tenebantur deinceps Judæi statos per Moysem ritus in suis sacris adhibere. *Nec fiet ultra.* i. e. ut populi Sacerdotes suis humeris circumferant Arcam, sive *nec ultra fiet* quidquam eorum, quæ Judæi Mosis lege facere & observare tenebantur, nec ultra fiet quicquam ejusmodi. *Ego autem dixi, quod reputabo te in filios, & tribuam tibi terram electam, hæreditatem fortitudinis Gentium.* Terram triginta Regum Chananæorum. Mystice ad Christum ista referuntur. *Ipse enim est expectatio gentium*, & idem dicit in Psalmo: *Funes ceci-* v. 19. *Psal.* 15.
derunt mihi in directis, & hæreditas mea pulchra visa est mibi. Hæc porrò hæreditas ex Gentibus conflata est, quam Judæi in Christum credentes, & Evangelium per totum Orbem circumferentes populo suo adjunxerunt, & quasi suam per Christum hæreditatem acceperunt. Christo enim dicuntur illa: *Dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessiones tuas terminos terræ ... Verè sicut mentitur mulier amatori suo, sic* v. 20.
mentiti sunt mihi filii Israel. Amatori suo, inquit, non viro, *sic mentiti sunt mihi*, q. d. Judæorum Synagoga quasi non essem ejus vir & Deus, putavit sibi fas

esse à me discedere. Exprobrat iterùm Synagogæ in idololatria pertinaciam, quandoquidem ad reditum magnis promissis provocata, & viam insuper edocta, in suo nihilominùs errore persisteret: quasi verò Deus nihil ad istam attineret, quum tamen Deus illius esset,
v. 21. & sponsus adolescentiæ ipsius. *Vox super semitas ploratus & deprecationis domus Israel*, quia captivitatem subire, & in alienas terras coacti sunt transmigrare. *Et dixerunt illi: Ecce nos tui sumus, quia tu es Dominus Deus noster. Vere ad mendacium fuerunt nobis colles & altitudo montium.* Idest. fefellit nos vana & futilis spes posita in simulacris, quæ in collibus, & altissimis montibus
v. 24. locaveramus. *Et Confusio comedit laborem patrum nostrorum*, illorum scilicet, qui ab exitu de Egypto idola colere cœperunt, & pecora magno labore quæsita, ipsis mactarunt, quin & filios, &
v. 25. filias cremarunt. *Dormiemus in confusione nostra, & operiet nos confusio nostra*, q. d. Quandoquidem Domino peccavimus, pœnam æquanimiter feremus, & Babylone despecti, & pudore suffusi, veluti confusione operti jacebimus ad annum hujus servitutis septuagesimum.

CAP. IV. *SI pœnitentiam egeris, Israel, ad me reverteris.* Iterùm Deus populum ad pœnitentiam invitat, & terret; refractariis denuncians ingentes calamitates ex subita invasione potentissimorum hostium sequuturas. *Et si absturleris à facie mea immunditiam tuam.* Idololatriam & impura numina, quæ tibi fecisti, vel peccata, quæ te immundam oculis meis faciunt. *Non commoveberis*, non mutabis sedem, sed in patrio solo manebis &
v. 2. requiesces. *Et benedicentur in eo omnes gentes.* In semine Abrahæ, in Christo, & in eodem glorificabuntur, & justificabuntur, gloriam & justitiam consequentur, sicut Abrahamo olim prædictum fuit: idque fiet, quum gentes exemplo & opera tua ejurabunt idololatriam, &
v. 3. Christi fidem amplectentur. *Hæc dicit Dominus viris Juda & habitatoribus Jerusalem: accendite vobis lucernam*, i. e. legem Dei vestri habete præ oculis, & ejus ductum sequimini juxta illud in Psalmo: *Lucerna est verbum tuum pedibus meis. Et nolite serere super spinas.* Nolite fœnerari Diis, quos ipsi fecistis, à quibus ostensa spe copiæ, ino-

Psal. 15.

pes

pes facti estis. *Circumcidimini Domino*, non carnis, sed cordis vestri, præputium auferentes. *Ne fortè egrediatur sicut ignis indignatio mea*, & vestras incendat terras, Chaldæis agros & oppida devastantibus, & incolas Babylonem abducentibus. *Canite tuba in terra*, ut dato signo congregati incolæ intra munitarum urbium mœnia se recipiant ... *Levate signum Sion*, Solymitarum præcipuè ante oculos explicate vexillum, quo magis instat tempus, quo ad arma concurri oportet, ut bellum instruant, & sustineant, vel antevertant & fugiant. *Accingite vos ciliciis*, si fortè detur, malefacta dolentibus imminentem perniciem avertere. *Verene Domine decipiens decepisti populum istum dicens; pax erit vobis? Et gladius pervenit ad animam*, i. e. ad interfectionem & interitum. Hoc Propheta dicit, quasi vero cogitaret, eam, quam paulò superius promisit pacem & felicitatem, vel absolutè exhibendam, etiamsi populus appositam conditionem neglexisset, nec abstulisset immunditiam suam à facie Domini, vel quasi ignoraret hanc ipsam felicitatem venturi Messiæ temporibus esse reservatam, quare nec ante ejusdem adventum Judæis reddendam. *In tempore illo dicetur populo huic & Jerusalem: ventus errans in viis, quæ sunt in deserto, viæ filiæ populi mei non ad purgandum, & congregandum ... Ventus plenior his veniet mihi*. i. e. Quemadmodum agricola ex omnibus ventis utilem sibi optat, & operi suo apprimè commodum, ita populo meo unus fuit expetendus ventus in via veritatis: at ille factus est quasi ventus errans in viis, quæ sunt in deserto, ubi patentibus campis venti vagantur, & locum ex loco mutantes perpetua vertigine rotantur. Idcircò nec suam conscientiam purgavit, nec res suas citò dispergendas congregavit. *Ego autem loquar judicia mea cum eis*. Nihilominùs, inquit, Deus proponam eis judicia mea, i. e. calamitates justo judicio meo ipsorum obstinationem & proterviam consequuturas. *Ecce quasi nubes veloces ascendet*; i. e. Involabit hùc Babylonius, & Judæam invadet, & impetu atque celeritate incredibili, ut videantur quadrigæ ejus turbinis adinstar ruere, & equi Aquilarum pernicitatem cursu superare. *Vox enim annunciantis à Dan adventare Babylonium* Urbs posita erat in confinio Aquilonari Judææ, qua Babylonius ab Aquilone venturus transire debebat, & *notum facientis dolorem de monte Ephraim*, interiores terræ Sanctæ regiones, quas

Ephraimitæ incolebant, designat, dumque Babylonios eo pervenisse dicit, ostendit eorumdem, post primam per Danitarum loca irruptionem, ulteriorem progressum, quo nunciato, Judæis dolor, & trepidatio ingens futura esset. *Memorate gentibus, & auditum facite Jerusalem: ecce multitudines congregatæ veniunt de terra longinqua, & dabunt vocem super civitates Juda.* Nunciate, dicent, urbi Jerusalem & nationibus ipsis finitimis Chaldæorum adventum & consilium. *Viscera mea, Viscera mea doleo, præcordia mea affligunt me,* quoniam video Chaldæos Judæorum terras invasisse. Hoc Propheta dicit, vel quod ex intimo cordis affectu popularium suorum perniciem commiseraretur, vel viscerum symbolo urbes munitas infra Solymitarum tractum positas designat; seu verius principes viros in ipsa civitate habitantes, à quorum salute ejus securitas pendebat, perindè atque corporis valetudo constat ex commoda viscerum habitudine. *Salit mihi cor meum, & non tacet, quia vocem buccinæ audivit anima mea, & clamorem prælii.* Cor meum præ sollicitudine, & tristitia conturbatur, & palpitat; quoniam audire me videor tubarum clangorem & fremitum militum concurrentium ad pugnam. Propheta mœrorem suum exponit, populique præsens periculum, quo malis suis indormientem excitet, & provocet ad Dei metum, suorumque scelerum detestationem. *Contritio super contritionem veniet.* i. e. Malum nuncium alter sequetur similis, respicit ad dicta superius de nunciis aliis ex aliis Chaldæorum adventum renunciantibus, atque eorundem ingressum & invasionem, unde nova dabatur causa Judæis perturbationis & formidinis. Hoc idem nec aliis verbis Ezechiel ipsis denunciavit. *Conturbatio super conturbationem veniet, & auditus super auditum. Et vastata sunt Tabernacula mea, cecíderunt pelles meæ.* Oppida munitissima, & opulentæ urbes. *Aspexi terram, & ecce erat tâh buh.* i. e. *vacua & inanis.* Ostendit spiritus Jeremiæ Judææ devastationem eo tempore, quo pacatissimus erat rerum ejus status, sicut Ezechieli præmonstravit, quasi præsentem futuram incolarum in Chananitide frequentiam, quando abductis inde Judæis, eadem inculta & deserta squalebat. *Et ad Cœlos & non erat in eis lux.* adeo, ut quemadmodum in die salutis Sol eis luxerat septuplo, quam solet, splendidior, ita tempore captivitatis omnia astra defeciisse viderentur. *Aspexi, & ecce Carmelus desertus,* Jerosolymam intelligit ob civium frequentiam, & loci, in quo posita erat, eminen-

v. 16.

v. 19.

v. 20.

Ezec. 7. 26.

v. 23.

v. 26.

A eminentiam; vel Judæam ob amœnitatem & fertilitatem Carmeli jugis & campis eidem ſubjectis perſimilem. *Et omnes urbes ejus deſtructæ ſunt*, ſeu quæ circa Jeroſolymam extabant, ſeu verius, ut infra ipſe Jeremias declarat, quas univerſa ubique Judæa habebat frequentiſſimas. *Tu autem vaſtata quid facies? quum veſtieris te coccino, quum ornata fueris ornamento aureo, & pinxeris ſtibio oculos tuos.* Scilicet propoſ. 30. ſita impendentis ſervitutis inevitabili calamitate oſtendit nihil Judæis profuturum, quod in præſenti Deos ſuos vario, & multiplici cultu ſibi demereri, & propitios facere ſtuderent. Quàm porrò futile & vanum ſtudium iſtud fuerit, ipſoſmet tandem animadverſuros eo tempore, quo à Chaldæis victi, etiàm in ſervitutem fuerint redacti. *Vocem enim quaſi ægrotantis audivi, & anguſtias parturientis.* Dolores in- v. 31.
C dicat paſſuram Judæam in exitu ſuorum incolarum, quales puerperæ accidunt acerbiſſimi in emiſſione fætus ſui. *Vox filiæ Sion complodentis expandentiſque manus ſuas, & dicentis: væ mihi propter interfectos meos.* Significat Judæorum exitum, magnam eorundem ſtragem præceſſuram, & conſequuturam, quam idem Jeremias in fine deſcribit.

CAP. V.

Circuite per vicos Jeruſalem, in quibus tenuiores & pauperes morari ſolent, & quærite in plateis, quas divites frequentant. *An inveniatis virum* nobilem quempiam *facientem judicium*, aut plebeium *quærentem fidem*, i. e. *in via juſtitiæ & veritatis ambulantes*. i. e. Talem nullum reperietis. Undè arguitur depravatiſſimos per id tempus Judæorum fuiſſe mores, quod Dominus, qui in Sodomis urbe corruptiſſima decem juſtos quæſierat, in civitate Jeruſalem, quæ juſtorum ſe eſſe domicilium gloriabatur, nec unum talem invenerit virum uſquequaque probum. *Ecce omnes pariter confregerunt* v. 5.
E *jugum, & ruperunt vincula*, Judæi cujusvis conditionis & loci. *Idcircò confrin-* v. 6.
F *get eos Leo*, i. e. Nabuchodonoſor Babylonius. *Et lupi veſpertini diripient eos* ejus Duces & milites. *Pardus inſidiabitur opdis ejus*, ut quemcumque egredientem capiat & diſcerpat. Significat Judæos quà vi aperta, quà dolo à ſuis hoſtibus fore opprimendos. *Saturavi eos, & mœchati ſunt.* Suppeditavi eis omnium rerum, quas deſiderabant, copiam & abundantiam, at ipſi nihilominùs ficta ſibi numina mihi prætulerunt. *In domo meretricum contenderunt.* v. 7.

v. 8. *Equi amatores & emissarii, unusquisque ad uxorem proximi sui hinniebat*. Quare dupliciter mœchabantur & quo impura nomina colerent, & quo feminarum amoribus impliciti, voluptatibus & libidinibus se totos dederent. v. 15. *Ecce ego adducam super vos gentem*. Quandoquidem nec Prophetas attenditis, nec beneficia sentitis, & illos ridetis, & pro istis injurias reponitis, jam non ut aliàs a locis Judææ confinibus, è Syria aut Ægypto, sed à remotissimi Aquilonis regionibus *adducam populum robustum à sæculo*, Chaldæorum gentes à diebus Nemrod fortissimi bellatoris, bello & armis assuetas. v. 26. *Inventi sunt in populo meo impii insidiantes quasi aucupes* ... v. 27. *Sicut cavea plena avibus, domus eorum plenæ dolo*. Solent alites rapaces Accipiter, & Milvus, aviculis insidiari, & captâ prædâ sua cubilia implere. Hisce Propheta potentiores quosdam Judæos comparat, qui tenujorum bonis passim insidias tendebant, hisque porrò adjungit alios, qui non in silvis aucupum more venationem ejusmodi exercebant, sed in propria domo, & ut dicitur in psalmo: Psal. 35. 5. *Iniquitatem meditabantur in cubili suo*. Sociis proindè suisque popularibus domum accitis, aut suâ sponte venientibus insidiosâ simulatione nectebant dolos, & hac ratione conditionem & rem suam augere volebant. Nec tamen ditiores facti fiebant meliores, imò contrà ad prosequenda malè cœpta audaciores, seu quod indè sibi majorem ad delinquendum licentiam, seu quod delictorum sperarent impunitatem.

CAP. VI. v. 1. *Erumpite filii Benjamin de medio Jerusalem, & cum contentione vocis clangite buccina, & super Bethcarem levate signum*. Benjamitas alloquitur, esto Jerusalem etiam à filiis Juda habitaretur, quia Benjamitæ regionem urbis Borealem obtinebant, ac proindè Chaldæis, de quibus hîc sermo est, ab Aquilone venturis occurrebant primi: hos ergo, & eorum vicinos Bethcaremii tractus incolas Propheta sollicitat, ut collectis copiis, & instructa acie ad prælium se comparent, cum Chaldæis propèdiem irruptu-
v. 2. ris conflicturi. *Delicatæ, & in deliciis vivere assuetæ similis facta es filia Sion*. Jerosolymam appellat, summo otio, & rerum omnium copia tunc affluentem, prædicitque præsentis status in contrarium conversionem: pacem proindè, & opulentiam,

lentiam, egestatem, & bellum sequuturâ, quæ duo mala per se atrocissima, Solymitis ejusmodi incommodo insuetis acerbissima accidere oportebat. *Cædite lignum ejus & instruite insidias contra Jerusalem hæc est Civitas visitationis*. i. e. direptioni, & captivitati tradita. *Omnis accusatio ejus in medio ejus*. Hæc autem Jerusalem patietur non aliena culpa, sed sua, ipsa conscientia perversitatem & impudentiam peccantium accusante. Aliter & verius: direptionem porrò civitatis, & civium captivitatem peperere calumniæ, i. e. pauperum oppressiones, quæ passim & impunè exercentur à potentioribus. Subdit itaque: *Sicut congregat cisterna aquas suas, sic congregavit malitias suas in sinu suo*: spectant ista Salomonis postremos annos, & sequentium regum, Manassis præcipuè, tempora, quibus Judæi, tum maximè Solymitæ, vicinarum gentium varias & multiplices religiones in una urbe Jerusalem collegerunt, sibique proprias fecerunt. *In dolore & verbere erudire Jerusalem*. Apprehende, inquit, disciplinam miti flagello & levibus castigata plagis, *ne forte recedat à te anima mea, & faciam te quasi terram inhabitabilem*: Hortatur Judæos, ut Babylonica captivitate moniti discant aliquando, fugere idololatriam tantorum malorum causam, quo rerum suarum in pristinum restitutionem consequantur; alioquin nunquam Judæam ipsos esse revisuros denunciat, quæ proindè deserta & inculta mansura foret. *Cui loquar, & quem contestabor, ut audiat?* Generalem ostendit morum depravationem; eo quod universim Plebeji, & nobiles, prophetæ, & sacerdotes turpes quæstus, & malas artes passim consectarentur. *Et curabant contritionem filiorum populi mei cum illusione*. Prophetas mendaces & impios sacerdotes taxat, qui populum impendentium malorum denunciatione consternatum vana securitatis & pacis spe relevare conabantur, fictis divinationibus simplex vulgus ludificantes. *Quamobrem ruent cum ruentibus*, tales scilicet prophetæ, qui populi mei malis mederi se posse confidunt, & imminentem perniciem avertere. *Et in tempore visitationis suæ dejicientur*. i. e. Quum venerit definitum exequendæ sententiæ tempus, populus deceptus, ejusque deceptores Pseudoprophetæ eodem captivitatis supplicio punientur. *Hæc dicit Dominus: state super vias, videte, & interrogate de semitis sæculi*. Repetit Jeremias

v. 6. v. 7. v. 8. v. 10. v. 14. v. 15. v. 16.

illa

illa Moſis ad eundem populum monita :
Deut. 32. 7. *Memento dierum antiquorum , cogita generationes ſingulas , interroga patrem tuum , & annunciabit tibi , Majores tuos , & dicent tibi* . q . d . Meditamini collata per omnes Mundi ætates Juſtis à Deo beneficia , & fœlicem illorum exitum : econtrà inflictas Impiis pœnas , & eorumdem triſtem finem . Monet itaque ut piorum patrum veſtigiis inſiſtant , caveant contra nepotum impiorum imitationem .
v. 16. *Videte* , inquit , *quæ ſit via bona , & ambulate in ea , & invenite requiem animabus veſtris* . . *Audite vocem tubæ , & dixerunt , non audiemus* . Tubarum vocem prædicationem Prophetarum dicit , quam Judæi repulerant .
v. 17.
v. 18. *Audite populi , & cognoſce congregatio , quæ in ipſis es* . Jam non ad Judæos , nec ad Tribus , quæ inter gentes captivæ errabant , ſermo eſt , ſed ad Eccleſiam in ipſis latentem , & ex ipſis prodituram , quam Propheta jubet attendere & conſiderare præſens judicium , & olim poſt Chriſti necem futurum . Hoc ipſum , ut præ oculis haberent , Corinthios etiàm monebat Paulus ſcribens :
1. Cor. 10. 6. *Hæc autem in figura facta ſunt noſtri , ut non ſimus concupiſcentes malorum , ſicut illi concupierunt* . . *Victimæ veſtræ non placuerunt mihi* . Externus iſte cultus mihi à vobis , Judæi , exhibitus , mihi nullatenus acceptus eſt , cui proindè niſi internus acceſſerit , fruſtrà confiditis . Eadem infrà Jeremias regerit illis verbis :
Inf. 14. 12. *Quum jejunaverint non exaudiam deprecationem eorum , ſi obtulerint victimas , non approbabo eas* . . *Hæc dicit Dominus : ecce populus veniet de terra Aquilonis , & gens magna conſurget* . Iterùm Judæos Chaldæorum terret adventu & invaſione . . *Vox eorum quaſi maris luctantis* ; quum ſcilicet luctantibus ventis exciti fluctus , mutuoque alliſi verbere horrendum dant fragorem . *Probatorem dedi te in populo meo robuſtum* , ut mores eorum explores & animum , palamque facias eorum perverſitatem & perfidiam , quod etiam Deus ſuprà teſtatur ; ubi dicit Jeremiam à ſe mitti , ut evellat & plantet . .
v. 29. *Defecit ſufflatorium , & conſumtum eſt ab igne eorum plumbum* . Perſiſtit in comparatione : *probatorem* ſiquidem dixerat datum fuiſſe Judæis Jeremiam ; hìc factæ probationis exitum declarat . Solent autem fabri argentarii , quando argentum purgare volunt , plumbum in conflatorium argento committere , ut plumbi reſiſtentia ignis retuſa acrimonia , argento

minus

A minus officiat, & plumbi fluiditas argenti fluxum faciat faciliorem. Consumto autem plumbo, argenti purgatio perfecta intelligitur. At contra, Deo Judæorum corda repurgare conanti, exitus minime respondit, id verò accidit *ab igne eorum*. i. e. Non ab illo igne, quem ex arte faber adhibebat, sed *ab igne eorum*, hoc est à nequitiâ Judæorum, qua factum fuerat, ut nihil argenti in eis supereſſet, quod à scoria
B separararetur, vel hæc ita argentum induerat, ut nulla arte ab eo excerni possit. *Sed non est impossibile apud Deum omne verbum*. Quare apud Esaiam eadem usus comparatione sic loquitur. *Con-* Esa. 1. 25.
vertam manum meam ad te; & excoquam ad purum rebelles tuos, & auferam omnes
C *iniquos tuos*.

CAP. VII. v. 4.

NOlite *confidere in verbis mendacii dicentium: templum Domini: templum Domini* estis vos, ut suadeant; vos à Deo nunquam deserendos, quo enim
D ille suum templum sibi carum conservare statuit, malos inquilinos, esto sibi exosos, conservabit. *Nolite*, inquam, *confidere* bonis verbis, si mala facta non corrigitis, quia nec vos templum Dei estis, nec Deus ob templi sui sanctitatem, quam violastis, neque ob sacrificiorum frequentiam, quam offerentium scelera execrabilem fecerunt, impunitos
E vos dimittet. *Fures estis, & homicidæ,* v. 9. 10.
& mœchi, & juratis in mendacio, & venitis, & statis coram me in domo ista, & dicitis salva nos, facientes omnia illa mala . . . Numquid spelunca latronum facta v. 11.
est domus ista? Ut latrones in ea perfugium & latibulum invenire se posse sperent, aut vos talium criminum conscii in illa orantes exaudiri debeatis, & periculum evadere, securitatem & pacem
F depostulantes? *Ite ad locum meum in Si-* v. 12.
lo, & videte quid fecerim ei propter malitiam populi mei? q. d. in urbe Silo tabernaculum meum olim fixeram; detinueramque per annos trecentos, inde ad templum, quod vos Judæi in præsenti habetis, transtuli propter Ephraimitarum, quibus illud dederam, perfidiam, postremum etiam iniquos possessores populi, & dissipavi: vos ergo hujus judicii testes, ex evidenti facto arguitote,

turum vobis quantumvis nequioribus parcere debeam, quod apud vos templum meum habeatis. Non ita fiet, sed nisi pœnitentiam egeritis; templum, & gentem simul Chaldæis tradam, qui templum incendant, & gentem exterminent. *Nonne vides quid isti faciunt in civitatibus Juda, & in plateis Jerusalem? Filii colligunt ligna, & patres succendunt ignem, & mulieres subigunt farinam, ut faciant placentas cultui Cœli.* Hæc Deus ad Prophetam, quo ostendat, suam in Judæos severitatem esse infrà meritum delinquentium. Proponit itaque generalem totius populi in idololatriam conspirationem, nullum proindè sexum, nullamque ætatem ab eo crimine immunem esse docet. Quod autem hìc occurrit de cultu Cœli exponitur in secundo Regnorum, ubi habes sub Manasse Judæos omnem militiam Cœli coluisse, i. e. ornatum Cœli, puta Lunam & stellas. Sanctus Stephanus etiam distinctè, sidus Dei sui *Rempha* Israelitas præ cæteris astris adorasse refert. *Hæc dicit Dominus fortis Deus Israel: Holocaustomata addiderunt victimis suis, & comederunt carnem, de quibus non sum locutus cum patribus eorum, & non præcepi eis in die, qua eduxi eos de terra Ægypti, de verbo holocaustomatum, & victimarum.* Quoniam ex duplici capite Judæi sibi impunitatem pollicebantur, & Jeremiam contraria ominantem, & ingentes minitantem calamitates, deridebant, primùm, quia existimabant Deum nunquam commissurum, ut templum sibi consecratum violaretur à gentibus, & Arca sui Testamenti proculcaretur. Secundùm quia sacrificiis & ceremoniis peccata sua expiari posse credebant, majorum exemplo persuasi, quos sciebant hoc pacto præsentia etiam pericula depulisse. Jeremias postquàm priorem illam spem abstulit, hanc secundam ex sacrificiorum efficacitate conceptam evertit, & docet fundamentum salutis esse Divinam Legem, quam in duabus tabulis digito Dei descriptam Judæi acceperant; cætera verò sacra, putà cæremonias & sacrificia, nec magni à Deo fieri, nec ab ipso præcepta fuisse, quin & ab ipsis Hebræis per annos quadraginta in deserto neglecta, sed à Moyse fuisse instituta, Deo eam dictante institutionem, ad illorum infirmitatem & duritiam cordis eorum accommodante, ne populus rudis

v. 17.
v. 18.
2. Re. 21. 5.
Act. 7. 43.
v. 21.
v. 22.

dis Religionem nudam, & ejusmodi ornatu destitutam aspernatus, ad Gentilium sacra talibus cum ceremoniis, & magnifico apparatu peragi solita, paulatim dilaberetur. Sed quoniam remedium ad curandam ægritudinem excogitatum inutile evaserat, ægrotis nihilo minùs quam antè idololatriam insanientibus, ostendit hìc Judæis illud etiam minùs utile futurum ad amoliendas calamitates, quas per legis divinæ contemtum ipsi sibi accersebant. Hoc idem argumentum versant Esaias, & Hoseas. *Carnem* porrò hoc loco Propheta intelligit, quam de sacrificiis pacificis secundùm legem participare debebant cum sacerdotibus etiam offerentes, quam verò idem infrà commemorat illis verbis. *Et auferent carnem sanctam à te, eo quod confirmata sit nequitia tua.* Designat etiam carnem Hostiarum, & quidem primariò, quæ pro peccato offerri dicebantur. *Tonde capillum, & projice.* Propheta civitatem Jerusalem alloquitur, ipsique gravissimas calamitates denunciaturus mandat comam deponere in signum mœstitiæ ex communi, & antiquissima consuetudine, nàm capillum etiàm Jobus in sua tentatione statìm attondisse dicitur. Causam luctus esse docet Domini indignationem, & ipsius civitatis repudium. *Tolle super semitas planctum*, quas nimirùm frequentare solebas, & circumspice sicundè tibi à Diis, quos colebas, succurrat auxilium, aut aliqua salutis spes affulgeat. *Et ædificaverunt excelsa in Topheth in valle filii Honnum, ut incenderent filios suos, & filias suas igni; quæ non præcepi, nec cogitavi in corde meo.* Horrendum istud sacrificiorum genus Deus hoc loco profert, ut inde ostendat, Judæos non deseruisse legem præceptorum difficultate victos, quum longè graviora præciperent idolorum leges, quas tamen ipsi passim observarent, nec proindè legis auctorem mandatorum severitate illis causam dedisse, ut ab illo ad Deos gentium deficerent, sed ipsos propriam malitiam ad eam dementiam præcipitasse: insanire quippè visi sunt Judæi, quando plenam amoris legem & dulciorem *super mel & favum* deserebant, & immanes idololatrarum ritus sequebantur. *Ideò ecce dies venient, dicit Dominus, & non dicetur amplius Topheth, & vallis filii Honnum, sed vallis interfectionis, & sepelient in Topheth, eo quod non sit locus.* Tempus indicat, quo Jerosolyma triennali obsidione premenda erat, tantaque futura cædes Judæorum,

Esa. 1. 11. *Hos.* 8. 13.

Inf. 11. 15.

v. 29.

v. 31.

v. 32.

rum, ut propter interfectorum numerum cadavera in subjectam urbi vallem projicere necesse foret, avibus & feris discerpenda. Idem vaticinatur Ezechiel, velut supplicium sceleribus Judæorum maximè conveniens. Justum quippè erat, ut in iis locis, in quibus deliquerant, plecterentur, & ubi filiorum innocentum corpora cremaverant, ipsorum cadavera bestiarum & volucrum præda fierent.

Ezech. 6. 4.

A

B

C

D

E

F

CAP. VIII. *IN illa die, ait Dominus, ejicient ossa regum Juda . . . . . Et expandent ea ad Solem, & Lunam, & omnes virtutes Cœli, quæ dilexerunt.* Tametsi Regum corpora in ipso funere plerumque comburerentur, cineres tamen, & ossa flammis intacta in sepulcra Majorum inferebantur; ista itaque significat Propheta à Chaldæis exhumanda, & aperto Cœlo exponenda pœna crimini consentanea, ut qui Solem, & Lunam, & Astra, quum viverent malè dilexerant, eadem post mortem ignominiosè respectarent. *Attendi & auscultavi, & non fuerunt qui justè loquerentur. Attendi*, inquit, ut audirem si fortè quispiam in hoc populo Deum quæreret, & anteactæ vitæ peccata doleret, & non inveni. *Omnes feruntur appetitu suo sicut æquus irruens in prælium.* Judæorum palàm insaniam redarguit, & cœcum impetum, idololatriam, & scelera eam comitantia persequentium. Idem porrò de universo hominum genere dictum in psalmo legimus, postquàm omnis caro corruperat viam suam super terram ... *Dominus*, inquit, *de Cœlo prospexit super filios hominum, ut videat si est intelligens, aut requirens Deum.* Hìc perpendito Dei longanimitatem & divitias bonitatis ejus, nec enim statim irrogat pœnam, sed per longas quæstiones

v. 1.
v. 2.
v. 6.
Psal. 13. 2.

A

B

C

D

E

F

stiones protrahit judicium, donec peccator de suo periculo monitus, resipiscat, & à cœpto cursu retrahatur. *Milvus in Cœlo cognovit tempus suum, & Turtur, & Herodius, & Hirundo tempus adventus sui, populus autem meus non cognovit judicium Domini.* Hanc mentis obcœcationem Hebræis, si legem deseruissent, comminatus fuerat Moses. Ostendit itaque Jeremias ejus præsagitionis exitum, & Judæorum sapientes avibus rationis expertibus, multò esse stolidiores; quoniam illæ præsagientes tempestatum mutationes, mutant sedes, & commodas sibi regiones petunt, neque præstitutum tempus unquàm antevertunt: contrà sacerdotes, virique principes & sapientes Judæi, etsi videntes, & duces cœcorum haberi vellent, proprium tamen periculum nec advertebant, nec sibi, & populo consulebant, ut mutata velificatione ad pœnitentiam, & Dei cultum redirent. *Falsus est calamus mendax Scribæ.* Sive quod impii sapientes & legis periti detortis ad suum sensum Divinæ Scripturæ sententiis populum deciperent; sive quod inutilis evasisset calamus, & labor scribentium in eo sensu, quo Propheta dicit *esse mentitum opus olivæ*: i. e. nullum fructum protulisse, quia nimirùm perduellis populus idolorum cultu, suisque cupiditatibus alio distractus, Dei legem neglexit, aggravavit aures suas, & ejus minas non attendit; & incrassavit cor suum, & acerba ejus judicia transgressoribus decreta, non consideravit. Quamobrem subdit: *Disperdens disperdam eos*: *eos*, inquit, quibus peregrinum est benè agere, quapropter arboribus sterilibus mox comparat, *non sunt*, inquit, *uvæ in vite*, quia nimirùm à propriâ naturâ deflexit, & agrestes protulit labruscas, & folia ejus defluxerunt, quia populus doctus malè agere, benè loqui dedidicit. *A Dan auditus est hinnitus equorum ejus*, Regis Chaldæorum adventantis, & Judæam invadere cogitantis. Scilicet consentaneum erat, ut ab urbe Dan, quæ impios vitulis erectum fanum frequentantes, ad pestiferam lætitiam provocaverat, tristis ad eosdem fama manaret, quæ malè perceptam voluptatem, ingentium calamitatum nuncio castigaret. *Immittam in vos serpentes Regulos, qui incantationem non accipiunt, & mordebunt vos.* Chaldæos planè designat,

v. 7. Deut. 28.

v. 8.

Hab. 3. 17.

v. 13.

v. 16.

v. 17.

gnat, quos nec verbis nec characteribus excantandos esse prædicit, quia nec precibus nec muneribus averti potuerunt, quin Judæos pessimè tractarent, occiderent, & eorum reliquias in fœdam ac miseram servitutem abducerent ... *Attritus sum in dolore meo, & cor meum miserum factum est super me.* Sunt verba Jeremiæ, quæ etiam statim repetit ibi, *super contritione populi mei sum contristatus.* Causam sui doloris indicat esse populi sui captivitatem ..... *Ecce vox clamoris filiæ populi mei de terra longinqua. Numquid Dominus non est in Sion?* Has scilicet fundebat querelas populus cum rege Jechonia Babylonem dudùm traductus. Querebatur autem, quod relicti in Judæa populares sui eandem, quam ipsi patiebantur, servitutem subituri forent, perinde ac si Deus Jerosolymam, ac templum suum deseruisset, & sublatis cum Rege propugnatoribus devastandam Chaldæis reliquisset ..... *Propter quid non est resina in Galaad, aut non est medicus ibi? nec ascendit curatio filiæ populi mei?* Idcircò, quod prævideret Jeremias populum nulla ratione à suis flagitiis avocandum fore, interrogat: *propter quid non est resina in Galaad?* ubi aliàs hujus liquoris magna copia esse solebat? i. e. Cur defecerunt institutiones divinæ legis in urbe Jerusalem, quæ legis magistra habebatur? *Aut medicus non est ibi?* i. e. Desideratur ibi sacerdos, undè sacerdotibus abesse non licet? Vel *Medicum* legem dicit, ægros suis præceptis obtemperantes sanantem. Quo factum est, ut *vulnus populi mei curatum non sit.* Hæc porrò annectenda sunt ejusdem Prophetæ sensibus suprà expressis, & infrà passim recurrentibus, ubi idem Jeremias hujusmodi quæstionem resolvit, & ostendit defuisse *Medicum*, & *Resinam*, i. e. Prophetam, & legis doctrinam, & inde quidem ulcus factum fuisse insanabile præcipue vero ex Judæorum obstinatione divinæ legis præceptis minimè attendentium, & omnem respuentium medicinam. Quamquam non defuisse identidem Judæis ante ruinam, nec medicamenta, neque medentes, Scriptura pluribus declarat in fine secundi libri Annalium illis præcipuè verbis: *Mittebat Dominus Deus Patrum suorum ad illos per manum nunciorum suorum. De nocte consurgebant, & commonebant, at illi subsannabant nuncios Dei &* 2.Par.36.15.

parvi-

A *parvipendebant ſermones eorum, donec aſcenderet furor Domini in populum ejus, & eſſet nulla curatio.*

B *QUIS dabit mihi in ſolitudine diverſorium, & derelinquam populum meum, & recedam ab eis? Omnes adulteri ſunt, cœtus mentientium.* Myſticè optat Propheta in perſona omnium juſtorum Meſſiæ adventum, quo tempore Judæorum populus ſciſſus eſt in duas factiones, aliis in Chriſtum credentibus, aliis negantibus, & perſequentibus; porrò credentibus datum fuit diverſorium

C apud Eccleſiam gentium quæ anteà *ſterilis* & *deſerta* dicebatur. Adulterium autem, & mendacium vocat, vel in proprio ſenſu impudicitiam, & corruptos Judæorum mores, vel ſpiritualem fornicationem cum idolis gentium; profanas ſcilicet religiones & idololatriam. *Extenderunt linguam ſuam quaſi arcum ſuum in mendacio, & non in fide. Invaluerunt ſuper terram, quia de malo in*

D *malum egreſſi ſunt, & non cognoverunt me, dicit Dominus.* Redarguit Potentiorum ſuperbiam, indeque natam in ſuis moribus obſtinationem, quum ſcelera ſceleribus accumularent, & pauperes variis modis perpetuò opprimerent. Quapropter ipſos ſimiliter opprimendos prædicit, & Ægyptiaca defunctos calamitate, Babylonicam ſubituros captivitatem.

E *Et in omni fratre nolite confidere, quia omnis frater ſupplantans ſupplantabit.* Cavere jubet ejuſmodi veteratores, qui linguam ſuam quaſi arcum habent, & ſicut dicitur in Pſalmo; *Sermo eorum ſagitta, ut ſagittent in occulto ſimplicem.* Homines quippè fraudulenti, & impoſtores, tales videri nolunt, idcircò negocium ſuum tranſigere conantur captatis tenebris, & diſſimulata perſona, vel ſa-

F gittariorum more, i. e. à longè, per longas videlicet ambages, & circuitus animas fratrum negotiantur fictis ad fraudem verbis. *Non glorietur ſapiens in ſapientia ſua, & non glorietur fortis in fortitudine ſua, & non glorietur dives in divitiis ſuis; ſed in hoc glorietur, qui gloriatur, ſcire & noſſe me, quia ego ſum Dominus faciens miſericordiam, & judicium, & juſtitiam in terra.* Quia Judæi confidebant prudentiæ ſui Senatus, & ſuorum

CAP. IX. v. 2. v. 3. Eſa. 54. 1. v. 4. Pſal. 10. 3. v. 23.

Regum

Regum potentiæ, regnique opibus, præposteram illorum confidentiam Propheta retundit, ostendens, nihil ista omnia ipsis profutura Dei auxilio destitutis; quare Dei unius potentiæ esse confidendum, quum ab ejus voluntate omnia pendeant, ejusque consilio & providentiâ bona piis, impiis mala administrentur. Id enim negabant Judæi, quos Sophonias inducit ista effutientes. *Non faciet Dominus bonum, & non faciet malum*, & illi, in quos ipse Jeremias infrà invehitur, qui copiam & inopiam ad cultum Cœli referebant, dicentes: *Ex eo tempore, quo cessavimus thura incendere Cœlo, & libare ei libamina, indigemus omnibus .. Visitabo super omnem circumcisum in præputio, & super omnes attondentes barbam, habitantes in deserto*. Hìc alteram Judæorum in circumcisione spem Propheta revellit, docens, aliis gentibus suam circumcisionem inutilem fore, & Judæos cordis circumcisionem negligentes, eodem modo tractandos, quo populi per deserta vagantes, qui non carnem, sed pilos labris subnascentes resecabant, quum ipsi Judæi carnem circumciderent, & cordis præputium gestarent.

Soph. 1. 12.

Inf. 44. 18.

v. 25.

v. 26.

CAP. X. v. 1. *Audite verbum, quod loquutus est Dominus super vos domus Israel*. Sectio ista duas habet partes, quarum prima spectat universam domum Israel, etiam illam Hebræorum partem, quæ dispersa fuerat inter gentes, ad quos præcipuè dirigitur admonitio, ut caveant idolorum cultum, quem ab indigenis exerceri cernebant, eisdemque suggerit rationes a veri Dei Majestate, potentia & sapientia petitas, quibus debeant repellere idololatras ad profanum cultum invitantes. Altera pars pertinet ad populum Juda, qui remanserat, & posteà Babylonem cum Jojachin, & Sedecia abductus fuit. Hunc itaque Propheta inducit casus suos hunc in modum lamentantem: v. 19. *Væ mihi super contritione mea: acerba est plaga mea: hic est dolor meus, portabo eum*. Sunt verba Solymitarum, quæ Propheta prænunciat eos dicturos, quando omnibus circa urbem, à Nabuchodonosoris exercitu insessis, siti & fame sævissimâ pressi sunt,

A sunt, aliisque malis conflictati. *Tabernaculum meum direptum est, & funiculi ejus diruptι sunt*. i. e. Jerosolyma cum templo præda facta est Chaldæorum, & omnes circa urbes excisæ sunt; Hæ porrò quod Jerosolymam munirent, funiculi ejus dicuntur. *Non est qui extendat Tentorium meum, & erigat Tabernacula mea*, vel habitatoribus quà ferro, quà fame consumtis, vel Diis, quos populus ille coluerat, ad hostes repellendos, & illata ab illis damna reparanda impotentibus. v. 20.

B

C

D

E

F

QUARE dilecta mea in domo mea fecit abominationem multam, aras intelligit à Manasse in templo erectas; vel multiplices abominationes Ezechieli in spiritu ostensas. Nam etsi Propheta tempus præteritum designat, de re tamen futura ipsum loqui consequentia docent. *Et carnem sanctitatis auferent à te, quia malitia tua magna facta est*. Per carnem sanctitatis, seu sanctam, animalia significat, quorum carnes cremabantur, & sanguis fundebatur super altare. Significat autem propter continua Solymitarum scelera, re effecturum se quod comminatus fuerat illo præcipuè verbo: *Erudire Jerusalem, ne fortè recedat anima mea à te, ne fortè ponam te desertam*..... *Olivam frondosam, fructu & aspectu decoram vocavit Dominus nomen tuum*. Talis quippè eras foliorum amœnitate, & ubertate fructuum maximè spectabilis. Civitas nempè sancta, Deoque gratissima, super omnia tabernacula Jacob, atque omnibus circa gentibus celebris. *Ad vocem decisionis magnæ, immittite ignem, & corrumpat ramos ejus*... *Et Dominus exercituum, qui plantavit te, loquutus est supra te mala*. Hic divini decreti executionem explicat. Sensus ergò est. Numeravit Deus, appendit, divisit, i. e. Judæos perdere decrevit. Venite vos Chaldæi, & illorum terras vastate; *Cacumen* i. e. Jerosolymam Judaici regni caput incendite, & *ramos*, civitates & loca subjecta excindite. Idipsum infrà repetit illis verbis: *Ite congregate omnes bestias terræ, adducite ad devorandum*..... *Corrumpamus lignum in panem ejus, & perdamus eum de terra viventium*. Sunt verba Anathothitarum de nece Jeremiæ deliberantium. *Consumamus*, inquiunt, *lignum in panem ejus*. i. e. Cibemus eum ligno, nam panis pro cibo accipitur. Porrò cibare aliquem ligno est ligno torquere, fustigando, suspendendo, aut cremando. Quemadmodum pla- CAP. XI. v. 15. v. 16. v. 17. *Inf.* 12. 9. v. 19.

gas deglutire, seu devorare, est vapulare. Vel sicut consumuntur ligna à coquente panem, aut incendente domum; sic consumemus lignum ad cædendum, cremandum, aut suspendendum Jeremiam; hujus scilicet farinæ panem Jeremiæ coquebant Anathothitæ. Cæterùm hoc in Jeremia tantummodò adumbratum fuit, quanquam non ligno suspensus fuit, sed lapidibus obtritus, in Domino nostro perfectè completum est, quum illum Judæi ligno cibarunt, i. e. Crucis suspendio necarunt. *Tu autem Domine fortis, qui judicas justè, & probas renes*, & meam proindè nosti innocentiam, & multas pro illis preces meas, *videam ultionem tuam ex eis*. Non meam, inquit, sed tuam, qui justus es Judex. Ex eis, non ex omnibus, sed ex quibusdam seditiosis, boni communis & salutis publicæ adversariis, qui idcircò mihi mortem machinantur, quod molestè ferunt, consilia sua meis vaticiniis disturbari. Hujus ergo odii duplex causa fuit, alia communis, eo quod Jeremias commune crimen idololatriæ insectaretur, & Judæis indè sequutura mala perpetuò oggereret, regni excidium & gentis captivitatem: alia privata Anathothitarum; ægrè quippè ferebant eam Jeremiæ supra sacerdotes concives suos excellentiam, & summam apud omnes existimationem. Quæ duæ causæ Judæos permoverunt, *ut Barabbam peterent, Jesum verò perderent*.

v. 20.

Mat. 27. 20.

CAP. XII. v. 1. QUARE *via impiorum prosperatur abundantes sunt, qui iniquè agunt?* Hìc Jeremias, qui pro peccatoribus orare consuevit, incipit expostulare cum Deo de nimia erga eosdem indulgentia, quantumvis protervos, & contumaces. Non unius hæc Jeremiæ querela fuit, sed justorum benè multorum. Job namque & David, & Habacuc de hac ipsa Dei erga sceleroso benignitate simili cum admiratione disputant. Scopus omnium erat peccatores ad pœnitentiam provocare, proposito ad ejusmodi querelas Dei oraculo, veniam pollicentis resipiscentibus, quia bonus Pater illos hucùsque patienter toleravit, quin & beneficiis affecit, contra, denunciantis supplicium tandem aliquando inferendum; si in suis flagitiis obdurati cœptam pergant tenere viam. Quoniam judex est veritatis Dominus, nec vult iniquitatem, sed iniquis retribuit secundum opera eorum. Hæc porrò Jeremiæ hoc loco mens fuit, ubi Judæos minis & promissis ad Dei obsequium solli-

Job. 21. 4. Psal. 4. 1. Habac. 1.

A sollicitat. *Plantasti eos*, Hebræos, optimos utique surculos ex Abrahæ stirpe satos, qui tamen Abrahæ Domino amaros fructus de Cruce obtulerunt. *Præpara eos quasi gregem ad victimam, & voca eos ad diem occisionis*. Etsi hæc oratio videatur nocentes ad pœnam deposcentis, prædictio est denunciantis, re effectum iri, quod paulò supra comminatus fuerat illis verbis: *Adducam super eos malum in anno visitationis eorum*.. *Consumtum est animal & volucre, & ipsi dixerunt: non videbimus finem nostrum*. Tametsi cernerent intentatas dudum calamitates usquequaque ingruentes, nihilominus in præsumpta opinione persistebant, affirmantes se neutiquàm conterendos postremâ illâ clade, quam Prophetæ veritatis prænunciabant omninò futuram, & civitati regnoque excidium allaturam. *Ecce cum peditibus currens fatigatus es*. Ægyptios significat, aut confines Hebræis nationes, putà Philisthæos, Moabitas, & Ammonitas, à quibus sæpè victi subjugatique fuerant. Si, inquit, populo Juda, à parvis istis gentibus te defendere nequivisti, sed ab eisdem frequentèr cæsus, servitutis etiàm jugum portare coactus fuisti. *Quomodo contendere poteris cum Equis*, cum Babyloniis propediem venturis concurrere te posse reris? Sed ut hominum impetum sustineas, ideò nè confidas tibi citra pœnitentiam superandas calamitates, quas infensa tibi decrevit Dei omnipotentia, cujus umbra est Jordanis vadum insuperabile? *Suchito*, i. e. exclamatio doloris & indignationis adversus Jerusalem. *Reliqui hæreditatem meam*. Loquitur Deus, i. e. Domum Israel partem hæreditatis meæ, fundum scilicet quod alienare noluissem. *Dedi dilectam animæ meæ in manu inimicorum ejus*, in manu Chaldæorum, nec tamen immerentem: eo quod *facta est mihi, sicut Leo in silva, dedit contra me vocem*, scilicet, quam ut propriam possessionem colebam, *facta est mihi quasi Leo in silva*, vel quum gregem per nemora vagantem conspicatus invadit, & dispergit, vel quum viatores in saltum casu delatos rugitu suo cogit illinc pedem ociùs retrahere, & fugam arripere, sic illa dedit contra me vocem, Justos & Prophetas meos occidendo, & dissipando, & insuper legem meam, atque providentiam accusando. *Ideò odivi eam*, i. e. abjeci eam, & procul à meo conspectu abigendam Chal-

v. 2. v. 3. v. 4. v. 5. v. 7. v. 8.

dæis tradidi. *Avis picta facta est mihi hæreditas mea, & volucre circum obsidet eam.* Pictam avem appellat Deus Synagogam, eo quod idolorum imagines brachiis incisas Gentilium more gestare didicisset, scilicet quæ olim Columba vocabatur, quamdiu in Dei obsequio perseveravit, quum ab eo deflexit, avis dicitur discoloribus inducta plumis, eo quod omnibus idolis thura, & munera libare assuevisset. Quod sequitur, *& volucre circum obsidet eam*, Regem Babylonis designat, qui Jerosolymam obsedit, & cepit, populisque confœderatis devorandam tradidit. *Pastores multi demoliti sunt vineam meam.* Primi scilicet Reges Assyrii, eorumque socii, qui Israelitarum Rempublicam ex parte labefactarunt. Deindè Chaldæi, qui reliquias præteritis cladibus superstites invaserunt, & quod Assyrii inchoaverant totius gentis excidium, ac terræ promissæ demolitionem, & vastitatem perfecerunt. Hujus porrò ruinæ causam indicat fore Prophetarum talia mala prædicentium monita parvipendisse, nec secum aliquandò recogitasse, Dei dicta re tandèm exhibenda fore. *Seminate triticum, & metite spinas, & fatigemini.* Hìc Jeremiæ Deus secum de felicitate impiorum expostulanti, regerit, quæ Davidi hoc ipsum Dei consilium similiter admiranti, olim cogitare & scribere mandaverat: rem scilicet ab exitu esse æstimandam, quare improborum prosperitatem, nec veram, nec stabilem esse, quod tamen illi neutiquam animadversuri forent, nisi in novissimis suis, quando, quod in semente triticum putaverant, spinas fuisse deprehendent, tùm quia aliam præter vepres frugem terra negavit, tùm quia victimæ, quas Diis suis obtulere præter commissi sceleris dedecus, nullum ipsis emolumentum retulerunt. *Et nihil proficietis*, i. e. opes, quas possidere visi sunt peccatores, superveniente post inopiâ, pondus sibi inutile fuisse intelligent, eorum proindè ruinam undecunque irreparabilem fore. *Confundemini à proventibus vestris.* Vestra namque improbitate factum est, ut tales colligeretis fructus. Sic Deus, ut supra animadversum est, ab impiorum novissimis Providentiæ suæ æquitatem demonstrat, docens, sua peccatores prosperitate initio superbientes, in fine fastum esse posituros, contrario expectationi exitu declarante, quam oppido malum ducem mali fuerint sequuti, corruptæ naturæ impetum. *Et quum evulsero eos, conventar, & mi-*

& miserebor, & reducam eos, quos nempè peccatores & idola colentes Babylonicæ servitutis metu ab idololatria, aliisque flagitiis avocare hactenùs studuit; hìc promissa resipiscentibus in integrum restitutione ad pœnitentiam invitat.

CAP. XIII.

HÆC *dicit mihi Dominus: vade, compara tibi balteum lineum, & in aquam non inferes illum*. Duobus Symbolis jubetur Jeremias populi præterita scelera, & futuram captivitatem describere. Primum, ut balteum sibi coëmat lino contextum, qualem textor offeret asperum, & aqua necdùm lotum, quem postquàm induerit, exuere jubetur, & ad Euphratis ripam humo operire, donec computrescat. Hoc scilicet hjeroglyphico Deus Judæorum oculis subjicere voluit ipsorum in Ægypto ignominiam, & postquam indè extracti fuerunt, & à Deo in populum sibi peculiarem assumti, dignitatem & gloriam, utique perpetuò duraturam, nisi suis illam flagitiis labefeciissent, & ipsi se panno veteri & corrupto similes effeciissent. Quapropter denunciat universam Synagogam Babylonem fore abigendam, ibique relinquendam, donec adinstar baltei putrescentis in summam adducta contemtionem sibi ipsa vilescat. *Hæc dicit Dominus Deus Israel: Omnis uter implebitur vino, &c.* En altera Parabola, qua jubetur Jeremias explicare Solymitis illorum temporum acerbitatem, quando percrebrescente fama adventus Chaldæorum tanto repentè metu percellentur, ut velut ebrii amisso sensu, nec mente, nec lingua consistant: adeò nullæ suppetent vires ad propulsandum, nec ad declinandum periculum, consilia. Quamobrem hàc illàc tumulentorum adinstar discurrentes, separabuntur ab invicem, & dispergentur. Istùc scilicet vinum bibere coacti sunt Judæi, postquàm Dei sapientiam calicem timoris Domini offerentem repulerunt. Has porrò minas ad effectum perductas fuisse secundus liber Regnorum pluribus exponit, & ipse Jeremias testis præsens in suis Lamentationibus plangit. *Captiva facta est Juda captivitate perfecta . . . . . Levate oculos vestros, & videte venientes ab Aquilone. Ubi est grex tuus, qui datus est tibi, oves gloriæ tuæ?* Tribum Juda alloquitur, eique inevitabilem captivitatem portendit, non ex parte, ut anteà sub Jeconia, & Joakim, sed ex toto, universa Judæa subacta, direptaque, & ad extremam vastitatem & solitudinem redacta: simul interrogat. *Ubi est grex tuus,*

tuus, qui datus est tibi? i. e. Quò abiit illa magna incolarum frequentia, quæ sub Davide, aliisque piis regibus mille millium hominum censum superabat, & copiosissimi gregis adinstar te Ducem sequebatur, viden', ut consumta fuerit, & omninò defecerit? *In multitudine iniquitatis tuæ subductæ sunt fimbriæ tuæ, & dispoliati sunt calcanei tui.* Ego subducam fimbrias tuas & rejiciam super faciem tuam, ut appareat ignominia tua. Illos, scilicet, nudabo pedes, qui in vanitate cultus idolorum cucurrerunt, & rejectis super caput tuum vestibus tuis, nudam hostibus fistam mox in alienas terras deportandam.

v. 22.

CAP. XIV. v. 5. 6.

Cervæ in agro pepererunt, & reliquerunt, quia non erat herba... Surrexerunt contra semitas Onagri, traxerunt ventos quasi Foruræ. Jeremias Judæis in idololatria persistentibus intentatam olim à Moyse siccitatem, & famem portendit, quæ non multò post sub Sedecia Solymitas gravissimè torserunt, & causam indicat fore pluviarum defectum, & hinc sterilitatem agrorum: idque exponit, apposito exemplo duarum animantium sylvestrium, pedum pernicitate insignium, quæ nihilominùs ingruente ea annonæ caritate, & prohibitis Cœlo imbribus, nec cibum, nec potum inventuræ essent; tametsi quaquaversùs celerrimâ discursatione se verterent. *Cervæ*, inquit, *in agro pepererunt, & reliquerunt* fœtum cogente fame, cibum aliundè quæritare. *Et Onagri surrexerunt contra semitas*, i. e. Deficiente aquarum fluxu, siccatis rivis, fontes per occultos calles quæsivere. Sive fontibus etiàm exarescentibus, per obvios quosque tramites & anfractus humoris desiderio discursarunt, quem quum non invenirent, captarunt auram, quâ utcumque sitim levarent. *Nè, quæso, sis quasi peregrinus in terra.* Oratio Jeremiæ est, in qua Deum supplex obsecrat, nè erga populum sibi antiquo fœdere peculiarirer conjunctum se gerat quasi peregrinum, & advenam, qui indigenarum, per quos transit, angustias non examinat, nec afflictos sublevare oppidò curat, sive quia tanquam extraneos, & hospites mox relinquendos considerat, sive quia, qui peregrinatur, egens ipse & inops ad ferendam perindè egentibus opem impotens est. *Et quasi viator declinans ad pernoctandum.* Nec enim diversorium ad noctem transigendam parandum tibi est, qui

v. 8.

A
B
C
D
E
F

A qui in arce Sion tibi domicilium olim ſtatuiſti, & à die, quâ domus ædificata eſt, in tabernaculo tuo habitas. *Et dixit Dominus ad me: noli orare pro populo iſto in bonum.* Quumque nihilominùs Jeremias inſiſteret, populique culpam elevare ſatagens, mendaces Prophetas accuſaret, ſimplicem turbam falſis prædictionibus decipientes, Deus hos quoque ſe exterminaturum reſpondit. v. 11. Sup. 7. 16. 11. 14.

B

CAP. XV. v. 1. *ET dixit Dominus ad me, ſi ſteterit Moyſes & Samuel coram me, non complacet ſibi anima mea in populo iſto.* Nè ſcilicet Propheta repulſum ſe doleret, reſpondet Deus, magnos illos Pro-

C phetas Moyſen, & Samuelem in præſenti negocio repulſam paſſuros fore, tametſi illos pro eodem populo intercedentes aliàs exaudiſſet; Moyſen quidem poſt vituli adorationem in deſerto; Samuelem verò poſt Regis petitionem: ambo, quod de nullo alio legitur, exitium præſens à populo peccatore ſuis precibus averterunt. *Laboravit, quæ peperit*

D *ſeptem.* Lia, ex qua Jacob ſeptem ſuſcepit filios, *Occidit Sol ejus in medio ſuorum*, quia Liæ filii Rubenitæ primi in captivitatem abducti ſunt, deindè eorumdem fratres Simeonitæ, & Iſſacharitæ, & ferè omnes Liæ Nepotes unà cum Ephrahimitis ad Aſſyriorum ditiones tranſmigrarunt. Vel rursùs per matrem ſeptem filiorum Tribum Ephraim Propheta deſignat Samaritani regni Fundatricem viribus & opibus reliquis ferè

E Tribubus ſuperiorem; vel tertiò, omnem Synagogam filiorum Iſrael, quæ vitulum unum peperit in deſerto, duos in terra Promiſſionis à Jeroboamo filio Nabath fabricatos, & erectos, alterum in Dan, & alterum in Bethel, & imaginem quadrifrontem. *Et reſiduos eorum dabo in gladium.* i. e. Filiorum Iſrael reliquias, Tribum Juda, ejus ſocios Levitas, & Benjamitas, quos Regni Samaritani ruina non obruit, etiam Babyloniis

F perimendos tradam, aut Babylonem abducendos. *Væ mihi mater mea, quæ genuiſti me, virum judicii, & objurgatorem in univerſa terra.* Iſraelitarum, ſcilicet, & gentium, quibus infauſtus calamitatum nuncius miſſus ſum. *Nec debitor ſum, nec mihi ſunt debitores, & omnes maledicunt mihi.* i. e. Nemini offenſionis cauſam dedi, nemo mihi. Nihilominùs v. 10.

omnes

omnes maledictis incessere me non cessant, undè palàm fit, unam jurgiorum causam esse mea de ruina ipsis imminente præsagia. Similiter & Habacuc Pro-
Hab. 1. 3. pheta querebatur: *Quarè ostendisti mihi iniquitatem, & laborem videre prædam, & injustitiam contra me? Non di-*
v. 11. *mittam te in bonum, dicit Dominus: &c.* Jeremiam alloquitur spondens se illi affuturum ubique, atque ipsius prædictionum veritatem ipso effectu comprobaturum sic, ut ejus adversarios pudeat præteritæ dicacitatis & petulantiæ: quod etiàm præstitit per hostes Chaldæos, non tamen antè exitum hujus Prophetiæ. *Non*
v. 17. *sedi in concilio illudentium*, Prophetarum videlicèt, qui me impendentia mala prædicentem subsannabant, & populum peccatorem pacis & securitatis spe ludificabantur. *Sed timui à facie manus tuæ, & solus sedi, quia indignatione repleti me.* i. e. pseudoprophetarum, vulgique consuetudinem fugi, idcircò, quod amaritudine repletus sum, mecum ipse reputans grande malum à potenti manu tuâ paratum populo meo, mihique dudùm à te
v. 18. revelatum. *Factus es mihi sicut aquæ mendaces, quibus non habetur fides.* i. e. Sicut aquæ probationis seu Zelotypiæ, quæ quidem ex institutione suâ fontem ab insonte cernere debebant, sed ex nequitia sacerdotum fallaces evaserant, & amiserant fidem. q. d. nè, quæso, mihi fueris sicut ejusmodi aquæ, ut me innocentem à nocentibus non discernas. *Propter*
v. 19. *hoc dicit Dominus; si pœnitentiam egeris, reducam te &c.* q. d. si deinceps humana isthæc omnia patienter ferre didiceris, in amicum & familiarem recipiam te. *Quod si etiàm separaveris pretiosum à vili:* i. e. Si pœnitentiam & justitiam prædicando auditores à fæce vitiorum secreveris, *quasi os meum eris mihi* propinquior & gratior fies; nec tu illorum sed illi imitatores tui erunt. Hæc pertinent ad Prophetas Baruch, & Habacuc, eorumque socios, qui Jeremiæ postea discipuli evaserunt.

CAP. XVI. QUIA *dereliquerunt me patres vestri, ait*
v. 11. 12. *Dominus... Sed & vos pejus operati*
v. 13. *estis, quam patres vestri... Ejiciam vos de terra hac in terram, quam ignoratis vos & patres vestri.* Judæos iterum objurgat, eisque Babylonicam captivitatem minatur, eo quod patres suos in deserto idololatras imitarentur, nec sæpè moniti hactenus resipuissent. *Ecce ego mittam piscatores mul-*
v. 16. *tos, dicit Dominus, & piscabuntur eos, & post*

hæc

A *hæc mittam eis multos venatores, & venabuntur eos de omni monte, & de ſciſſuris petrarum.* Senſus Eccleſiaſticus ſpectat Babylonicos, eorumque confœderatos, quos Deus in eum populum concitavit; & primum quidem piſcatorum more magnis exercitibus arces & urbes obſederunt, civeſque velut ſagena incluſos piſces ceperunt. Deinde, quum ſuperſtites Judæi ad montes inacceſſos & invias rupes profugiſſent, per ſalebras & anfractus perſequuti ſunt illos Chaldæi, &

B quaſi feras inde extractos vel occiderunt, vel in captivitatem abegerunt. Spiritualis ſenſus indicat Idolorum & idololatriæ everſionem. *Piſcatores* ergo vocantur Prophetæ & Apoſtoli, qui à Domino miſſi fuerunt ad capiendos & perdendos perduelles Angelos, qui in montibus & collibus paſſim colebantur. Eversâ porrò per Apoſtolorum prædi-

C cationem idololatria, promittitur generi humano reſtitutio in priſtinum, cujus typum deſcribit prænunciata hoc loco Judæis ad natale ſolum reductio. *Domine fortitudo mea & auxiliator meus, ad te gentes venient ab extremis terræ.* Etſi hujus loci myſterium adminiſtratum fuerit in ſolutione Babylonicæ ſervitutis, populique in Judæam reditu, veritatem tamen Dominus noſter operatus eſt, quum diſcipulorum ſuorum

D opera, ſoluta diaboli captivitate, gentes ab extremis terræ excivit, & de tenebris in admirabile lumen ſuum tranſtulit; & bene ſubditur Deum in hoc negocio oſtendiſſe manum ſuam, & virtutem ſuam, quia, ut dicit Beatus Paulus Gentium converſio peracta eſt non *in ſublimitate ſermonis & ſapientiæ, ſed in oſtenſione ſpiritus & virtutis.*

v. 19.

1. *Cor.* 2. 4.

CAP. XVII.

E *Peccatum Juda ſcriptum eſt calamo ferreo, & ungue adamantino*; de peccato loquitur idololatriæ, quod indelebile manſurum dicitur, ſive quia Judæis fixum erat idolorum cultum nunquam abjicere; ſive quia Deo ratum erat victimis & precibus inexpiabile ſcelus ultimo ſupplicio punire. Peccatum autem Juda vocatur, tum quia à Judæis ille cultus ſuſceptus fuerat, tum quia à Ma-

F naſſe Rege Juda fuerat invectus: de illo enim peccato loquitur Jeremias; propter quod, in lib. 4. Regnorum ſcriptura diſerte pronunciat, *non fuiſſe averſum Dominum ab ira furoris ſui magni, quo iratus fuerat furor ejus contra Judam, ne ipſum à ſuis terris ejiceret*. Idem allegoricè in Judam Apoſtolum proditorem optimè quadrat. Magiſtrum ille ſuum prodidit, & ecce peccatum ejus ſcriptum eſt, nec unquam delebitur. *Hæc dicit Dominus: maledictus homo, qui confidit in homine. Habitabit in ſciſſuris petrarum,*

v. 1.

4. *Reg.* 23. 26.

v. 5.

v. 6.

in deſerto in terra ſalſuginis & inhabitabili. Quia Judæi nec à ſuis moribus, nec ab idololatria diſcedere volebant, eo quod Ægyptiorum potentiæ confiderent, & auxiliis; contra communem amborum hoſtem regem Babylonium, Propheta generatim inſurgit in illos, qui diſcedunt à Deo, & hominibus adhærent. Allegoria Diabolum deſignat, qui poſtquàm Chriſti virtute, & Apoſtolorum operâ à mentibus credentium excedere coactus eſt, Infidelium corda occupavit: nam dicit Dominus. *Quum immundus ſpiritus exjerit de homine, ambulat per loca inaquoſa, quærens requiem.* Infideles porrò antris ſterilique ſolo comparantur aptiſſimè, quia errorum nocte opacantur, & carent fructibus juſtitiæ. *Sicut Perdix clamans, ad eos, quos non peperit.* Arguit Propheta generatim eos, qui divitias congregare ſtudent, nullâ habitâ ratione divinæ legis, aut æquitatis & juris, quibus prædicit, conſilii ſui imprudentiam ipſo exitu fore declarandam, ductâ ſimilitudine à natura Perdicis. Perdix alterius ova furatur, & quaſi ſua incubat, & fovet. Quum verò fœtus adulti pennas explicare cœperint, ſimul ac ejus, quæ ova peperit, vocem audiunt, ſequuntur, nec ſi aliena mater illorum reditum ſollicitet, vocantem poſthàc attendunt, etiamſi illa ſuam ſolitudinem lugere pergat, & abeuntes fraudulenter inclamitet. Quoniam verò Propheta paulò ſuperius Judæorum Principes, ab ea, quam in humanis auxiliis ſpem ponebant, avocare conatus eſt, videtur hoc etiàm loco ad eoſdem iſtam admonitionem dirigere: & *Perdicis* aliena ova incubantis exemplo docere, eas pariter opes, quas fraudibus doliſque, ut ſuprà, ipſis exprobrabat, colligere volebant, ad alienas manus ocyùs tranſituras, ad hoſtes videlicèt Chaldæos, à quorum invaſione eo præſidio tutos ſe fore ſperabant; vel rursùs de Nabuchodonoſore Propheta loquitur, quem ſuprà *gentium Prædonem* appellat, & nunc dicit, divitias illum congregaſſe, *& non in judicio*, ideòque injuſtè quæſitas opes amiſſurum in dimidio dierum ſuorum, & in noviſſimo notâ infami inurendum. Hæc enim omnia illi Regi acciderunt, quando ſpoliato Orbe plurimarum gentium exuviis ditatus, repentè in maniam lapſus eſt, & belluis ſimilis factus intrà ferarum luſtra ipſe ſe ultrò conjecit. Vel tertiò, Nabuchodonoſoris nepotem Balthaſſarem Propheta deſignat, nam in illum perindè quadrant omnia ſuprà dicta. Multarum namque nationum

v. 11.

Sup. 4. 7.

ſpoliis

A ſpoliis congregatæ opes Perſis, & Medis ceſſerunt, à quibus caput regni Babylon ſubverſa eſt, & ipſe captus cum ignominia & dedecore vitam finivit. *Solium gloriæ, quod exaltatum eſt à ſæculo à loco ſanctificationis noſtræ.* Vanam impiorum in ſuis divitiis ſpem rursùs Propheta revellere contendit, propoſitâ Dei vindicatrice juſtitia *in loco ſanctificationis*, i. e. in templo Jeroſolymitano, velut in ſuo ſolio ſedentis, & indè omnia circumſpectantis. Senſus ergò eſt. Babylon, & omnia imperia, quæ poſt homines natos ſolii prærogativa decorata fuerunt, à Deo, qui in noſtro Sanctuario habitat, hanc gloriæ honoriſque altitudinem acceperunt, & ejus nunc voluntate obtinent. Nil ergò, habent Juſti undè timeant, nè illo innocentium injurias perſequente opibus vitâque ſpolientur. v. 12.

B

C *Et ego in adverſitate non ſum cunctatus à te.* i. e. Quum mihi mei adverſarii contravenirent, non ideò à te retroceſſi. *Tu ſcis quia diem hominis non deſideravi.* i. e. Diem nuptiarum, aut quam homines cupiunt proſperitatem. *Et quod egreſſum eſt de labiis meis, in conſpectu tuo eſt.* i. e. Vel quod prophetaverat, vel quod pro ſuis popularibus precatus fuerat. *Non ſis tu mihi ad confractionem, ſed obumbra me in die* v. 16. v. 17.

D *mala.* i. e. Nè, quæſo, prophetandi officium à te mihi creditum exitii cauſa fiat. *Confringantur illi, & non confringar ego, & duplici confractione confringe eos,* i. e. improbos, quibus deliberatum eſt me interficere. v. 18.

CAP. XVIII.

E *Surge, deſcende in domum figuli, & ibi audies verba mea.* Jeremias propoſitâ figuli parabolâ lutum in omnem pro libito formam configurantis, Judæos ad pœnitentiam ſpe bona ſollicitat, quoniàm perindè Deo facile eſſet res illorum in alium ſtatum pro ſua voluntate transferre, atque adeò eam, quam patiebantur, temporum acerbitatem auferre, remque ad lætiſſimum exitum indè deducere; ſin autem in ſua adhuc obdurarent perverſitate ingentes minatur v. 2.

F calamitates. *Et dixerunt: confitebimur, & poſt cogitationem noſtram ibimus, & unuſquiſque voluntatem cordis ſui mali faciemus.* q. d. non iſta nos terrent, quin cœpto pergamus itinere, ſed quæcumque hactenùs agere libuit, in poſterum perſequi ratum eſt. *Si tranſibit de rupe Uberum nix.* Rupem Uberum appellat montem Hermon. *Si prohibebuntur aquæ frigidæ peregrinæ defluentes.* Peregrinas vocat aquas, quum primùm erum- v. 14.

punt, & frigidiſſimæ ſunt, quippè quas Solis ardor nullatenùs immutavit. Scopus Prophetæ eſt utroque ſymbolo oſtendere Judæorum improbitatem, ut qui Dei cultum ſibi maximè utilem & convenientem faſtidirent: quum non contingat rem aliquam à ſua natura diſcedere, putà obduratam nivem à ſui montis ſummitate defluere, nec fluxum cohibere aquas cum im-
v. 15. petu erumpentes. *Propter hoc erunt impingentes in viis ſuis in ſemitis ſæculi*. Duplicem Judæis à ſua obſtinatione pœnam portendit Jeremias; utramque illis Moyſes comminatus fuerat, imprimìs cœcitatem mentis, adeò ut ducem in meridie ſint deſideraturi, quod malum ipſi etiàm Judæi apud Eſaiam
Eſa. 59. ſibi accidiſſe fatentur: *Impingimus in meridie quaſi in tenebris*. Et inſuper Babylonicum exilium, in quod ob eam cœcitatem impacturi erant, inſiſtentes viis ſuis, &
Job. 22. 16. 17. cuſtodientes, ut ait juſtus Job, *ſemitas ſæculorum, quas trivit populus iniquus, & non in tempore ſuo, qui dicebat Deo, recede à*
v. 18. *nobis... Et dixerunt, venite, cogitemus cogitationem mortis ſuper Jeremiam &c.* Senſus eſt. Noſtra quidem intereſt Jeremiam de medio tollere: nec enìm quantumlibet ille inſiſtat honeſta & juſta ſuadendo, deficient, aut lex iniquitatis à ſacerdotibus, aut conſilium malum à ſapientibus, aut ſermo mendax à prophetis, ſed neque contraria, illo ſublato, auferentur; ſiquidem non deerunt pii ſacerdotes, vel probi ſapientes, vel veridici prophetæ. Sin hæc conſpirationis cauſa non fuit, oppidò veriſimile puto impios pietatis ſpecie ſuum conſilium velare ſtuduiſſe, ut vulgo perſuaderent, Jeremiam juſtè plecti, hominem nimirùm veteratorem, & manifeſti mendacii convictum, ut qui ſacerdotii, legis & prophetiæ interitum affirmaret, quæ tria certum eſſet, nunquàm interitura. Ergò, concludebant, *percutiamus eum lingua*, i. e. faciamus ut lingua doleat, qui
v. 19. ſua nos lingua dolere facit. *Attende, Domi-*
v. 20. *ne, vocem oppreſſionis meæ, quia redditum eſt malum pro bono*. Me ſiquidem perdere moliuntur, quorum interitum ipſe præpedire conabar orando te, ut ipſis parceres, &
v. 21. illos adhortando, ut reſipiſcerent. *Propterea da filios eorum in famem*. Hæc dicta in ſenſu prophetarum proprio accipienda ſunt, non quaſi hominis cœco impetu vindictam appetentis, ſed Prophetæ nocentibus commeritam pœnam, ſeu comminantis, ſeu prædicentis. Et hoc modo intelligenda ſunt cætera his ſimilia, quæ paſſim apud Jeremiam occurrunt, quæque idem populo pervicaciſſimo in ſingulos ferè dies iterare cogebatur.

HÆC

ܗܘ ܐܡܪ ܡܪܝ ܐܙܠ ܘܣܒ ܒܨܠܚܬ ܕܚܪܣ ܕܒܝܬ ܐܝܬ ܒܪ ܥܡ ܩܫܝ ܕܥܡܐ ܘܩܫܝ ܕܟܗܢܐ ܘܢܦܩ ܠܘܬ ܓܝܐ ܕܒܪ ܗܢܡ ܕܡܥܪܒ ܠܬ ܦܬܚ ܕܚܪܣ ܘܩܪܐ ܬܡ ܠܓܒܪܐ ܗܠܝܢ ܕܐܙܠܘ ܥܡܗ ܘܩܘܡ ܘܣܩ ܠܬ ܓܝܐ ܕܒܪ ܗܢܡ ܥܠ ܦܬܚ ܫܪܝ

promiserat ipsum à suis adversariis haud quaquàm fore superandum. Facta autem dictis contraria videbantur, consideranti præsentem rerum suarum statum, & futurum exitum dissimulanti. Veritus tamen, nè ista dicendo videretur ab officio exorbitasse, statìm ad laudandam Dei erga se benignitatem se revocat subdens: *Laudate Dominum, quia liberavit animam pauperis de manu tribulantium*. Pauperem se ipsum dicit, cui licet nullus adesset patronus, Dei tamen adjutorium minimè defuerat. *Maledicta dies, in qua natus sum*. Maledictæ maledicit, illi maledicit diei, cui statutæ fuerant captivitas, fames, mortalitas, aliæque calamitates populo peccatori inferendæ. *Dies in qua peperit me mater mea*. Idem futurum erat illi malum, etiamsi non ipse dixisset. *Maledictus vir, qui nunciavit Patri meo, dicens: natus est tibi puer masculus*. Jàm nec ipse noverat, utrùm iste patris nuncius viveret. Perindè ergò fuit ac si homini, qui nullus foret, maledixisset. Qualis itaque fuit, qui diei minimè præsenti maledicebat, talis fuit, qui homini non extanti, aut qui nunquàm extitisset, maledicebat. Non ergò isthæc vindictam appetentis iram arguunt, non enìm ira, vel odium fertur ad personam, seu rem, nisi aliquâ ratione præsentem: doloris ergò mera sunt signa, qualia vocibus nihil præter ipsum doloris affectum significantibus, exprimere solemus. Prætereà repetenda hìc sunt, quæ de hoc argumento in his explanationibus sparsìm disputata sunt, quæ enìm Jeremias hìc dicit, eadem dixerat justus Job, quem certum est, *in labiis suis non peccasse*. Multa etiàm his consona leguntur in Psalmis, quæ spiritu calamum Prophetæ ducente scribebantur. Non sunt ergò Prophetarum dicta ex vulgi consuetudine interpretanda. Nec proindè ista Jeremiæ verba exponenda, quasi hominis irati malè malum optantis, sed aut, sicut suprà notatum est, futura aliorum mala prædicentis, aut suum declarantis dolorem, hunc etiàm ex justis, esto occultis, & à vulgari sensu remotis rationibus conceptum, atque spiritu dictante, istâ, non alia formulâ verborum, exprimendum.

CAP. XXI. ℣. 2. *Interroga pro nobis Dominum, quia Nabuchodonosor rex Babylonis prælìatur adversum nos*. Sedecias impio nepoti & ipse malus rex suffectus fuerat, paruerat que Chaldæis, à quibus precarium imperium acceperat per annos undecim. Quum demùm ab illis defeciisset, obsessus est in urbe Jerusalem, undè ad Jeremiam

A remiam hanc legationem misit rogans, ut quoniàm nulla aliundè auxilia supperterent, à Domino consilium & opem afflictæ civitati exoraret. Respondit Jeremias; *malè malos esse perdendos*, simul novam præter suprà allegatas, causam innuit, pauperum videlicèt oppressionem, à qua Judæos avocare conatur, propositâ etiàm spe alicujus in ea calamitate levamenti.

B

C

D

E

F

HÆC *dicit Dominus super domum Regis Juda. Galaad tu mihi caput Libani, præparabo adversum te vastatores, unumquemque cum securi in manu sua, & succident electa Cedrorum tuarum.* Galaad vocat Regis familiam & palatium, sive regiam Urbem citò subvertenda, alieno nomine, ut aliena à Deo esse significet. *Cedros* appellat populi Principes & Sacerdotes. *Nolite flere super mortuum, neque commoveamini super eum*, i. e. super Josiam, qui à suis notis effertur, & sepelitur, nec similis est illi, qui in captivitatem abductus in exilio moritur, nec habet, à quo ejus funeretur cadaver. *Plangite eum*, i. e. Sellum, qui & Jojachaz Josiæ filius, qui abiit, & non est reversus. *Quia hæc dicit Dominus super Sellum filium Josiæ, egredietur de loco isto, & non revertetur, sed in terra, ad quam captivus translatus fuerit, morietur, & terram istam non videbit amplius.* i. e. Captivus & exul in Ægyptum deportabitur, nec urbem, nec Regiam, undè fuit abductus, unquàm revisurus; quæ exulem excepit terra, mortuum tumulabit. *Uæ qui ædificat domum suam, & non judicio.* Hæc & sequentia ad Joakimum Joachini seu Jechoniæ parentem pertinent. Propheta primùm ejus peccata recenset, deindè interitum prædicit. *Numquid regnabis tu, quia te lætificas in Cedris?* Diuturnum nempè tibi polliceris imperium, ideò *in Cedris te ipsum lætificas*, i. e. tibi ipse gratularis Cedrinas domos, & magnifica ædificia. *Pater tuus comedit, & bibit, & fecit judicium & justitiam.* i. e. Josias pater tuus comedit, & bibit, quod tu facis, & quod tu non facis, *fecit judicium, & justitiam. Et ego benefeci ei.* i. e. Propterea multis illum cumulavi bonis, & festinatâ morte illum collegi, nè videret mala, quæ post ipsius obitum filiis ejus noveram obventura. *Non plangent eum. Sepultura Asini sepelietur.* Jojakimum namque tertiò rebellantem

CAP. XXII. v. 6. v. 10. v. 11. v. 13. v. 15. v. 18. v. 19.

Nabu-

Nabuchodonoſor occidit; cadaver extra Jeroſolymæ mœnia raptatum in ſterquilinium projectum fuit. *Aſcende Libanum, & clama, & in Mathnin*, Baſan, *exalta vocem tuam, clama ad tranſeuntes Mare, omnes amatores tui contriti ſunt*. Hìc jàm univerſam Tribum Juda alloquitur, & docet, quàm oppidò inanis fuiſſet ſpes, quàm in fœderatis ſibi populis poſuerat, quandoquidem & ipſi à Chaldæis victi, & ſub jugum miſſi, impotentes facti fuiſſent ad opem ſociis ferendam. *Quæ ſedes ſuper Libanum, & nidificas in Cedris, quomodo congemiſces, quum venerint tibi dolores, quaſi dolores parturientis?* Superbiam populi Juda, & luxum præſentem perſtringit, ſimul prædicit futuram captivitatem & abjectionem, atque indè ſequuturos dolores, & gemitus, quales eſſe ſolent parturientium. *Terra, Terra, Terra, audi ſermonem Domini*. Subnectenda ſunt hæc ſuperioribus, ubi Propheta populo Juda contumaciam exprobrat illis verbis. *Loquutus ſum ad te in abundantia tua, & dixiſti, non audiam*. Hìc congruentèr Terram inclamat, ut audiat loquentem, quandoquidèm Judæi, quos Prophetæ alloquenti aures præbere oportebat, omni ſenſu carentis elementi naturam induerant. Rursùs *Terram* Judæos appellat, quia auditum, quem terra nullum habet, amiſerant, ut ſurdis auribus Prophetæ oracula præterirent. Quare perindè erat verba ad eos facere, atque Terram ad concionem vocare. *Hæc dicit Dominus: ſcribite virum iſtum eunuchatum abſque liberis, virum, qui diebus ſuis non proſperabitur, nec erit de ſemine ejus vir, qui ſedeat ſuper ſolium David*. Jechonias hic eſt, qui & Jojachin Jojakimi filius, quem Babylonem omninò deportandum fore paulò antè prædixit, nec ab eo exilio unquàm rediturum, quarè vas illum inutile appellat. Cæterùm ſine liberis deceſſurus in eo dumtaxat ſenſu dicitur, quod eos in regno ſucceſſores non habuit; fuit enìm regum Davidicæ ſtirpis, poſtremus Sedecias Jechoniæ patruus, filius Joſiæ. Salathiel autem Jechoniæ filius paterno regno excluſus in captivitate deceſſit.

v. 20.

v. 23.

v. 29.

v. 30.

CAP. XXIII. v. 1.

PAſtores, *qui perditis, & diſpergitis oves paſcuæ meæ, dicit Dominus*. Hujus ſectionis partes ſunt duæ: prior Reges ſpectat, & populi Principes; poſterior pſeudoprophetas & ſacerdotes. *Et congregabo*

v. 3.

A *gregabo oves meas ex omnibus locis, ad quæ dispersistis eas*, in fine septuaginta annorum reliquias ovium mearum. *Et constituam super eas pastores*, Zorobabelem & Jesum filium Josedech. *Ecce dies venient, & suscitabo David germen justitiæ, & hoc est nomen, qnod vocabunt eum: Dominus justitia nostra*. Etsi hujus Prophetiæ mysterium in Zorobabele fuerit adumbratum, in Domino nostro completum & perfectum est; nec enim Zorobabel dictus fuit, aut dici potuit *Dominus justitia nostra*; Dominus autem noster talis fuit atque talis appellatur, eique testimonium perhibent Prophetæ, Apostoli, & Gabriel, qui ejus Conceptionem nunciavit, & ipsius socii, qui Christi Nativitatem Pastoribus nunciarunt. Sed neque Zorobabel, vel alius quispiam duo illa maxima beneficia populo Dei præstitit, quæ Jeremias hìc & paulò infrà tanti Regis adventum sequutura prædicit, primùm, quod etiàm Esaias non uno in loco disertissimè prædicat, generalem omnium gentium liberationem, miramque in unum populum coitionem; alterum Davidicæ stirpis regnum sempiternum, & hìnc affluxuram tantam cujusvis generis bonorum copiam, ut præteritorum beneficiorum memoriam obliteret, quod pariter Esaias Christi adventum, & regnum vaticinatus statìm subtexuit illis verbis: *Nè memineritis priorum, & antiqua nè intueamini. Ecce ego facio nova, & nunc orientur; ponam in deserto viam, & in invio flumina &c.* Quæ nullo pacto in Zorobabelem, aut in alium quempiam Judaici populi ducem conveniunt. *Et super Prophetas contritum est cor meum intra me*. Est altera hujus Sectionis pars, in qua Propheta Sacerdotum, & Pseudoprophetarum recensèt peccata, & pœnam prædicit. *Factus est cursus eorum malus*. i. e. Viri Juda currunt ad malum, *quia etiàm Prophetæ, & Sacerdotes impii facti sunt ..... Et in Prophetis Samariæ vidi mendacium, & prophetaverunt in Baal, & deceperunt populum meum, mœchantur, & ambulant in injustitia*, idem quod suprà: *Omnes adulteri sunt, & cœtus mendacium*. Et sustinent manus suas à sodalibus suis egentibus. *Ecce vidi fatuitatem; propterea hæc dicit Dominus fortis ad Prophetas. Ecce ego cibabo eos absinthio, & potabo eos felle ..... Ecce opus Domini in indignatione veniet*, i. c. pœnam, quam decrevit peccatoribus, inferet acerbissimam,

v. 4. v. 5. *Inf.* 33. 14. *Is.* c. 43. 18. 18. v. 9. v. 10. v. 11. v. 13. v. 14. v. 15. v. 19.

qualem iratus inferre solet. *Quare miscetis paleas cum tritico?* i. e. cum sermonibus Spiritus Sancti somnia vestra. Verbi Dei præstantiam, & efficacitatem declarat triplici comparatione, tritici, quod præstantissimum est hominis alimentum, ignis, qui consumit omnia, & ferri, quod omnia domat. *Propterea ecce ego ad Prophetas, ait Dominus, qui furantur verba unusquisque à proximo suo.* Hoc primum Pseudoprophetarum genus erat, qui à veris Prophetis veras prædictiones subdolè captabant, & pro libidine pervertebant, easque singulis secretò referentes dicebant: *Nolite hæc propalare.* Quod si accidissent, quæ detulerant, ecce, ajebant, habemus testes, isthæc à nobis multò antè provisa fuisse; sin autem exitus prædictioni minùs congrueret, in Jeremiam, & collegas sanctos Prophetas insurgebant, quasi talium mendaciorum fabricatores. Alterum rursùs genus indicat hìc Jeremias sycophantarum, *qui linguas suas pervertebant* i. e. ad populi voluntatem fingebant dicentes; *Non veniet super vos malum.* Idque divina auctoritate more Prophetarum confirmabant. Tertium illorum, qui sua somnia pro divinis oraculis obtrudentes populum seducebant *in mendacio suo, & in protervia sua.* Hujusmodi nequitiæ reos arguit Jeremias quatuor nominatìm, Ananiam, Achabum, Sedeciam, & Sameiam Elamitam.

v. 28.

v. 30.

CAP. XXIV. v. 1.

OStendit mihi *Dominus, & ecce duo Calathi pleni ficis.* Duo Jeremiæ Calathi objiciuntur: alter ficubus optimis plenus; alter pessimis; quumque à Deo interrogatus, eorum, quæ ostensa fuerant, diversitatem expositisset; audit, altero Jechoniam regem cum suo populo designari, & altero Sedeciam ejus successorem; illi quidem omnia prospera præsagire jubetur; huic vero contraria. Bonus quippè Jechonias divino oraculo minisque perterritus ex Jeremiæ consilio Nabuchodonosori se ultrò dediderat; Sedecias contrà nunquàm adduci potuerat, ut Chaldæorum fidei se suosque committeret, tametsi, Jeremiâ interprete, statutam sibi, cæterisque Judæis à Deo captivitatem intelligeret, quam ob contumaciam Propheta Calathi pessimarum ficuum pleni parabola, Civitati, Regi & cunctis universim Judæis, etiàm iis, qui in Ægyptum profugerant, tristia omnia denunciat, bellum, pestem, famem, & captivitatem; quæ

quæ omnia fermè mala Moyſes ipſis olim præſagierat. Senſus allegoricus indicat futuram in ſupremo Mundi die malorum & bonorum ſeparationem, & diſſimillimam ſortem, ſic ut bonis optima uſquequaque contingat, malis ex toto peſſima, id enim ſignificat illa adjectivorum geminatio *Bonas bonas valdè, & malas malas valdè*. Cæterùm & hac & ſequenti Sectione liquet temporum ordinem minimè ſervari, quæ enìm ſequuntur & ad Jojachimum Jechoniæ parentem pertinere, certum eſt, pluribus antè annis contigerunt. v. 3.

CAP. XXV.

Dominus de excelſo rugiet. Rugiens rugiet ſuper habitaculo ſuo Jeruſalem imò & præcipuè ſuper Templo ſuo. Plurimarum gentium hìc ruinam Jeremias ſimul vaticinatur, quas perindè atque Judæos invadendas à Chaldæis & opprimendas prædicit, poſtremum iſtorum etiàm excidium, quod Eſaìas paritèr prædixerat, & ipſe Jeremias infrà fusè deſcribit, utrobique cladem hujuſmodi agricolarum uvas in torculari calcantium ſymbolo declarat, *& ſicut*, inquit, *calcans uvas, cantabit Johoi, Johoi ſuper omnes habitatores terræ*. Celeuma eſt Chaldæorum ſeſe mutuò adhortantium ad proterendos Judæos, & reliquas nationes velut collectam in torculari vindemiam. v. 30.

CAP. XXX.

Interrogate, & videte ſi generat maſculus? Quarè ergò vidi omnis viri manum ſuper lumbum ſuum, quaſi parturientis? Chaldæorum proximam irruptionem indicat, & indè ſequuturam Judæo um perturbationem & mœrorem, errorem ſuum agnoſcentium, & propriam imprudentiam damnantium. His nempè verbis paulò infrà utitur Jeremias ad ſignificandam Ephraimitarum in ſimili fere caſu confuſionem & dolorem. *Percuſſi femur meum, confuſus ſum, & erubui... Tempus eſt enim iſtud tribulationis Jacob, & ex ipſo ſalvabitur* poſt annos ſeptuaginta Babylonica ſervitute ſolutus. *Et non dominabuntur eis amplius alieni, ſed ſervient Domino Deo ſuo, & David regi ſuo, quem ſuſcitabo eis*. i. e. Zorobabeli. *Faciam enim conſummationem decretoriam in cunctis gentibus: in te non faciam*. Hoc Deus dicit, quia aliarum gentium regna ſubvertit & extinxit, Judæorum autem excidium & extremam deſolationem diſtulit uſque ad Chriſtum Regem juxta Danielis vaticinium. *Poſt modicum conteram jugum ejus de collo tuo, & vincula ejus dirumpam*. Regis Babylonis. *Ædificabitur civitas* Jeruſalem in eo, quod obtinebat, ſitus & dignitatis faſtigio: *& Templum ejus* v. 6. Inf. c. 31. 19. v. 7. 8. 9. v. 11. v. 18.

juxta ordinem ſuum fundabitur, ad priſtinam ædium, & ſacrificiorum magnificentiam & gloriam reſtituetur. *Et non minuentur, & Eccleſia eorum coram me benè conſtituetur*. Sicut erat in diebus Moyſis, & Aaron, & Joſue. Porrò & iſta, & quæ deinceps ſequuntur Chriſti adventu perfecta & conſummata fuerunt, ut ſuprà animadverſum eſt; conſtat itaque ad Chriſti tempora pertinere hanc Prophetiam. Quæcumque ergò hìc & in ſequentibus de futura Iſraelitarum liberatione & felicitate magnificè prædicantur, non hæc referenda ſunt ad Iſraelem quemcumque, ſed ad illum populum, quem divinus Paulus Iſraelem Dei appellat, & ex Hebræis atque Gentilibus poſteà coaluit, neque ad filios Abrahæ quoſcumque, ſed ad filios Promiſſionis, ut idem declarat. Niſi enim ex arcana hac ſignificatione iſta exponantur; non erit facile invenire, quo alio ſenſu vera eſſe intelligantur illa. *Et non dominabuntur eis amplius alieni, & ſervient Domino Deo ſuo, & David Regi, quem ſuſcitabo eis*. Nunquam enim Judæi, ex quo capti & ſubjugati fuere a Chaldæis dominationem metumque gentium excuſſerunt, ſed Perſis, deindè Græcis & Romanis perpetuò ſubjecti fuerunt. Nec illa: *Revertetur Jacob, & quieſcet, & non erit, quem formidet*, ex omnibus ſiquidèm Prophetis, qui poſt ſolutam captivitatem ſcripſerunt, conſtat Judæos poſt reditum infeſtas habuiſſe finitimas nationes, nec porrò metu, nec bello ferè unquàm vacaſſe, tametſi æquè certum ſit, illos *ſerviiſſe Domino Deo ſuo*, i. e. Deos Gentium nunquàm coluiſſe.

v. 19. v. 20.

Sup. v. 9.

Sup. v. 10.

CAP. XXXI.

A *Longinquo Dominus apparuit mihi*, quando per deſerta errabam, & iterùm quandò Eſajas clamabat: *Regem Dominum exercituum vidi oculis meis: Et in charitate ſæculi dilexi te*. Hanc Dei erga Synagogam caritatem pulchrè declarat Ezechiel parabola puellæ à parentibus in ſolitudine derelictæ, quam Deus indè ſublatam, ſuiſque ſordibus lotam, & pretioſis veſtibus ornatam ſibi optaverat in ſponſam. Quod etiam Eſaias illis expreſſit verbis; *Gaudebit ſuper te Deus tuus, ſicut ſponſus ſuper ſponſam ſuam, & vocaberis Civitas quæſita, & non derelicta*. Congruunt quæ hìc ſubdit Jeremias: *Ædificaberis Virgo Iſrael*. i. e. Soluta Babylonicâ captivitate, civitates tuæ, ô Iſrael, inſtaurabuntur, & natale ſolum cives reviſent. *Et ornaberis ornatu, & egredieris in choro laudantium &c.* Futuram hìc poſt reditum populi felicitatem

v. 3. Eſa. 6. 5.

Eſ. 62. 5.

v. 4.

tem amplè & magnificè deſcribit, enumerando commoda quàmplurima, quæ ad eam exaggerandam confluent. Hæc tamen, ut dixi, & res ipſa convincit, ad Chriſti Eccleſiam ſunt referenda; quandoquidem illa ſola, ex quo omnia bona, quæ hoc loco promittuntur, conſequuta eſt, omnes Prophetiæ partes perfectè completas oſtendit. Porrò Prophetiarum ſenſus ex ipſo exitu petendus eſt.

Hæc dicit Dominus: Vox in excelſo audita v. 15.
eſt, lamentationis & amari fletus: Rachel plorantis filios ſuos. Tametſi juxta literalem ſenſum iſta de filiis Juda & Benjamin in urbibus Bethleem & Jeruſalem habitantibus prædicta fuiſſe, exitus ipſe oſtendat, nam ut ipſe Jeremias infrà narrat, utriuſque Tribus captivi ex urbibus Jeruſalem & Bethleem abacti in Ramatha Benjamitarum oppidum cogebantur, indè Babylonem deportandi. Myſticè tamen intelliguntur dicta de Infantibus, quos Herodes in Ephrata, ejuſque ſuburbiis occidit. Benè autem intelligitur *Rachel plorans* in Bethleem, & in Ramatha exauditam fuiſſe vocem plorantis, ex eo quod eadem apud Bethleem ſepulta fuit, & Benjamitæ filii ejus ex Ramatha, aliiſque locis captivi ex eadem urbe in Chaldæam ducendi erant. Infantium porrò matres Propheta conſolatur in perſona Rachelis ipſarum matris. *Pro-* v. 16.
hibe, ait, *vocem tuam à fletu, quia merces eſt lacrymis tuis, & revertentur filii ad terminum priorem*, i. e. Paradiſum. *Confuſus ſum, & erubui, quia ſuſtinui op-* v. 19.
probrium adoleſcentiæ meæ. Verba ſunt Tribus Ephraim: pendo, quas merui, pœnas, quandoquidem regnum adepta vitulos conflavi. *Filius mihi pretioſus* v. 20.
Ephraim, i. e. propter pœnitentiam. *Quia ex quo loquutus ſum de eo, recordabor ejus*, per manus Prophetarum, quos ex ejus Tribu ſuſcitabo. *Creavit* v. 22.
enim Dominus novum in terra: Femina amplexabitur virum ſuum, vel quia Synagoga idola derelictura erat, & adhæſura uni Deo; vel terram ipſam Judææ deſignat ſuos complexuram habitatores poſtliminio redeuntes, quos dudùm devoraverat, & ex parte rejectarat. *Et* v. 31.
feriam domui Iſrael, & domui Juda fœdus novum, non quale pactum illud antiquum. *Fœdus* iſtud, quod promittit Deus ſe daturum domui Iſrael, & domui David, eſt Teſtamentum novum, & Evangelium Judæis, & Gentibus communicandum. *Novum* dicitur, quia non ſicut vetus illud Teſtamentum præcipit ſacrifi-

ſacrificia animalium, nec immunditias naturæ averſatur, ſed humilitatem docet, & caritatem ad omnes; immunditias autem ſolummodò voluntarias animæ, quæ ſunt peccata, reprobat, non corporis ſordes abominatur, quæ præter voluntatem, & caſu accidunt. *Et dabo legem meam in viſceribus eorum*. i. e. Non in tabulis lapideis, ſicut Moyſi, ſed in tabulis carnalibus, quod infrà explicat illis verbis: *Et in corde eorum cribam eam*. *Si defecerint leges iſtæ coram me, dicit Dominus, ſic & ſemen Iſrael deficiet, ut non ſit gens coram me cunctis diebus*. i. e. Sicut nunquàm fiet, ut rerum ordo mutetur à principio conſtitutus, puta, rati ſyderum motus, diei noctiſque, atque tempeſtatum periodi, ſic certum eſt neutiquàm defecturam factam Davidi promiſſionem. Quamvis hæc Prophetia in Zorobabele adminiſtrata eſt eo temporis intervallo, quo ſolium Davidis obtinuit, ad Dominum tamen eam ex toto pertinere demonſtrant illa Angeli verba: *Dabit ei Dominus Deus ſedem David patris ejus*. Confirmat, quæ de amplitudine & ſtabilitate Regni Chriſti promiſit, promiſſionemque iterat infrà dicens: *Si enumerari non poteſt militia Cœli, neque metiri arena Maris; ſic multiplicabo ſemen David* i. e. ſemen Verbi filii David, & Levitarum i. e. Teſtamenti novi, & Sacerdotum miniſtrantium in Eccleſia Chriſti. Porrò Chriſti Evangelium, ejuſque Eccleſiam militiæ Cœli comparat, propter utriuſque excellentiam; Maris autem arenæ, propter amplitudinem. Evangelium quippè & Eccleſiam ad ultimos uſque fines Orbis terrarum propagari oportebat, & ſuſcipi ab omnibus ubique gentibus.

℣. 33

℣. 36.

Luc. c. 1. 32.

Inf. 33. 22.

CAP. XXXII. ℣. 9. ℣. 10. ℣. 11. ℣. 12. *Et emi agrum, qui eſt in Anathoth à Nahmaële filio Sellum, & appendi ei pretium... Et ſcripſi, & ſignavi, & adhibui teſtes, & accepi librum emptionis ſignatum, & non ſignatum, & dedi Baruch filio Neri filii Maaſiæ*. Quum anno Sedeciæ decimo Nabuchodonoſor, debellatis Ægyptiis, ad Jeroſolymæ obſidionem, ea expeditione interruptam, rediiſſet, juſſus eſt à Domino Jeremias Cives, præſenti calamitate, & imminentis captivitatis metu afflictos & mœrentes conſolari, promiſſo poſt ſtatutum exilium reditu. Quum verò dicenti nullam illi adhiberent fidem, iterùm juſſus eſt conſpicuo aliquo facto dicta confirmare; quamobrem compulſus eſt agrum à patruele ſuo coëmere eo tempore, quo totius Judææ vaſtationem propè ſequuturam prænunciabat, quo Judæi intelligerent, ſe paritèr redituros ad poſſidenda, quæ modo cogebantur relinquere,

A quere prædia, quoniam quidem cernebant à Propheta agrum emi, quem nemo emeret, nisi cui de reditu certissimè constaret.

B *Et dabo vos in commotionem cunctis Regnis terræ ... Et dabo viros, qui prævaricati sunt fœdus meum, vitulum quem conciderunt in duas partes, & transierunt inter divisiones ejus &c.* Antiquum innuit sanciendorum fœderum morem ab Abrahamo olim usurpatum, posterisque traditum, quo Solymitani nuper à Chaldæis obsessi fidem Deo suam obligaverant, vitulum mactantes, & per bipartitas cæsi animalis partes transeuntes. Hujus ergò pacti transgressionem illis Propheta objicit; & simul Regem Sedeciam reprehendit, quod promulgatum de manumittendis servis edictum revocasset, & manumissos iterùm servire cogeret, contra legis præscriptum, jubentis servum Hebræum exacto servitutis sexennio dimitti. Simul denunciat contemtæ legis vindicem rediturum Regem Chaldæorum ad Jerosolymam obsidendam, undè recesserat Ægyptum petens, & captâ incensâque urbe, cives Babylonem abducturum. Id enim significant illa Dei ad Solymitanos verba: *Vos non audistis me, ut vocaretis libertatem unusquisque fratri suo, & unusquisque proximo suo: Ecce ego voco vobis libertatem, ait Dominus, ad gladium, ad pestem, & ad famem, & dabo vos in tremorem cunctis Regnis terræ.*

CAP. XXXIV. v. 17. v. 18.

C

D

E

Non deficiet vir de stirpe Jonadab filii Rechab, stans in conspectu meo cunctis diebus. Hæc dicit Deus, non quod Rechabitas ad sacram aliquam functionem Levitarum propriam destinaret, sed longam iis solummodo posterorum seriem pollicetur, eo quod leges à Jonadabo patre suo sibi statutas religiosè observarent. Istorum porrò laudata obedientia, insurgit in Jojakimum Regem ejusque populum, quod quum Rechabitæ hominis præcepta revererentur, & custodirent, licet durissima, ipsi contrà Dei leges suavissimas aspernarentur, & proculcarent.

CAP. XXXV. v. 19.

F

Quis-

Quiſpiam fortè quæret, quiſnam fuerit iſte Jonadab filius Rechab, qui poſteris ſuis dicitur interdixiſſe vini potum, quos nihilominùs jubetur Jeremias ad illud bibendum provocare? Reſp. Jonadab poſteris ſuis cavit tria, nè vinum biberent, nevè domos ſibi conſtruerent, aut vineas, oliveta & agros poſſiderent. Hunc porrò Jonadab Jehu filius Namſi, quum poſt cædem duorum Regum Iſraelis & Judæ ex urbe Jezrael Samariam contenderet, ſibi obviam factum è terra in ſuum currum relevavit, dicens: *Veni mecum & vide zelum meum pro Domino*. Is fuit filius Rechab de ſtirpe Jethro ſoceri Moyſis, ejuſque nepotes Rechabitæ appellati ſunt à Rechab ipſius parente. Iſtos ergò Rechabi poſteros juſſit Deus ad bibendum vinum palàm in ipſa urbe Jeroſolyma à Jeremia invitari; eo nanque è ſuis mapalibus, Chaldæorum adventantium metu fugati ſe receperant, ut nimirùm vetitum potum ipſi recuſantes populo duriſſimæ cervicis inſignis obedientiæ exemplum præberent.

Jac. Edeſſ. ad Jo. Stil. de fil. Rech.

4. *Reg.* 10. 16.

CAP. XXXXIII. ». 7.

Et ingreſſi ſunt terram Ægypti, quia non obedierunt voci Domini; & venerunt uſque ad Taphnis. Judæa Chaldæorum armis ſubacta vaſtataque, Judæorum reliquiæ duce Johanano filio Careæ in Ægyptum profugerunt. Hanc igitur Prophetiæ partem Jeremias in Ægypto dixit eo namque tranſmigrare coactus fuerat à populi ſui Principibus, qui Ægyptiorum favore à Chaldæorum infeſtatione liberos in poſterùm ſe fore ſperabant. Inanem porrò ejuſmodi ſpem eſſe oſtendit, & fugam fugitivis nihil profuturam, Chaldæorum quippè Regem venturum, & ſubjugaturum Ægyptum univerſam; atque incolas, eorumque ſocios & confœderatos perditurum; populique excidium idolorum etiàm ruinam ſequuturam. Idipſum prædixerat Eſaias. *Et conteret ſtatuas domus Solis, quæ ſunt in terra Ægypti, & delubra Ægypti comburet igni*. Domus Solis urbs eſt, quam Heliopolim Ægypti appellant, multiplici Dæmonum religione, & inanium ſimulacrorum cultu infamis. Inſignes in ea ſtatuæ erant, proceritatis moliſque admirandæ, ſingulæ quippè ad ſexagenos cubitos aſſurgebant, ſuberat pedibus ſolium, ſeu baſis denorum cubitorum,

Eſ. 19. 11. ». 13.

rum, supereminebat capiti mitra ex candido metallo pondo librarum mille & ampliùs. Partes omnes ornabant figuræ, & imagines hominum, & animalium, quæ ejus temporis Gentilium numina fuerunt: adjecti hieroglyphici characteres, talium arcanorum indices. Ejusmodi statuas, Scriptura ait, à Domino fore confringendas, quamquàm non ipsa solummodò simulacra Dominus dejecit, qui Dæmonum cultum talibus signis expressum, destructum venit, quùm per assumptam humanam naturam in Mundo apparuit, idque magnificè declarat Esajas illis verbis. *Ecce Dominus ascendet super nubem levem, & ingredietur Ægyptum; & commovebuntur simulacra Ægypti à facie ejus.* Nubes itaque, quam Dominus conscendit Virginem Mariam Dei Genitricem nobis figuravit. Vitæ prætereà verbum adumbravit evangelicæ prædicationis Domini & Sancti nominis ejus. Christi namque nomen Apostoli divini præcones per universum orbem terrarum circumtulerunt, quamobrem etiàm nubibus comparantur. Indè porrò Christi fides Ægypto invecta est; imò omnes fines terræ pervasit. Rursùs *Nubium* nomine mysticè designantur Sancti Prophetæ apud Esajam, ubi Deus populo suo sub figura inutilis vineæ comminatur sepem ejus se destructurum, & præcepturum nubibus, ne pluvias mittant super eam, planè autem Prophetas significat, à quibus cœlestem illum imbrem nos postmodum accepimus. Esa. 19. 1.

CAP. XXXV.

HÆC *dicit Dominus Deus Israel ad te Baruch. Dixisti: væ misero mihi, quoniam addidit Deus dolorem dolori meo. Et tu quæris tibi grandia? noli quærere te majora.* Putabat Baruch sui magistri potestatem ad ipsum aliquandò transferendam, ut qui benè nosset Moysen spiritum suum Josue impartiisse, & suum transfudisse Eliam in Eliseum. Sed quoniam mox audiit templum excisum iri, & Sanctuarium fore dissipandum, ingemuit enim verò, & ait: Hoccine ad cæteras nostras miserias etiàm accedet, ut spectare nobis contingat, domum Sanctificationis nostræ captam & incensam? Hujusmodi porrò mœrore relevat illum Dominus ejus, & ait: *Quod ædificavi, ego Dominus destruam, & universam terram hanc vastabo.* Sic ut hoc postremum ad Judææ agros & oppida referatur, reliqua ad ejus habitatores; idem quippè verbum plantandi, & in eodem sensu usurpaverat Moyses in suo cantico. *Introduces eos*, filios Israel, ait, *& plantabis eos in monte hæreditatis tuæ. Tibi autem*

v. 2. v. 3. v. 5.

tem dabo, ut salves animam tuam in omni loco. At quandoquidem certus factus es, res tuas tibi ubique salvas fore, cavedum ne quæras te majora, puta Prophetarum officium, & potestatem arguendi Reges, & Sacerdotes, ac Principes populi, quo magnus appareas in oculis eorum: Recordare Moysis talia recusantis, & Jeremiæ dicentis in amaritudine animæ suæ: *Factus est mihi sermo in opprobrium, & in derisum tota die, & dixi: non recordabor ejus.*

Sup. 20. 8.

CAP. XXXXVI. v. 1. v. 2. *Et factum est verbum Domini ad Jeremiam Prophetam, ut prophetaret contra gentes, & contra Ægyptum, & contra exercitum Pharaonis claudi Regis Ægypti*. Geminam Ægyptiorum, & confœderatarum gentium cladem Jeremias hìc describit, alteram ad Euphratem in Charcamis, alteram in propria ditione à Chaldæis, multis post annis acceptam, quandò Nabuchodonosore duce Ægyptum invaserunt, ac devastarunt, & illuc profugos Judæos juxta superiorem Jeremiæ prædictionem malè multarunt, ea tamen calamitate afflictos Deus per Prophetam consolatur, libertatem, & ab exilio reditum promittens: *revertetur* inquit, *Jacob & requiescet, & non erit, qui infestet eum.*

Inf. v. 27.

v. 12. *Audierunt gentes ignominiam tuam, & ululatus tuus replevit terram, quia fortis impegit in fortem, & ambo pariter conciderunt*. Hæc ad primum bellum in Syria gestum pertinent, quo Ægyptii à Chaldæis adeò malè concidendos fore Propheta prædicit, ut cladis fama vicinas longèque dissitas regiones pervasura sit. Magnam profectò hominum stragem indicant illa: *Fortis impegit in fortem*, i.e. Ægyptius in Ægyptium & *ambo conciderunt*, dum omnes metu dissipati, qua cuique ad fugam patebat via certatim erumpunt, & conserto confusoque agmine se mutuò collidunt & prosternunt. *Vocate*

v. 17. *nomen Pharaonis perturbatorem & transferentem tempus*. Tum quia ante conditum tempus movit, & Judæorum atque finitimarum gentium terras invasit ac turbavit, tum quia capto per eam occasionem Rege Joachaz, & in Ægyptum traducto, constitutum eidem regnandi tempus interrupit, & con-

v. 18. traxit. *Vivo ego, dicit Dominus, Rex Sabaoth nomen ejus: si non cadet Pharao quasi fragmen montis, & sicut Carmelus in medium maris*. Hæc ad secundum bellum referuntur, quo Ægyptus vastata fuit à Chaldæis, & Rex interfectus est, cujus proindè casum rupi diffractæ, & in subjectum mare dissilienti comparat, & irreparabilem ruinam significat, & desperatam redintegrationem.

v. 20. *Ægyptus vitula formosa & picta*, i.e. pigmentis

A mentis venuſtata cute decora, vel ob circumciſionem à Patriarcha Joſeph acceptam, vel ob multiplicem & varium Deorum cultum à conſuetudine gentium introductum. *Vitulam* autem appellat, quod rerum omnium copia, & ſaturitate affluens in ſumma ſecuritate vitularum more laſciviret, ignara malorum à Chaldaico bello propè impendentium, quo ſenſu *vitulos* item *ſaginatos* vocat mercenarios ejuſdem milites. *Exercitus ab Aquilone veniet ſuper eam*. Secundam Chaldæorum contra Ægyptios expeditionem indicat, in priori enim Ægyptii Chaldæos in ſuis ditionibus invaſerunt. Chaldæos porrò per *Aquilonem* Jeremias & alii Prophetæ conſtantèr deſignant, quod reſpectu Jeroſolymæ, ut dictum eſt, eorum regio Borealis ſit. *Vox ejus terribilis quaſi ſer-* v. 22.
C *pentis reptantis, quoniam cum exercitu ibunt, & cum ſecuribus venient ei ſicut cæſores lignorum*. Chaldæi, quibus conſpectis Ægyptiorum mercenarii, quaſi vituli ſaginati, magis aſſueti deliciis, quàm ad militiam exerciti, fugam, non expectata hoſtis impreſſione, capeſſent. *Ecce ego viſitabo* v. 25.
ſuper Ammon aquarum. i.e. Alexandriam, *& conſumam te, & excindam*, ſicut
D cæteras Ægypti urbes, quarum ruinam latè deſcribit Ezechiel. *Poſt hæc habita-* v. 26.
bitur Ægyptus ſicut diebus priſtinis, i.e. poſt annos quadraginta, ut ex eodem Ezechiele conſtat. Prophetiam concludit, Ex. 1. 29.
Hebræis, & Ægyptiis felicem rerum converſionem prædicens, & reſtitutionem in ſtatum priſtinum, nec tamen qualem hactenùs habuerant ab omni externa dominatione liberum, Chaldæorum ſiquidem excuſſo jugo, Perſis, Græcis, ac Romanis
E poſthàc in multis ſervierunt.

CAP. XXXVII. v. 1.

C*Ontra Philiſtæos*. Mala Palæſtini à Chaldæis paſſi ſunt; quæcumque hoc loco illis comminatur Jeremias. Nabuchodonoſor quippe ſuperatis ad Charcamos Ægyptiis, ſequentibus annis gentes citra Euphratem poſitas, Judæos,
F Moabitas, Ammonitas adortus eſt, ac Palæſtinos, & ipſis confines Phænices, Tyrios & Sidonios, hiſque ſubactis, tandem Ægyptum invaſit, & occupavit, & Pharaone claudo interfecto, novum Ægyptiis dedit regem. Hinc patet quod ſupra notatum fuit, perturbatum eſſe prophetiarum ordinem & poſtrema primis præpoſita fuiſſe, quæ enim hìc Palæſtinis eventura dicuntur, Ægyptiorum ruinam antecedunt. *Ecce adducam ſuper te debel-* v. 2.

latores ab Aquilone : Babylonios designat : *Et erit quasi torrens inundans*, Chaldæorum multitudinem & impetum notat, atque Palæstinorum captivitatem ; solent namque torrentes subita alluvione obstantia quæque fragore impellere, & secum rapere. Hac porro ruina Tyrios, & Sydonios etiam opprimendos prædicit Jeremias, & prædixerat Esajas, eamdemque ad annos septuaginta duraturam. Tyri quoque obsidionem à Nabuchodonosore susceptam, & per annos tredecim continuatam amplè describit Ezechiel. *Vastavit Dominus Philistæos reliquias insularum Cappadocum*. Tales dicit Palæstinæ incolas, qui ex Cappadocia & vicini maris insulis profecti maritimam Palæstinæ oram sibi sedem optarunt: Philistæos namque ex Cappadocia venisse, docet Amos Propheta illis verbis: *Ecce ego ascendere feci Israel de Terra Ægypti, & Philistæos de Cappadocia, & Syros de Terra Kir*.

Esa. 23. 1.

Ezech. 25. 4.

Amos. 9. 7.

CAP. XXXVIII. v. 1.

ET *ad Moab hæc dicit Dominus exercituum*. A Palæstinis ad Moabitas transit, ipsisque, & finitimis Arabiæ populis impendentem à Chaldæis cladem verbis declarat, quam anteà facto portenderat, dum illorum Legatis ad Sedeciam missis, catenas futuræ servitutis symbola ostentaret, easque suis dominis perferendas offerret. Moabitarum porro ruinæ causam Ezechiel, & Sophonias referunt, ad eorumdem fastum, quo se super Dei populum in miserrimam servitutem eodem tempore redactum efferebant, & insultabant afflicto ; unde patet ista prædici Moabitis, postquam Israelitarum populus uterque, Samariæ, & Jerosolymæ, ab Assyriis ille, hic à Chaldæis subactus, dominationem, & libertatem ambo amiserant. *Væ super Nabo, quoniam vastata est, & confusa, capta est, & confusa est Cariathaim*. Duæ insignes Moabitarum Urbes, quas fortasse primas Chaldæi invaserunt, & exciderunt. *Non est ultra exultatio in Moab propter Hesebon*, nobilissimam illam Civitatem, cujus amplitudine & opulentia tantoperè gloriabantur Moabitæ. *Cogitaverunt contra eam malum dicentes : Disperdamus eam de populo* i. e. Ne populum habeat in posterum, sed maneat habitatore deserta. Hoc porrò dicent Chaldæi, & facient,

Sup. 27. 2.

Ez. 25. 8.

Soph. 2. 8.

v. 2.

A cient, quod ego Dominus fieri olim à Moyſe prohibui; Urbem itaque Heſebon, quam ille ſtare permiſit, iſti ſolo æquabunt. *Etiam ſilens ſilebis, ſequetur te gladius*, & ſuccidet te etiamſi taceas, nec jurgio aut convicio ad feriendum provoces. *Vox ululatus de Horonaim*, eo quod eodem tempore capienda & vaſtanda ſit. *Contritus eſt Moab, annunciate ululatum ejus pauperibus illius per aſcenſum Luith*. Moabiticæ gentis generalem captivitatem amplè diſtinctèque hoc loco Propheta deſcribit, & pauperes præſertim, quorum major inter captivos numerus, vocat ad fletum. Duos porro Clivos diſtinctè indicat, Horonaim ſcilicet, & Luith, quo ſignificet illàc turbam captivorum Babylonem fore deducendam. Utriuſque loci mentionem facit etiam Eſajas Moabitarum pariter captivitatem deſcribens. *Fugite & ſalvate animas veſtras*. Interim dum licet, ò Moabitæ, certum periculum fuga prævertite, *& eritis quaſi radix in deſerto*, inſtar neglectæ ſtirpis, vaſta in ſolitudine, extra teli jactum, & metum hoſtium. Hoc dicit, quia facile erat Moabitis in eremum ſibi contiguam, latiſſimeque patentem ſe recipere. *Quieſcentes Moabitæ ac tacentes in fæcibus ſuis, non fuerunt transfuſi de vaſe in vas*, i. e. de ſuis in alienas terras traducti non fuerunt, *idcirco permanſit guſtus eorum in eis, & odor eorum non defecit*. Sed ſervant adhuc collectas plurium ſæculorum labore divitias, quas tamen Chaldæis cogentur tradere, & inſupèr natale ſolum relinquere, & Babylonem tranſmigrare. *Confundetur Moab à Chamos*. Beelphegor ab Eſaia appellatur, Moabitarum Deus, cujus fanum Salomon conſtruxit, deſtruxit poſteà Joſias. Quoniam nec ſuis, nec ſibi prodeſſe potuit mutum & inanime ſimulacrum. *Deſcende de gloria*, quam in præſenti otio, & tranquillitate obtines, *& ſede in ignominia*, ad quam ex hoc honoris, & fortunæ faſtigio mox te dejiciet abjectiſſimæ ſervitutis opprobrium. Ad Dibon Propheta hæc verba dirigit inter Moabiticas urbes incolarum frequentia, & aquarum copia celebrem; ut ex Eſaia conſtat. *Quia vaſtator Moab*, Nabuchodonoſor, *aſcendit ſuper te, & vaſtavit omnia caſtella tua .. Abſciſſum eſt cornu Moab, & brachium ejus contritum eſt, dicit Dominus*. i. e. Deletis ab hoſte copiis, agriſque devaſtatis Moabitarum fracta eſt virtus, & potentia concidit, Deo jubente, idque ſtatuto

v. 3. v. 4. v. 5. Eſ. 15. 15. v. 6. v. 11. v. 13. Eſa. 15. 9. v. 18. Eſ. 15. 9. v. 25.

tempore ad effectum perducente. *Inebriate eum*. i.e. vos, ò Chaldæi affligite populum Moab, adeò ut ex vehementia doloris videatur à sensu alienatus insanire, quod ebriis accidere solet, *quia contra Dominum erectus est*. Hoc scilicèt, commeruit populus Dei contemptor. *Exagitetur in vomitu suo*. i. e. cum tormento viscerum suorum, quas malè hauserat, revomat opes. Exuendos nempe Moabitas prædicit divitiis, quas ex multarum gentium spoliis congregaverant, sibique reconditas habebant: quare ex causa dolebunt, quod ablata sibi videant quæcumque rapuerant, & ambabus malis expletis vorârant. *Numquid non fuit in derisum tibi Israel, & inter fures inventus est, quando pugnabas cum illo?* Causam captivitatis explicat Moabitis Jeremias, quam suprà indicavimus ex Ezechiele & Sophonia; quod scilicèt plurimum sibi arrogarent, & populum Dei aspernarentur; quin etiàm de ejus calamitatibus triumpharent. Sensus ergo est: Non fuit, populo Moab, cur Israeli transmigranti insultares, aut ejus ruina gauderes. Num ille tuas ditiones invasit aut latrocinia ibidem exercere deprehensus est? ut non sine causa ei bellum antea intuleris, tibique posteà de ipsius interitu gratulareris? *Relinquite civitates & habitate in petris, habitatores Moab*. Ostendit Moabitas in eas angustias redactum iri, ut relictis civitatibus campestribus, & planioribus aditu locis, inaccessas rupes petere necesse futurum sit, & latibula qnæritare salebris & anfractibus impedita. *Audivimus Principes Moab, quia se magnificant valdè, magnificentiam, & superbiam, & altitudinem cordis eorum ego scio, ait Dominus*. Eadem ferè habet Esajas, utriusque Prophetæ idem scopus, ut Dei æquitatem in puniendis Moabitis doceant, æquum nempè fuit superbos deprimere, & in alienis miseriis exultantes miseros facere. *Propter hoc super Moab ejulate, & super Moab universum*, quoniam non ex parte, sed ex toto perdendum prævideo, sic ut post excidium vix superaturæ sint reliquiæ, quod Esajas illis verbis expositi: *Ignominia afficietur gloria Moab super multitudine populi sui, & relinquetur parvus & modicus*. *De planctu Jazer plorabo tibi vitis sebama*. i. e. Majori adhuc planctu quàm quo urbis Jazer casum flevi, flebo tuum, civitas Sebama. *Propagines tuæ transierunt mare, & usque ad*

v. 26.

v. 27.

v. 28.

v. 29.

v. 31.

v. 32.

A *mare Jazer pervenerunt*. Eadem prædicit Eſajas eandem uſurpans comparationem. Ambo Prophetæ urbis Sebamæ caſum plangunt, & meritò plangendum oſtendunt à præſenti ejuſdem felicitate, quæ ſequentem miſeriam magis exaggerat. *Propagines ejus*, inquit Jeremias, i. e. habitatores ejus alii negociationi operam dantes mare trajecerunt, alii agriculturæ dediti ſegetes & vineta ſua uſque ad fines Jazer produxerunt. Talis fuit Sebama in abundantia ſua, nunc verò converſo rerum ſtatu deſerta ſqualet. *Et ablata eſt* v. 33.
lætitia de Carmelo, neque poſthàc cantabunt Johoi Johoi. Celeuma eſt quod torcularibus muſto plenis uſurpant vinitores. Horum nempè maxima erat copia in ſuburbano Sebamæ, ut ex ſupradictis colligitur. Carmelum porrò non Palæſtinæ montem intellige, ſed ipſam urbem Sebamam Carmelo loci amœnitate & ubertate agrorum perſimilem. *De ejulatu He-* v. 34.
ſebon uſque ad Eleale, & Jaſa, dederunt vocem. i. e. capta Heſebon urbe frequentiſſima habitatores excidium ejus triſti cum vociferatione plorabunt, indeque fugientes omnia circum loca uſque ad cognatas urbes Eleale & Jaſa ſuis involvent gemitibus. Similitèr incolæ Segor patriæ ſuæ luctum circumferent uſque ad oppida Horonaim & pagos Ales. Hìc Eſajæ veſtigiis inſiſtens Jeremias perſequitur Moabiticarum urbium cladem, & indigenarum communem luctum, dum ex altera ad alteram civitatem profugi ſuum cives dolorem communicant. *Defecerunt aquæ Nemrim*. Non aquas defecturas dicit, nec enim defecerunt, ſed earum uſum, cui enim utiles forent, dum terra, habitatoribus alio tranſmigrantibus, deſerta & inculta ſqualeret? Simul inſinuat ſublatam Moabitis omnem ſalutis ſpem, velut ſiccatis fontibus, i. e. deſtructis idolis, dirutiſque eorum delubris, undè ſui ſtatus felicitatem manare credebant: nam & hoc ſæpè repetit Propheta, quo manifeſtam faciat populo gentili ſuorum idolorum vanitatem, ſuorumque Principum ſtultitiam, qui talibus Diis ſalutem publicam committerent, eorumque virtute tutam fore crederent. Idcircò ſubdit: *Et auferam de* v. 35.
Moab, ait Dominus, offerentem in excelſis, & ſacrificantem Diis ejus. Propterea cor v. 36.
meum ad Moab quaſi cinara loquetur: quia mala fecerunt & perierunt. Omne enim v. 37.
caput calvitium, & omnis barba raſa erit: in cunctis manibus planctus. Malè ſcilicèt, quæ populo Dei, vel intule-

runt,

runt, vel precabantur, ipsi patientur, quum plurimis ab hoste cæsis, reliqui in captivitatem ducentur. Ideò quæ in magno luctu fieri solent, capillum omnem deponent, manu manum plangent,
v. 38. saccos induent, & *super omnia tecta Moab, & in cunctis plateis ejus plangor, quoniam contrivi Moab, sicut vas inutile, ait*
v. 40. *Dominus.. Hæc dicit Dominus: Quasi Aquila volabit*. Babylonius Nabuchodonosor, quem hoc eodem Symbolo designat
v. 41. Ezechiel. *Et extendet alas suas ad Moab. Capta est Carioth, & Mesaroth subjugata est*. Urbes videlicet, communi excidio superstites, quibus captis, ac dirutis,
v. 42. *peribit Moab à populo*. i. e. abductis, dispersisque incolis, *peribit Moab à populo*. i. e. desinet esse & vocari populus.
v. 43. Quia elevatus est contra Dominum, idcircò *pavor & fovea, & laqueus super te Moab*. Multiplicem vexationem prænunciat, quam idcircò diversis Symbolis
v. 45. laqueorum, & fovearum explicat. *Ignis egressus est de Hesebon & flamma de urbe Seon, & devorabit faciem Moab*. i. e. ejus optimates, vel urbes pulcherrimas, &
Jos. 19. 19. Principes filiorum Scieon, quem Josue filius Nun cujusdam tribus Principem
v. 46. fuisse innuit. *Væ tibi Moab, ac terræ tuæ*, scilicèt, quæ Amorrhæi ab Hebræis
D passi sunt olim, hodie à Babyloniis feres. *Et convertam captivitatem tuam in*
v. 47. *novissimis diebus*. Postquam de ejus captivitate loquutus est, hæc postrema subjecit de ejusdem reditu, quem etiàm Esajas prædixerat, reditum porrò Propheta uterque intelligit soluta captivitate ad natale solum reversionem qualem Judæis ambo prophetæ promittunt, vel ad Chri-
E sti fidem reductionem, nam utrumque Moabitis, & Judæis obtigit, primum quidem post Chaldaici imperii occasum, secundum post fundatam Christi Ecclesiam.

CAP. XXXXIX. v. 1. AD *filios Ammon hæc dicit Dominus*. Quinque Gentibus excidium & vastitatem denunciat hoc loco Jeremias, Ammonitis, Idumæis, Damascenis, Cedaritis, & Elamitis, quas à Chaldæis Nabuchodonosore duce profligandas & excidendas prædicit. *Numquid non filii sunt Israel, quoniam hæreditate possedit Melchom Gad?* Melchom Ammonitæ

monitæ Deum ſuum appellant, & ſuum Sidonii Baal, idem ferè utrumque vocabulum ſignificat, nempè Regem, Dominum. Deum porrò Ammonitarum pro ipſis Ammonitis Propheta aſſumit, & Gad pro Gaditarum hæreditate, quam citrà Jordanem ad radicem montium Galaad poſſidebant cum Rubenitis, & Manaſſenitis. Quum igitur tres iſtæ Tribus ab Aſſyriis à Chananitide in Mediam tranſlatæ fuiſſent, deſertas à ſuis habitatoribus provincias occupaverant vicini Ammonitæ, quin & Aſſyrios primum, deindè Chaldæos ad perdendas reliquas Iſraelitarum Tribus fortè juverunt, certè, id enim ex Prophetis conſtat, in earumdem ruina exultârunt. Quæ duæ cauſæ fuerunt, ob quas Jeremias, Ezechiel, Amos, & Sophonias, quæ hìc deſcribuntur calamitates denunciant Ammonitis, ut quoniam quidē contrà fas invaſiſſent alienas terras, ſuas etiàm amitterent, & qui miſeros irriſiſſent, ipſi ſe flerent. *Et auditum faciam ſuper Rabbath filiorum Ammon fremitum prælii*. Chaldæorum invaſionem ſignificat, & indè ſequuturam Ammoniticæ Reipublicæ ruinam prædicens, in primis Rabbath urbem Regni caput in tumulum redigendam; & cætera minora oppida ſubjectis flammis in cineres abitura. *Et poſſidebit Iſrael poſſeſſores ſuos*. i. e. poſt ſuum à Babylonica captivitate reditum, quandò Judæam univerſam recuperabit, & Ammonitidis partem poſſidere incipiet. Verum hunc eſſe loci hujus ſenſum exitus ipſe declaravit; nam & Judæi ſoluta captivitate ad ſua redierunt, & poſt reditum non modò Ammonitarum, ſed & Moabitarum, & Philiſtæorum terras ex parte ſibi ſubjugarunt. Nihilominùs multo congruentius in Eccleſiam quadrant, quæ primum ex Judæis coaluit, quandò ut Eſajas diſertè prædixerat, Apoſtoli & diſcipuli Domini non modò Ammonitas, ipſiſque confines populos ſibi obſequentes habuerunt, ſed omnes gentes, & orbem terrarum univerſum Chriſti Regno adjunxerunt. Conſequenter dicendum eſt, eodem tempore perfectè completa fuiſſe, quæ Jeremias hîc de Ammonitarum, Moabitarum, Ægyptiorum, & aliarum gentium à Chaldæis victarum, reſtitutione ſubtexit. *Ulula Heſebon, quoniàm contrita eſt Hai*, quam putabas in poteſtatem Chaldæorum nunquàm venturam. Hai Ammonitarum urbs erat, alia proindè ab ea, quæ Hjerico proxima portio erat terræ Iſraelitis pro-

v. 2.

v. 3.

missæ, & à Josue capta illis tradita fuit. Ergò Propheta proposita hujus munitissimæ Ammonitarum urbis ruina, Moabitis, ad quos pertinebat Hesebon nobile oppidum similem cladem præsagit. *Clamate villulæ Rabbath*, vrbs fuit Ammonitarum: *accingite vos saccis, plangite, collidite vos invicem*, quia undecumque vobis Babylonii imminent, & Melchom Deus vester, vos & sua fana deseruit, ipse cum suis sacerdotibus in
v. 4. captivitatem ductus. *Quid gloriaris in convallibus tuis, & confidis in Ulunaic* i. e. in planitiis & hortis deliciarum tuarum, *filia dilecta, quæ confidis in thesauris tuis, & dicis: quis veniet contra me*. Etiàm venient à cunctis circa regionibus potentissimi hostes, quorum conspectu exanimati filii tui fugam capessent, nec tamen invenient, qui hospitio excipiat fu-
v. 6. gientes. *Et post hæc reducam captivitatem filiorum Ammon, dicit Dominus*. i. e. post annos septuaginta. Hunc sci-
Sup. 25. 11. licèt captivitati terminum Jeremias suprà definit. *servient*, inquit, *omnes gentes istæ*, Ammonitæ videlicèt, Moabitæ, Palestini, Phenices, & ipsi Judæi Regi Babylonis septuaginta annos. Confundit autem Deus populum suum cum gentibus, quia illis similes se fecerant, colendo ipsarum Deos & mores imitando.
v. 7. *Contra Idumæos: Hæc dicit Dominus*. Esau cognomento Seir, & Edom Idumæorum pater fuit, qui relicto natali solo secessit in montes Ægypto, & Chananitidi interjectos. Ejus deinceps nepotes numero & viribus aucti indigenas Horræos indè pepulerunt, fixoque ibi domicilio parentis nomen loci & gentis proprium fecerunt. Illorum itaque montium incolas hîc alloquitur Jeremias, & quam Ammonitis atque Moabitis eorum confinibus prænunciaverat, captivitatem denunciat, eamque inevitabilem, idcircò subdit: *Numquid non ultrà est sapientia in Theman?* Est utique, sed non est prudentia contra Dominum, eodemque adversante *periit consilium ab intelligentibus*,
v. 8. ut nulla deinceps viris etiàm callidissimis salutis expediendæ ratio suppetat. *Ergò fugite & terga vertite* Chaldæis in terras vestras jam incumbentibus. *Et in profundum descendite ad habitandum habitatores Daron*. Perpetuum speraverant Daronitæ ocium, neque præviderant, se quoque ruina opprimendos eadem, quæ filios Esau obtriverat. *Si vindemiatores venissent*
v. 9. *super te, nonne reliquissent racemum? Si*
v. 10. *fures in nocte rapuissent, quod vellent sibi*:

Ego

A *Ego vero ſcrutatus ſum Eſau, revelavi abſcondita ejus*. Ipſum hoc Idumæis Abdias Propheta denunciat. q. d. Chaldæi, quos ego ad vaſtandam Idumæam miſſurus ſum, nec fures nocturni ſunt, nec vindemiatores, iſti enim racemos ſicubi latent, relinquere ſolent, nec intimos ædium receſſus pervadunt, rebus obviis, & quas ſors obtulerit, contenti. Chaldæi contra incredibili
B cum aviditate & contentione in ultima domorum conclavia penetrabunt, recludent clauſa, & involuta evolvent, & ſecreta rimabuntur. *Relinque pupillos tuos,* v. 11. *ego faciam eos vivere, & viduæ tuæ in me ſperabunt, & ego alam eos*. Hoc dixit, quo peccatores intelligerent peccati ſui pœnam eſſe eam calamitatem, quæ proindè innocentes eſſet præteritura. Patet enim ſermonem eſſe de filiis & uxoribus
C militum, qui Chaldæorum ferro caſuri erant, adeoque ratum manere, quod per Ezechielem edicitur: *Anima, quæ peccaverit, ipſa morietur: filius non portabit iniquitatem patris, & pater non portabit iniquitatem filii.. Ecce quibus non erat* v. 12. *judicium ut biberent calicem, biberunt, & tu ſperaſti, quod immunis futurus ſis?* Nequaquam immunis eris. q. d. Si filii Juda
D Daniel, & Ananiæ ſocii, atque Ezechiel, quibus nulla inerat culpa, cui pœna deberetur, calicem bibere captivitatis, hunc nihilominùs biberunt. Quid? tun' Idumæorum populе criminum multorum reus confideres, te communem ſociorum pœnam minimè laturum? feres utique, & calicem Ammonitis, & Moabitis, atque Judæis propinatum certiſſimè hauries. *Nunciuin* v. 14. *audivimus à Domino, & legatus miſſus*
E *eſt ad Gentes*, ad Babylonios inprimis, qui Nabuchodonoſorem Regem ad invadendos Idumæos ſollicitet. *Si inter aſtra* v. 16. *poſueris nidum tuum*, i. e. ſi altiora altiſſimis montibus ſpatia quaſi Aquila ſupervolaveris, *indè detraham te, dicit Dominus*: Hoc dicit, quia Idumæorum Regio montibus editiſſimis & inacceſſis rupibus muniebatur, hiſque munimentis confiſi exF ternam quamcumque vim non multum formidabant. *Ecce quaſi leo aſcendet de for-* v. 19. *titudine Jordanis* Nabuchodonoſor potentiſſimus Rex, qui ſubactis munitiſſimis citrà ultràque Jordanem oppidis, Daron alio nomine Theman Idumæorum Regionem invadet. *Quis enim ſimilis mei? aut quis conteſtabitur me*. q. d. comparem non habeo, nec adverſarium, qui conteſtata lite mecum contendat, quaſi non ex jure & juſto cogitem, & agam adver-

sus Edom, & habitatores Theman, quoniam tradidi eos *parvulis gregis*, i. e. viliſſimis Babylonii exercitûs militibus Babylonem raptandos, & inſuper *diſſipavi cum eis habitaculum eorum*. i. e. habitatoribus montium Seir partim interfectis, partim in captivitatem abductis, ipſos montes in ſolitudinem & vaſtitatem redegi. *A voce ruinæ eorum commota eſt terra & vox ejulatus ejus audita eſt in mari rubro*. i. e. Altus pereuntium clamor Rubri maris littora implevit. Nec enim ab eo mari multum diſtat mons Seir, in quo Idumæi pulſis, ut dixi, Horræis conſederunt. *Ecce quaſi Aquila aſcendet* Rex Babylonis, *& expandet alas ſuas ſuper Boſor*. Urbs fuit Regum Idumæorum ſedes, quam à Nabuchodonoſore capiendam prædicit, & cum cæteris minoribus oppidis ſolo æquandam. *Et erit cor fortium Edom in illa die ſicut cor mulieris parturientis*, adeò nullæ vires, nulla conſilia afflictis ſuppetent, aut patebit aditus ad evadendum certum captivitatis periculum, ſed quod parturienti mulieri accidere neceſſe eſt, ut fœtum emittat, aut eo retento ambo pereant, ita Idumæis contingere ratum eſt, ut vel ſuis ſedibus excedant, vel in iis manentes earumdem ruina obruantur. *Ad Damaſcum. Confuſa eſt Hemoth, & Rophod*. Quæ ergò hîc attexuntur ad Damaſcenos populoſque ipſis ſubjectos pertinent, communi ſupradictarum Gentium ruina opprimendos. *Hemoth, & Rophod* duæ ſunt urbes Damaſco confines, & olim ſubjectæ. Utriuſque ſimul meminit Eſajas, & Zacharias interminis Damaſci Emath fuiſſe, diſertè affirmat. *Confracti ſunt, quia audierunt auditionem peſſimam* illarum habitatores, vulgato rumore adventare Regem Babylonis. *In mari timor ejus*. Suus Damaſcum in pelagus dejecit metus, ſimilis eſt naufraganti, quem periculi præſentis timor, & iſtud evadendi diſperatio; ſimul premunt & agitant, ut nequeat quieſcere. *Diſſoluta eſt Damaſcus, verſa eſt ad fugam: Quomodo non eſt dimiſſa civitas laudis, urbs lætitiæ?* Mirum profecto eſt, quod in Dei civitati incolarum frequentia, magnificentia ædificiorum, & jucundiſſima loci amœnitate celeberrimæ minimè peperceritquin hoſtibus immaniſſimis traderet, & inſuper flammis addiceret. *Cadent juvenes ejus in plateis ejus, ait Dominus. Et ſuccendam ignem in muro Damaſci, & ſuccendet palatia Bar-Hadad*. Palatia ſeu arces vocat ædificia, quibus Bar-Hadad antiquus Damaſcenorum Rex urbem, ſuamque

℣. 21.

℣. 22.

Eſ. 30. 19. Zach. 9. 2.

℣. 24.

℣. 25.

℣. 26.

℣. 27.

que regiam ornaverat. Hoc ipsum incendium Deus per Prophetam Amos Damascenis fuerat comminatus, dicens: *Mittam ignem in domum Azael, & devorabit domos Bar-Hadad.* Porrò tristi huic vaticinio Regis Bar-Hadad mentionem inseruit, vel quia regiæ domus ruina totius regni excidium significare voluit vel ut doceat ejusmodi pœnam sustinere Syros proptèr damna, quæ Azael, & uterque Bar-Hadad ipsorum Reges Israelitis intulere, & in libris Regnorum distinctè narrantur. *Ad Cedar, & ad Regnum Azor, quod percussit Nabuchodonosor Rex Babylonis, hæc dicit Dominus: surgite & ascendite ad Cedar, & vastate filios Orientis.* Cedareni Arabes sunt Abrahæ ex Hagare nepotes. Cedar enim filius Ismaelis fuit, cujus posteri filii Orientis dicuntur, eo quod deserta posita ad orientem terræ promissæ occuparent. Nec agros colebant, nec ædificabant domos, sed incertis sedibus, quo pascendi pecoris necessitas ferebat, vagabantur. Cedarenis hîc jungitur Asoritarum populus, utrosque namque, eodemque tempore Nabuchodonosor posteà invasit, & vastavit. *Et clamabunt super eos, provocantes.* Asoritas designat, qui congregato exercitu Arabibus gentilibus suis succurrere conati sunt, quamobrem Babylonios vehementèr provocarunt. *Et dispergam eos in omnem ventum omnes attonsos coma. Et erit Asor habitaculum Draconibus in sæculum.* Exitus prophetiam declarat: Chaldæi namque Ægyptum petentes intermedias Arabum solitudines pecorum & armentorum divites depopulati sunt, & incolas dissiparunt: eadem nihilominùs deserta postmodum Chaldæorum metu libera suos habûere, & nunc habent, habitatores Arabes, antiquorum illorum Cedarenorum & Asoritarum moribus viventes. *Adversus Ælam.* Ælam Semi filius nomen urbi dedit, ab urbe subjecta provincia Ælimaides appellationem accepit, quam Daniel sitam fuisse indicat trans Babylonem, & Persidi contiguam. Ælamitarum porrò populum à Chaldæis opprimendum suprà dixerat Jeremias, ubi gentibus à Nabuchodonosore devastandis Ælamitas annumerat, eorumque ruinam Ægypti etiàm excidium consequuturum prædicit. Nabuchodonosor itaque vicina Babyloni Regna subjugavit, indèque progressus contrà Austrum Judæos, Idumæos, Ammonitas, & Philistæos subegit, postremùm invasit Ægyptum. *Ecce ego confringam arcum Ælam*

Amos. 1.4

v. 28.

v. 29.

v. 32.

v. 33.

v. 34.

Dan. 8.

Sup. 25.25.

v. 35.

caput

caput fortitudinis eorum, innuit Ælamitas sagittandi arte insignes fuisse, quare non mirum eos in hoc armorum genere spem suam & gloriam posuisse. *Et adducam super Ælam quatuor ventos à quatuor plagis Cœli*. Ventos appellat Chaldæorum & confœderatarum Gentium exercitus, à quibus ex omni parte invadendos Ælamitas significat, & in omnes mundi plagas dispergendos. *Et ponam solium meum in Ælam*. i. e. solium Regis qui meo jussu filios Ælam subiget, & dissipabit. *Et in novissimis diebus reducam captivitatem Ælam*. Anno videlicèt à captivitate Judæorum septuagesimo, quandò Cyrus everso Chaldæorum imperio captas dispersasque ab illis gentes suis singulas sedibus restituit. Quæcumque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, divinus dicit Paulus. Spiritus itaque Jeremiæ & cæteris Prophetis literis mandare præcepit tot nobilissimarum gentium captivitatem, & subsequutam in pristinum restitutionem quo velut in imagine descriptam subjiceret oculis nostris nostri generis sub Diaboli potestate servitutem & divinam Christi dispensationem morte sua nostram salutem operantis. Insuper admonemur, neminem debere conqueri de Dei justitia, & æquitate, siquid adversum aliquandò delinquens patiatur, sed continuò recogitare quanto severius ille egerit adversus integras nationes, & Prophetam monentẽ auscultare: *Servite Domino in timore, & apprehendite eum in tremore, quoniam adhuc modicum & exardescet ira ejus*.

v. 36.

v. 38.

v. 39.

Ps. 2. 11.

CAP. L. *Sermo Domini contra Babylonem & contra terram Chaldæorum: Capta est Babylon, confusus est Bel, & pudore suffusus est Merodach*. Non ista inanimata simulacra, sed eorũ Sacerdotes & cultores, erubuerunt, & pudefacti sunt. Quandò à Medis, & Persis victi sensere suum in colendis talibus numinibus studium inutilitèr locatum fuisse. *Et in tempore illo dicit Dominus: Filii Jsrael, ipsi & filii Juda simul ambulabunt, & flebunt*, non præteritam captivitatem, qua liberos se gaudebunt, sed suorum majorum idololatriam, & Dominum Deum suum quærent, non facta à suis Regibus numina: *Et de viis Sion interrogabunt vultibus suis*, i. e. oculis conversis ad locum, ubi Jerosolymã positam esse norunt, viamque illùc ducentem

v. 1.

v. 2.

v. 4.

tem à quibuſque obviis diſquirent. Tune ſe mutuò adhortabuntur ad proſequendum cœptum iter dicentes; *Venite jungamur Domino, quia fœdus ſempiternum oblivione nequaquam delebitur*, ſed promiſſiones patribus noſtris factæ, ratæ manebunt in ſempiternum, ſed & divinitus inſpiratæ Prophetis oracula complebuntur. *Grex perditus factus eſt populus meus, erravit*, captivus ſerviit per annos ſeptuaginta: *Paſtores ejus illum errare fecerunt*, ſive Reges qui Dei populum per alienas terras vagari coëgerunt, vel mali & impii Samariæ, & Jeruſalem Principes, qui populum ad montes ad delubra Deorum modò ducebant, modò ad nemoroſos colles, & ſacros idolis lucos. *Et oblitus eſt cubilis ſui. Quicumque invenerit illum devorabit eum, & hoſtes ejus dixerunt: non dimittamus eum, quia peccavit Domino, & habitaculo ejus ſancto.* Captivitatis cauſam indicat fuiſſe populi à Deo ſuo defectionem, templique violationem. Populus namque ſuorum regum errore ſeductus, Dei domum, imò proprias ædes idolorum cultu profanavit, deindè externarum gentium jugo ſubjectus, & imbutus moribus, antiquæ religionis memoriam obliteravit, recenteſque Deos, quos non cognoverant patres ejus, coluit. Quod quidem Jeremias filiis Iſrael, & Juda ſuprà prædixit illis verbis: *Sicut dereliquiſtis me, & ſerviſtis Deo alieno in terra veſtra, ſic ſervietis alienis in terra non veſtra.* *Fugite de medio Babylonis, & de terra Chaldæorum egredimini.* Ad filios Juda ſermo eſt. Babylone ocyus migrate, & Chaldæorum finibus confeſtim excedite, ſodales etiàm & ſocios ad fugam adhortamini & ſollicitate. *Ecce aſcendere faciam ſuper Babylonem congregationes multarum gentium à terra Aquilonis*, Medos, Ælamitas, & Perſas, ipſorumque ditioni ſubjectas Nationes. *Et fiet terra Chaldæorum in direptionem, ut lætemini & exultetis vos, Caput hæreditatis meæ, & ſaliatis ſicut vituli Paſcales, & ſicut arietes gregis exiliatis gaudio*, conſpecta Babyloniorum ruina. *Inſtruite aciem contra Babylonem, jacite ſagittas contra illam, jaculis nolite parcere.* Medos & Perſas alloquitur, quia gladius *Jonum veniet ſuper eam*. q. d: Vos modo, Medi & Perſæ, Chaldæorum imperium ejuſque ſedem Babylonem ſubvertite, reliquias poſteà delebunt Græci. Græcorum irruptionem deſignat, qui duce Alexandro ſub Dario IV. Aſiam ingreſſi Perſas quidem imperio ſpoliârunt, Chaldæos verò

A
B
C
D
E
F

v. 5.
v. 6.
v. 7.
v. 8.
v. 9.
v. 10.
v. 11.
v. 14.
Supr. 5. 19.

vehe-

vehementèr afflixerunt, omnemque veteris illorum gloriæ memoriam obliterarunt. ℣. 17. Babylonem verò funditùs diruerunt. *Ovis errans Iſrael, leones eum errare fecerunt.* i. e. Exterarum gentium Reges, primus Taglathphalaſſar Aſſyrius, qui filios Ruben, Gad, & Manaſſis tranſtulit, alter Salmanaſar ejus ſucceſſor, qui reliquas tribus è ſuis ſedibus expulit. Tertius Chaldæus Nabuchodonoſor qui templum deſtruxit, & filios Juda & Benjamin abduxit Babylonem. Error itaque filiorum Iſrael & Juda fuit, ipſorum captivitas, quandò natale ſolum deſerere, & per ℣. 28. alienas terras errare coacti ſunt. *Vox fugientium, & eorum, qui evaſerunt de Babylone, ut annuncient in Sion ultionem Domini Dei noſtri, & ultionem templi ejus.* Vox eſt Judæorum, qui rem Gentibus ignotam ex oraculis Prophetarum didicerant, ipſi ſiquidem ſoli ſciebant Babylonis excidium, & Chaldaici imperii ruinam facta fuiſſe in ultionem Domini Dei ſui, & ultionem templi ejus. Indicat ergò plurimorum fugam, undè factum, ut ℣. 44. aliqui in Judæam uſque pervaſerint. *Ecce quaſi leo aſcendet de robore Jordanis ad habitaculum Ethan.* Darii Medi Babylonem invadentis ferociam & impetum declarat comparatione leonum, quos ex vicini Jordanis ſilvis in caulas Paſtorum vallis Ethan frequentèr irruere Judæi, ad quos ſermo eſt, benè norant. Utitur autèm Jeremias hac ipſa comparatione ſuprà, ubi Supr. 49. 19. Chaldæorum in Idumæam irruptionem deſcribit eiſdem ferè verbis.

CAP. LI. *Fecit Dominus, quæ cogitavit adverſus* ℣. 12. *Babylonem. Quæ habitat ſuper aquas* ℣. 13. *multas, multi theſauri tui, venit finis tuus, & confirmata eſt plaga tua.* *Aquas multas* dicit vel Euphratem flumen magnum, quod civitatem interfluit, vel militares copias, quibus abundabat. ℣. 14. *Juravit Dominus per animã ſuam, quia replebo te hominibus, quaſi brucho, & cantabunt ſuper te dicent houoi houoi.* Medis & Perſis, qui locuſtarum in modum multitudine obruent te, & ſicut uvarum calcatores ſe mutuò cohortabuntur ad conterendos intra te cives tuos, quaſi incluſos in torculari botros, ſibi mutuò accinentes ℣. 25. celeuma illud conſuetum houoi houoi. ℣. 26. *Ecce ego ad te Mons corrumpens, ait Dominus, qui corrumpis univerſam terram: levabo manum meam ſuper te, & dejiciam te de petra,* qua ſublimis aſſurgis, ſoloque adæquabo te, & *faciam*

A *ciam te in lapidem combustum, & non tollent de te lapidem in angulum, & lapidem in fundamentum*. i. e. Perdam te prorsus & ruinas tuas ipsas reddam inutiles, sicut tuorum tibi nullus superet, qui ad instar anguli collectas civium reliquias conjungat, vel ad instar fundamenti fortunam tuam, spemque sustineat. Babylonis ergò irreparabile excidium significat, quod à Medis cœptum sub Macedonum imperio completum est, quando campus Senaar, ubi Babylon illa magna assurgebat, in clausum ferarum conversus est. *Annunciate contra illam regnis Ararat, & Armeniis, & Aschenez*. Populis, qui Carducos montes incolunt, & eorum confinibus Armenis, ac Scythis, viris fortissimis, qui Medos in eo bello sequuti sunt. *Cursor contra cursorem curret, & nuncius contra nuncium ad annunciandum Regi. quod capta est Babylon*. Babyloniorum describit trepidationem conspectis ex improviso intra muros Medis, quos soluta obsidione recessisse credebant, atque urbis amplitudinem, ut cursoribus opus fuerit, qui captam Regi præsenti nunciarent. Sensus est, Medis Babylonem jam occupantibus, plures discurrent nuncii certatim, ut fit in rebus summi momenti, urbis casum ad Regem & Magistratus relaturi. *Babylon enim sicut area, maturis plena aristis, cujus advenit tempus trituræ*, trituram dicit Balthassaris, & ejus militum cædem; *& adhuc modicum, & veniet vindemia ejus*, tempus excidii ejus. *Quomodo capta est Aresckita gloria universæ terræ*. Aresckita est Malleus. Malleum porrò vocat Chaldæorum populum, cujus opere Deus reges, & gentes benè multas castigaverat, & contuderat, nunc verò quandò nec Deo, qui ipsos ad eam gloriæ altitudinem extulerat, gratos se esse probabant, sic, ut nec illum se nosse faterentur, sibique traditas ab eo nationes tractabant duriter & asperè, quum contrà oporteret victis parcere, & clementiam subjectis exhibere. Propterea non immeriti plectuntur malleo Chaldæo, Deo vastatarum gentium injurias, imoverò templi sui violationem, populique captivitatem vindicante, & Babylonios inprimis ad pœnam reposcente præcipuos tantorum malorum auctores. *Et visitabo Bel Babylonis, & extraham de ore ejus placentas ejus quas voravit*. *Bel* antiquissimus Chaldæorum Deus fuit, quem Babylonii magnâ cum religione venerabantur, velut urbis suæ conditorem. Et quoniam in ejus ædem Na-

v. 27.

v. 31.

v. 33.

v. 41.

v. 44.

buchodonosor præter multarum gentium manubias etiam vasa templi Jerosolymitani intulerat, hæc ipsa minatur Deus, *se ex ejus ore*, i. e. fano extracturum. Quod & factum est Medis & Persis, capta urbe, publicas & privatas ædes depopulantibus, atque Beli delubrum celeberrimum & ornatissimum avidissimè diripientibus. *Egredimini de medio ejus populus meus*. *Nè frangatur cor vestrum, neque timeatis rumorem, qui audietur in terra in anno illo, & post hunc annum rumor, & rapina in terra, & præfectus contra præfectum*. Propheta ut suprà iterùm admonet populum suum, ut quoniam certus instaret Babylonis interitus, indè se ad loca tutiora recipiat, nec ideò de sua liberatione desperet, vulgato Medorum adventu, sed intelligeret omnia ista ad ipsius salutem divinitùs disponi. Veniet, inquit, nuncium eo anno referens casum Babylonis, Balthasaris interitum, & regnum ad Darium Medorum fuisse translatum; & post annum aliud nuncium, regnare Cyrum; & captivitatis solutionem, captivorumque reditum decrevisse. Interim verò dum hæc agitantur, antequàm ad exitum veniant, perturbato belli rumoribus Reipublicæ statu, *erit rapina in terra*, i. e. paupere res potentiorum præda fient, & *præfectus contra præfectum insurget*, dum populi Principes alii Babyloniis, Persis alii student. Prophetæ ergò scopus est idem, qui Domino fuit discipulos ad futurum suum adventum, signaque illum præcedentia trepidos animanti: *Nolite*, inquit, *terreri, sed his fieri incipientibus, confortamini, levate capita vestra, ecce enim appropinquat redẽptio vestra*. Nunquàm enim propior fuit salus Judæis, quam, quum præsenti Babylonis ruina se pariter oppримendos putabant.

v. 45.
v. 46.

A
B
C
D
E
F

EJUS-

ܐܬܐ

ܕܡܬܝܗܒ ܒܬܪ ܐܢܫ ܒܥ ܠܡܬܟܠ

ܘܠܐ ܡܫܟ.

ܘܡܚܐ ܘܐܡܪ ܠܐ

ܐܝ ܐܢ ܐܬ ܒܥ ܠܡܬܟܠ

ܐܝ ܐܢ ܐܬ ܒܥ ܠܡܬܟܠ ܘܐܡܪ ܠܐ

CAP. III.

IN inuovatione diluculi multiplicabitur fides. i. e. In salute ipsis obventura; *Diluculum* enim salutem vocat. *Beatus vir, qui portaverit jugum tuum in adolescentia sua.* Hìc mysterium docendarum gentium in sua doctrina adumbrat. *Jugum* appellat conversationem sanctam. *Et sedebit solitarius, & tacebit.* i. e. In cœlibatu & solitudine. *Ponet in pulvere os suum.* Mysticè designat abstinentiam à cibo, *quoniam est spes.* i. e. retributio talibus, & spes reposita in Cœlo, & non in terra hæreditatis illorum. *Dabit maxillam suam percutienti se.* i. e. illud: *Si quis te percusserit in dextera maxilla tua, præbe illi & alteram.*

v. 13.
v. 27.
v. 28.
v. 29.
v. 30.
Matth. 5. 49.

A
B
C
D
E

S. PATRIS NOSTRI
EPHRAEM SYRI
IN
EZECHIELEM PROPHETAM
EXPLANATIO.

A PRophetavit Ezechiel eo tempore, quo captivi Babylone detinebantur Judæi, fecitque vaticinandi initium ab anno quinto à captivitate Joachin Regis Juda: poſtquàm Judæi iterùm à Chaldæis victi, adducti ſunt Babylonem, & ipſe Ezechiel illùc migrare compulſus eſt. Ibì ergò trigeſimum agens annum ad munus propheticum vocatus, eodem functus eſt per annos viginti. Quarè ſupputatione facta, annis ferè quadringentis ſeptuaginta ſeptem Chriſti adventum anteceſſit. *Schol.*

B

ET *factum eſt in anno trigeſimo, in quinta menſis quarti. Et ego eram in medio captivorum juxta fluvium Cobar; & aperti ſunt Cœli, & vidi viſionem Dei.* i. e. Quarto labente jam menſe, quem proprio nomine *Thammuz* appellamus, quum Propheta moraretur inter Judæos, qui ad ripas fluminis Cobar confederant. *Aperti ſunt Cœli, & vidi viſionem Dei.* i. e. Patefactæ ſunt Prophetæ menti Cœli fores, oculisque ſpiritus ſpectare licuit arcana ſublimia & occultiſſima. *Anno trigeſimo*: Propheta ætatis annum indicat, quo prophetandi munus accepit. Hic nempè annorum numerus perfectam hominis ætatem abſolvit, illius utique dignitati conſentaneam, cui creditur gratia ſermonis doctrinæ & officium Sacerdotale. Hæc porrò ab hiſtoria rei geſtæ ad myſticum ſenſum tradueta præſignaſſe videntur, Chriſtum anno ætatis ſuæ trigeſimo ad Baptiſmum venturum, indèque ad docendum, ſuamque doctrinam ſignis mirabilibus confirmandam gradum facturum. Nam uſque ad ſuum in Jordane Baptiſmum Chriſtus nullum patravit miraculum. *Et in quinta menſis quarti in anno quinto captivitatis Joachin Regis Juda factum eſt verbum Domini ſuper Ezechiel filium Buzi Sacerdotem in terra Chaldæorum juxta fluvium Cobar.* Altera iſthæc captivitas, quæ contigit, Jojachin in Judæa regnante, eadem fuit, in qua Ezechiel captus eſt, & in Chaldæam deportatus. *Et in medio ignis ſimilitudo quatuor animaliuin; facies eorum, & alæ eorum in lateribus ipſorum. Non revertebantur, quum incederent, unumquodque ante faciem ſuam gradiebatur.* Repræſentatus ſancto Prophetæ currus jungebatur Cherubim

CAP. I. v. 1

C

v. 2.

v. 3.

D

E

rubim, qui præter proprios vultus facies præferebant avium, & beſtiarum, quæ nobis cenſentur omnium fortiſſimæ & nobiliſſimæ. *Similitudo hominis aſpectus eorum.* Hæc porrò hominis ſimilitudo, ſeu perſona brutis animantibus inducta, Chriſti innuit improperium, & Crucis ignominiam, perindè ut dignitatem & gloriam altera hominis ſpecies curru ſublimis invecta. *Facies hominis & facies Leonis à dextris ipſorum quatuor, & ſimilitudo Vituli, & facies Aquilæ à ſiniſtris ipſorum quatuor.* Quandoquidem Leo animalium rex dicitur, ejus ſpecies hìc Ezechieli exhibita repræſentat poteſtates hujus ſæculi, regeſque ad Eccleſiæ quadrigam jungendos. Eccleſiam quippè Cherubicus hìc currus adumbrabat. Indicat prætereà gentes Chriſti Evangelio ſubdendas, huic enim planiſſimè reſpondet objecta Quadrigæ imago. Rursùs Neoni Aquila copulatur, ut Propheta intelligat, perſonam curru vectam è ſublimi deſcendere. Avium prætereà, ac ferarum ſpecies ſimul objicitur, ut diſcat, fore ut populi variis diverſiſque inter ſe moribus aſſueti, ſuſceptâ Chriſti doctrinâ in unum cœtum coaleſcerent, ejuſque perindè inſtitutis imbuti, ad ſpiritualia opera aſſurgerent. *Et manus hominis ſub alis ipſorum quatuor.* Manus hominis alis Cherubim ſuppoſita docet virtute filii Dei, qui factus eſt filius hominis quadrigam, quâ ipſe portabatur, omninò fuiſſe portatam, ſimul innuit humana membra Chriſtum hominum Salvatorem induturum. Rursùs manus hominis alis Cherubicis ſubmiſſa ſignificat Eccleſiæ fundamentum Chriſti dextrâ ſuſtineri. *Et coram facie ſua ambulabant* (Cherubim) *quo ſpiritus ambulabat.* Nam coram Chriſto eſt Eccleſia ipſius, *Et portæ Inferi non prævalebunt adverſus eam. Et rota in medio rotæ*, eſt virtus in virtute, regnum in regno. *Et rotæ per quatuor partes earum euntes ibant in ſimilitudinem fulguris coruſcantis*, & quo convertebatur pars anterior earum ad ambulandum illùc ambulabant, & non revertebantur. Terga earum habebant altitudinem, & videbant, ſingularum quippè terga erant plena oculis in circuitu ipſarum quatuor ſuper quatuor latera ſua ambulabant. Rotæ itaque angulos habebant quatuor, quibus ſuberant facies ſuperiùs deſcriptæ, ſingulæ autem facies coëuntia hìnc indè latera contingebant adeo, ut prima facies poſita in primo angulo Occaſum ſpectaret; altera è regione ipſius Aquilonem; tertia Orientem; & quæ ex adverſo Meridiem. Indèque fiebat, ut unaquæque facies quovis

v. 10.

Hoc c. v. 8.

Matth. v. 16. v. 17.

ince-

A incedendum eſſet, adverſam ſibi aliquam Mundi plagam, oculiſque ſubjectam haberet; apparuere ergo rotæ figuratæ in formam laterculi, cujus latitudo longitudinem non ſuperat. Bos ergò cum ferocibus infenſiſque ſibi beſtiis ſimul incedere cogebatur, & mundum animal cum immundis verſari. Quin & illud mirabile fuit, ex quatuor animalibus unum mundũ, reliqua immunda fuiſſe. Myſterium ſcilicet agebatur, quo intelligeremus futuram paucorum, i.e Apoſtolorum ex circumciſorum populo electionem, & eorumdem ad gentes aggregationem; quamobrem quatuor anguli totidem Mundi partes deſignaſſe videntur, atque omnium proindè nationum voces repræſentaſſe quatuor Cherubim cantantes. *Benedicta gloria Domini de loco ſuo: Domini enim eſt terra & plenitudo ejus.* Vocabulum ZIOTO hoc loco ab Interprete uſurpatũ ſignificat ſplendorem ſubindè, & per intervalla rutilantem, qualem mittere ſolent fulgura, aut diſcurrentes per ſudum fatui ignes. *Et pandebatur ſuper capita animalium quaſi ſimilitudo cryſtalli aſpectus horribilis, quumque ſtarent animalia, laxabant alas ſuas; hic erat aſpectus ſplendoris per girum &c.* Symbola ſunt, quæ hoc capite deſcribuntur, diverſorum ſcilicet animalium formæ, & cryſtalli ſpecies, itèm lapidis Zaphirini, ac throni imagines, thronoque inſidens hominis perſona, & hæc quidem ut omnium cæterarum nobiliſſima, & ſummo loco conſtituta Emmanuelem repræſentat. Ipſe enim factus Homo patuit ſuper omnia Deus; de reliquis ſic cogita, & *in throno* quidem, Thronorum, & Seraphim, atque Cherubim ordines contemplare. *Sapphiri colorem cœleſti ſimilem* typum exhibere putà Cœleſtium virtutum, & Poteſtatum, atque Dominationum, perindè ut *Cryſtallus* ſymbolum offert Angelorum, Archangelorum, Principatuum. *Animalia* verò homines ſanctos ex terrena mortalique natura concretos adumbraſſe videntur.

Inf. c. 3 v. 12.

v. 22.

ET vidi, & ecce manus miſſa ad me, & habebat librum, & expandit illum coram me, & ſcripta erant in eo carmina, meditationes, & lamentationes.

CAP. II. *v. 9.*

ET dixit ad me, comede volumen iſtud &c. Sic nimirùm Deus ſuam erga Prophetam voluntatem & benevolentiam probabat. Porrexit dexteram, dedit volumen, & comprehenſam volumine Prophetiam, quo munere illius utique animum erigere & confirmare ſatagebat, ut conſcius

CAP. III. *v. 1.*

divini

divini consilii factus, & Propheta, communem cum Prophetarum Domino conditionem minimè fastidiret; sed dum ille à populo suo legem suam solvi, seque proindè contemtum despectumque patienter tolerabat, talem ipse patientiam imitandam sibi proponeret. *Et factum est in ore meo quasi mel dulce*. Sic in ipso implebatur, quod scriptum est. *Dulcia faucibus meis eloquia tua super mel ori*.. *Quia nec ad populum profundi sermonis, & impeditæ linguæ misi te, neque ad populum ignoti sermonis*. Vide quod dicit. Quoniam non misi te, nisi ad filios populi tui, quorum linguam optimè tenes; nam si ad barbaram nationem, ut olim Jonas, mittereris, te utique auscultarent, atque tuis dictis attenderent. *Ecce dedi frontem tuam valentiorem frontibus eorum similem Adamanti*, qui durior est silice. *Veni ergò ad stationem captivorum habitantium in Tal-Achib ad Ripas fluminis Cobar*. Hùc fortè convenerant Judæi Prophetam consulturi de rebus civitatis ac Templi, & ab ipso audituri, quo statu utriusque vergeret. *Fili hominis speculatorem dedi te domui Israel, audies de ore meo verbum, & monebis eos*. q. d. Nunc populi hujus monitorem & reprehensorem te esse volo; quæcumque mandavero tibi justis perindè, atque peccatoribus denunciato, sic enim illos cautiores efficies, & istos ad pœnitentiam promptiores. *Egredere in planitiem; ibique fiet sermo ad te*. Deus scilicèt Prophetam populo obtulerat velut signum cunctis aspectabile & conspicuum, edixeratque, ut siquid illum, quasi Deo impellente, in se ipsum agere cernerent, simul intelligerent, idem ab hostibus suis se esse passuros. Quocircà Propheta domum suam ingressus clauso ostio ibidem velut nocens publicæ custodiæ mancipatus, se continuit, Judæis repræsentaturus popularium suorum in Judæa statum, urbem Chaldæis obsidentibus. *Et ecce injicient tibi vincula, & ligabunt te eis*. Compedes, quibus Prophetæ aliò evadendi potestas adimebatur, Chaldæorum duces designabant militum coronâ muros urbis cingentes, civibusque exitum, ingressum advenis prohibentes. *Et linguam tuam adhærere faciam palato tuo*. Et hoc Symbolum erat captivis exhibitum, quo discerent tanta Judæos Hierosolymis siti premendos, ut exarescentibus planè faucibus, indèque ademta facultate loquendi mutis similes fierent,

v. 3.

Psalm. 118. v. 5.

v. 8.

v. 9.

v. 15.

v. 17.

v. 22.

v. 25.

v. 26.

A SUME *tibi laterem, & pone coram te. Laterem* adhibere jubet, ut vile laterum opificium Judæis objiciat, quo in Ægypto olim exerciti vexatique fuerant. *Et describe in eo civitatem Jerusalem. Et ædifica contra eam* ܟܠܟܡܝܬܐ Calcumæ. *Et facito per circuitum*. Subjicit oculis Judæorum, calamitates Hierosolymitanis impendentes ex invasione Chaldæorum, quos prædicit urbem obsessuros, atque ad maximas angustias redacturos; ܟܠܟܡܝܬܐ Calcumæ sunt machinæ murales in altitudinem ingentem perductæ, quibus insistentes armati, oppidanos ex adversis propugnaculis mœnia urbemque tuentes cominùs oppugnant; & non modò eos, qui muros occupant cernunt, verum interiora etiàm oppidi ædificia, plateas & domos explorant. Hæc porrò ad mysticum sensum sic accomodanda sunt, ut in afflicta dirutave civitate Animam agnoscas, quæ de cœlesti statu dejecta, ad terram affligitur, & quasi in latere describitur luteo; ut sunt terrena omnia lutum: quare murales machinas esse cogita libidinum illecebras & lenocinia, quibus propensa ad voluptatem natura facilè expugnatur. Diabolus ista serere in Anima solet, quæ quum ejusmodi semina cœperit, capitur; cœlestisque formæ pulcherrimum ædificium coninuò diruitur. *Et sume tibi sartaginem ferream & pones eam in murum ferreum inter te & civitatem*. Futuram Judæorum calamitatem *Sartaginis* Symbolo describit, prædicitque illos perindè, ut carnes in Sartagine friguntur, sic acerbissimi doloris intolerabili æstu fore torrendos. *Et tu dormies super latus tuum sinistrum trecentis nonaginta diebus. Ego autem dedi tibi duas iniquitates numero dierum trecentorum nonaginta, & non te convertes à latere in latus aliud*. Hunc scilicèt dierum numerum constituit Deus Prophetæ cubitus molestissimi, edixitque, ne toto eo spatio situm mutaret. Hæc porrò molestia, dierumque numerus significabant annos, quibus Deus Israelitarum iniquitate fuerat tribulatus.. *Et sume tibi triticum & hordeum & milium & Zeam. Et aquam in mensura bibes, sextam scilicèt partem Heminæ*. Hæc nimirùm agebantur in oculis populi, ut in Propheta visibili invisibilem Deum cerneret, simulque disceret, Deum sceleribus domus Juda, & domus Israel *afflictum fuisse* per annos nonaginta trecentos, sicut ipse Prophetam afflixerat per totidem dies, quibus illum adegerat, ut immundis cibis famem sustineret, & modico brevis aquæ potu, certo cujusque diei tempore, hauriendæ, contentus esset. Quidquod & jusserat toto eo intervallo in alte-

CAP. IV.
v. 1.
v. 2.
v. 3.
v. 4.
v. 5.
v. 9.
Esa. 63.
v. 11.
Es. ibid.

rum latus jacere, ut in alterum lassata diu- A
turno cubitu membra versare minimè concederet. Cæterùm utriusque populi peccata Deus per annos quadringentos triginta toleravit, à primo quippè Salomonis anno, quo jacta fuêre fundamenta Domus ad annum undecimum Sedeciæ, quo templum conflagravit, anni tres & triginta suprà quadringen-
v. 12. tos & menses sex numerantur. *Et comede placentam hordaceam, quam coques humano* B
v. 15. *stercore in oculis eorum. . Ecce dedi tibi fimum boum pro stercoribus humanis.* Et subdit capite
C. seq. v. 10. sequenti. *Ideo Patres comedent carnes filiorum suorum in medio tui.* Denunciatum Prophetæ præceptum, Judæis præsagium fuit, quo indicabatur fore, ut ipsis in cibum succederent carnes, velut ex proprio corpore decisas, liberos scilicèt suos. Hoc nempè designabat Propheta, quandò regerere videbatur stomacho alvo egesta recrementa, cum ster- C
corum oletorum fœtorem pani intimatum
v. 16. haurire cogeretur. *Ita comedent panem suum pollutum inter Gentes, ad quas ejiciam eos.* Pertinent ista, vel ad captivitatem Babylonicam, quùm eversa, civitate, cives in Chaldæam abducti sunt: cibisque à Propheta indicatis assueverunt; vel ad eorumdem Judæorum dispersionem inter Idumæos, Moabitas, Philisthæos, aliasque Barbaras gentes, D
quarum in terris Judæi profugi tristi fœdoque victu vitam tolerârunt. *Ecce ego conteram baculum panis in Jerusalem.* Hic *baculi* symbolo prophetiam, & sacram doctrinam indicat, quas Judæis auferendas prædicit. *Baculus* quippè proferens mysticum panem, quo spiritus reficitur, est prophetica arista.

CAP. V. v. 1. ET *tu sume tibi gladium acutum, & duces illum per caput tuum, & per barbam tuam, & assumes tibi stateram ponderis,* E
& divides pilos, quos raseris in tres partes. Quos in carcere capillos feciti, appende in statera; mox, explorato primum eorum pon-
v. 2. dere, trifariùm divides; & alteram quidem partẽ urbis in medio comburito; Judæis similem exitum præscripturus, qui Jerosolymis deprehensi fuerint in templo, quùm istud te- F
terrimo incendio conflagrabit. *Alteram verò partẽ minutatìm concidito, mox circà muros urbis dispergito.* Hoc symbolo prolusurus Hierosolymitanorum cædi, qui extrà urbis pomerium passim trucidati occumbent. *Tertiam demùm partem in ventos fundito.* Judæi quippè præteritis cladibus superstites in diversas terras deportati, disjectique morte cadent
v. 3. non sua. *Et sumes indè parvum numerum,*
v. 13. *& ligabis eos in ala tua. Et requiescere faciam indignationem meam in eis, & consolabor.* Postremus & exiguus hic numerus populi

ﬠﬡﬢﬣﬤﬥﬦﬧﬨ ﬩שׁשׂשּׁשּׂאַאָאּבּגּ
דּהּוּזּ﬷טּיּךּכּלּ﬽מּ﬿נּסּ﭂ףּ
פּ﭅צּקּרּשּתּוֹבֿכֿפֿﭏﭐﭑﭒﭓ
ﭔﭕﭖﭗﭘﭙﭚﭛﭜﭝﭞﭟﭠﭡﭢﭣ
ﭤﭥﭦﭧﭨﭩﭪﭫﭬﭭﭮﭯﭰﭱﭲﭳ
ﭴﭵﭶﭷﭸﭹﭺﭻﭼﭽﭾﭿﮀﮁﮂﮃ
ﮄﮅﮆﮇﮈﮉﮊﮋﮌﮍﮎﮏﮐﮑﮒﮓ
ﮔﮕﮖﮗﮘﮙﮚﮛﮜﮝﮞﮟﮠﮡﮢﮣ
ﮤﮥﮦﮧﮨﮩﮪﮫﮬﮭﮮﮯﮰﮱﯓﯔ
ﯕﯖﯗﯘﯙﯚﯛﯜﯝﯞﯟﯠﯡﯢﯣﯤﯥ
ﯦﯧﯨﯩﯪﯫﯬﯭﯮﯯﯰﯱﯲﯳﯴﯵﯶ
ﯷﯸﯹﯺﯻﯼﯽﯾﯿﰀﰁﰂﰃﰄﰅﰆﰇ
ﰈﰉﰊﰋﰌﰍﰎﰏﰐﰑﰒﰓﰔﰕﰖﰗﰘ
ﰙﰚﰛﰜﰝﰞﰟﰠﰡﰢﰣﰤﰥﰦﰧﰨﰩ
ﰪﰫﰬﰭﰮﰯﰰﰱﰲﰳﰴﰵﰶﰷﰸﰹﰺ
ﰻﰼﰽﰾﰿﱀﱁﱂﱃﱄﱅﱆﱇﱈﱉﱊﱋ
ﱌﱍﱎﱏﱐﱑﱒﱓﱔﱕﱖﱗﱘﱙﱚﱛﱜ
ﱝﱞﱟﱠﱡﱢﱣﱤﱥﱦﱧﱨﱩﱪﱫﱬﱭﱮ
ﱯﱰﱱﱲﱳﱴﱵﱶﱷﱸﱹﱺﱻﱼﱽﱾﱿ
ﲀﲁﲂﲃﲄﲅﲆﲇﲈﲉﲊﲋﲌﲍﲎﲏﲐ
ﲑﲒﲓﲔﲕﲖﲗﲘﲙﲚﲛﲜﲝﲞﲟﲠﲡ
ﲢﲣﲤﲥﲦﲧﲨﲩﲪﲫﲬﲭﲮﲯﲰﲱﲲ
ﲳﲴﲵﲶﲷﲸﲹﲺﲻﲼﲽﲾﲿﳀﳁﳂﳃ
ﳄﳅﳆﳇﳈﳉﳊﳋﳌﳍﳎﳏﳐﳑﳒﳓ
ﳔﳕﳖﳗﳘﳙﳚﳛﳜﳝﳞﳟﳠﳡﳢﳣ
ﳤﳥﳦﳧﳨﳩﳪﳫﳬﳭﳮﳯﳰﳱﳲﳳ
ﳴﳵﳶﳷﳸﳹﳺﳻﳼﳽﳾﳿﴀﴁﴂﴃ
ﴄﴅﴆﴇﴈﴉﴊﴋﴌﴍﴎﴏﴐﴑﴒﴓ
ﴔﴕﴖﴗﴘﴙﴚﴛﴜﴝﴞﴟﴠﴡﴢﴣ
ﴤﴥﴦﴧﴨﴩﴪﴫﴬﴭﴮﴯﴰﴱﴲﴳ
ﴴﴵﴶﴷﴸﴹﴺﴻﴼﴽ﴾﴿﵀﵁﵂﵃
﵄﵅﵆﵇﵈﵉﵊﵋﵌﵍﵎﵏

A puli ſuperſtites reliquias deſignat, Judæorum ſcilicèt manipulum, qui à communi Iſraelitarum ruina ſervatus, integer & incolumis Jeroſolymam rediturus prædicitur. *Iſta eſt Jeruſalem, in medio Gentium poſui eam, & omnes civitates in circuitu ejus.* Fuerunt qui ex hoc loco collegerunt in meditullio orbis Jeroſolymam ſitam eſſe, ſicut cor medio in corpore natura locavit: certè de Jeruſalem exivit lex, quæ omnes gentes ſuis præceptis in officio contineret, atque ibidem Crux fixa fuit, quæ omnis orbis terrarum populos ſuis beneficiis complecteretur. *Supr. v. 5.*

CAP. VI.

ET civitates habitationis veſtræ vaſtabuntur, & delubra deſerta erunt; quoniam ſubvertentur, & diſſipabuntur aræ veſtræ, confringentur ſimulacra veſtra; & ſculptilia veſtra concidentur; & corruent interfecti in medio veſtri. Et relinquam ex vobis in medio Gentium &c. Prædicit ſalvandos Judæos, qui ſalutari pœnitentia teſtabuntur Gentibus divinæ Juſtitiæ æquitatem, quæ poſtquam corripuit eos inter Gentes, iterùm de medio Gentium eoſdem congregavit. *Cum contrivero cor eorum fornicans, qui receſſerunt à me, & corrugabuntur facies eorum.* Prædicit Judæis graviſſimas calamitates, ob eorumdem in ſuis ſceleribus obſtinationem. Subditque: *Et ſtupebit cor eorum, & triſtabuntur vultus eorum*, ex dolore utique, & animi perturbatione, quæ ob inexpectatam hoſtium irruptionem tanta erit, ut penè ſenſum adimat & ſtuporem inducat. *Sub omni ligno frondoſo, & ſub omni Terebintho condenſa &c.* Perſtringit Judæorum inſaniam, ut qui ſpem ſuam ponerent in Diis, quos ipſi ſibi fecerant, locaverantque in omnibus collibus paulò editioribus, & ſub quavis arbore pulchris conveſtita frondibus, & patulis opaca Ramis. Hujuſmodi ſcilicèt fuco ſuum ſolent occultare vitium mendacia. *A deſerto Deblath.* Locus eſt, quem Daphnem appellamus prope Antiochiam ſitus.

v. 3. *v. 4.* *v. 5.* *v. 6.* *v. 7.* *v. 9.* *v. 13.* *v. 14.*

CAP. VII.

FInis venit ſuper te, & affligam te, & venit hircus habitator terræ ſuper te. *Hircus* iſte eſt vel Nabuchodonoſor Rex ille Babylonius, qui velut brutum animal ab hominum conſuetudine ſegregatus fuiſſe *Dan. 4. 30.*

v. 3.

dicitur, donec mutarentur ſuper eum ſeptem tempeſtates ; vel Nabuzardan Princeps ſatellitum, qui Jeroſolymam vaſtavit, & habitatores ejus in ſervitutem abſtraxit. *Ecce egreſſus eſt hircus*, i. e. cum ſuis copiis vobis infeſtus imminet. *Floruitque virga, & germinavit opprobrium*; quia propè abeſt, jamque inſtat vindicta. *Et ſurrexit ſuper baculum impietatis* ; quoniam pœna ſcelerum in ſceleſtum populum incubuit. *Non autem ex eis, neque à tumultu, ſeu turbatione illorum, neque ab operatione eorum*. Hoc ſubdit Propheta, quia prædictas calamitates Chaldæi Judæis illaturi erant viribus non ſuis. *Venit tempus, & appropinquavit finis, qui emit, non lætetur, & qui vendit non triſtetur*; quia videlicèt utrique auferent omnia Prædones propediem venturi. *Et ſalvabunt ſe ab eis in montibus ſicut Columbæ in convallibus*. Innuit non multos fore, qui Chaldæorum manus eſſent evaſuri, eoſdemque convallium ſeceſſum, quaſi Columbas gementes quæſituros. *Et omnes manus diſſolventur*. Significat vexationes & ærumnas, quas Judæi in captivitate paſſuri erant. *Diſſolventur*, inquit, *manus*, i. e. debilitabuntur defectæ viribus, adeò, ut nec arma tractare queant, nec dimicare, & opes ad tuendam ſalutem inutiles ſentient. *Et omnia genua fundent aquas*, i. e. ſudore diffluent agitatione crebra & fatigatione exhauſta. Hebraicus habet. *Omnia femora polluentur humore. Et adducam Paſtores Gentium, ut poſſideant domos eorum. Paſtores* appellat barbaros Reges à Babyloniis in ſocietatem belli vocatos. *Et convertam in abjectionem ſervitutis decorem Robuſtorum. Et petent viſionem à Prophetis mendacibus, & non invenietur*. Prædicit Sacerdotii leges & Prophetiæ gratiam deſituras, rerum divinarum interpretibus obmuteſcentibus, dum in miſeranda diuturnaque ſervitute miſcentur ac turbantur omnia.

v. 10. v. 11. v. 12. v. 16. v. 17. v. 24. *Fortaſſe confunditur Hæbraicus Textus cum verſione ſeptuaginta, apud quos iſta legūtur.* v. 26.

CAP. VIII. v. 1. v. 3.

ET factum eſt in ſexto anno in menſe ſexto, ſupple Regni Regis Joachin. *Suſtulit me ſpiritus in terram Iſrael inter Cœlum & Terram, & adduxit me in Jeruſalem*. Propheta narrat, mentem ſuam divino ſpiritu incitatam avolaſſe Jeroſolymam. Non enim corpore illùc ductus fuit, ſed mente, *in viſione*, inquit, *Dei*; ductus autem eſt ad oſtium portæ anguli, quæ reſpicit Aquilonem, ubi erecta fuerat ara, ſeu titulus æmulationis. Ergò Judæi auguſtiſſimo & ſancto Dei veri titulo abominationis idolum ſubrogaverant.

Hæc

Hæc porrò ara, ſeu titulus videtur fuiſſe tumulus, aut acervus lapidum, qualem erexiſſe dicuntur Jacob & Laban; idemque teſtis dati & accepti ab ementibus & vendentibus habebatur. *Et introduxit me intrà portam atrii, & vidi foramen unum in pariete.* v. 7. *Et Jezoniam filium Saphan ſtantem, & ſeptuaginta ſenes Synagogæ cum illo.* v. 11. Pergit explicare, quomodo Duce ſuo jubente, foramē illud ampliaverit, ſicque patefacto aditu in quoddā conclave ingreſſus viderit imagines reptilium & quadrupedum omnis generis in parietibus depictas, atque è regione ſeniores ſeptuaginta viros dignitatis & nominis amplitudine nobiles, & unâ cum ipſis Jezoniam filium Saphan, virum aliàs pietate & religione notiſſimum. Suum quiſque tenebat thuribulum, thuraque cremabant imaginibus in adverſo pariete expreſſis. *Et vidi ibi mulieres ſedentes, & plangentes Thammuz.* v. 14. Ex eo quod dixit, conclavi eductus Propheta ad alterum templi oſtium continuò ſucceſſit, ibique Duce eodem indicante reperit mulieres lugentes fatum Thammuz. *Et ſuſtulit me ſpiritus, & adduxit me ad Portam orientalem domus Domini, & vidi ibi viginti quinque viros ſtantes; terga eorum contra templum Domini, & facies eorum ad orientem, & procedebant & adorabant ſolem.* v. 16. Rursùs, inquit, deduxit me ſpiritus ad locum medium inter veſtibulum & altare, oſtenditque mihi viros quinque & viginti, qui adverſis templo dorſis, converſoque ad ortum ore, ſolem naſcentem adorabant. Sic impii homines ſanctitatis & religionis ſacratioribus adytis nates cluneſque advertendo, graviſſimam contumeliam faciebant: frontem contrà ſoli offerendo honorem, & cultum adhibere volebant, expreſſo veri Dei contemtu exaggeratum; ſi enim alius illis ſcopus, menſque alia fuiſſet, nihil intererat, inter veſtibulum & altare, an alibi, ſolem adorarent

وَحدوهُ تدجهُ هؤُا حيٍ اُهنهُ. وَاُهحدا اُوِص هوُا لحوهُ وتهوُجنهُ. اُمر
اُوِص سُلُح اُسبدا وَسُنهُمح تبهحزهِ وتحدبهمح اُسُبُمهوهِ لحُما لحوهُا.
مبهُحهُ لحُمُحدا وَمحُمح حنُمُحا هوُ اُوِالا لحُحالا حدوهُ ❖

Severii in Ep. ad Demetr.

Quod iratus Deus Jeroſolymam funditus excindere ſtatuerat, hoc loco per ſymbola quædam Prophetæ Ezechieli manifeſtat. Eo itaque præſente ſpectanteque Angelos deſignat, qui ſententiam ad effectum perducant, & Angelo quidem illorum ductori hæc mandat. *Tranſi per mediam Jeroſolymam, & pone ſignum ſuper frontibus virorum gementium, & dolentium ſuper cunctis prævaricationibus, quæ fiunt in medio ejus.* Cæteris vero, *ſequimini*, ait, *illum & occidite. Nec parcite; neque miſereamini ſenem, adoleſcentulum aut Virginem: ſenes, & parvulos interficite uſque ad internecionem; à ſanctis meis incipite; ad eos autem, qui habent ſignum, non accedetis. A Sanctis meis*, inquit, *incipite*; erant quippe perverſi quidam homines, qui Sacerdotii prærogativa, templique & Sanctuarii religione tumidi ſupercilium oppido præpoſterè efferebant, nec enim præſeferebant mores ejus officii locique amplitudini conſentaneos. Ideò tortoribus Angelis Deus mandat, ut ab iſtis initium faciant: quippe quod hoc pacto cum illis agere operæ pretium duxit, quo nimirum moniti Sacerdotes pro populo peccatore manus ad Deum protendere feſtinarent, & ipſi ſalutis ſuæ curam ocyus ſuſciperent, ſeque ab impendentis ſupplicii comminatione protegerent.

CAP. IX. ℣. 1. *Accedite qui eſtis redditores civitatis, & acceſſerunt ſex viri ſinguli habentes vaſa redditionis ſuæ.* Poſtquàm divinus ſpiritus expoſuit Prophetæ Solymitanorum flagitia, alta voce inclamat proſtantibus Angelis. *Accedite redditores &c.* Hoc agebatur, quo Propheta intelligeret civitatem non hoſtium virtute, ſed civium ſcelere ſubverſum iri. ℣. 3. *Et gloria Domini aſcendit de Cherub, qui ſtabat ad angulum domus*, i. e. ad altare poſitum in angulo domus. ℣. 4. *Et dixit ad virum, qui erat indutus lineis: tranſi per medium civitatis, & ſigna ſignum in frontibus virorum gementium & dolentium propter abominationes factas in medio ejus.* Hæc prolocutus, confeſtim mandat ejus comitibus, ut civitatem invadant, & obvios quoſque cujuſvis ætatis & conditionis interficiant. Nec enim ſaluti Circumciſio carnis ſufficiebat, quare eâdem ſublata, ſignum Crucis in ejus locum ſubſtituitur. Cæterùm gementibus inſcriptum ſignum videtur fuiſſe dolor ipſe, lugentium civitatis ſcelera & depravatos mores. Affectus nempè coràm Deo pro effecto computabatur juxta illud. *Omnis, qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam, mœchatus eſt eam in corde ſuo.* Matth. 5. ℣. 6. *Incipite à Sanctuario*, i. e. à Sacerdotibus Sanctuario contumeliam facientibus; vel à nefario & ſcelerato cœtu virorum ſolem inter veſtibulum, & altare colentium.

A حبؤُحه وُبؤُحه وَهوُحدا اُهحدا
لححتبح. هاُنحه هُتاُنه هوُحدهِ. حاُبهِ.
وَ حبِ وبح سُبؤُه لححدا حُهحهوهِ. حبؤُا
لحُحتوهِ حُهلا وُهدا هاُهبؤُ. حبؤُحه
وُبؤُحه وَهوُحدا. هوُوا ححُبِ وَبسُهدا
هاُبوُحه لححدا وحتُحدا هوِ وِلحهوُحتُه
هُهاُلحهؤُا هحوُحدا. هاُلا هوُا حسُسُلا
وِهُحتُسُه. هحُحسُه وِلحهوُا هلحُحه
B ححِ حبؤُحدا وِعُاُمِ هوُا حلا اُهحدا
وِحهحدا. وَ حلا هُبحسا وِهُهُعِ هوُا حاُهحدا
وِحهحدا. هاُهبؤُ لححدا وِلحُحهِ حُهرا.
لحُبؤُ ححِ هوُحدا هُوبؤُهِ فهحُحدا
حلا حُهحدا لحتُهوهِ وِلححدا. وِهحُاُسُمِ
حلا لحُقهُاُا وِهُهلحتُ ححِهُوهِ. هاُلحلحمِ
وِلحُهوهِ اُهحبؤُ. وِبسُهدهِ لححدا هحُقهُسُمِ.
وَ اُلا هُهحُحدا هوُا حاُهؤُاُا. اُهاُلا هوُؤُدا
C حُحلحبوهِ لححاُهؤُاُا. هاُلحبلا سُلحُحهوهِ
لحؤُهحدا وِلحُحدا. هبؤُهِ لحهِ اُهاُلا حلا
هُوبؤُهِ وِهحُاُسُمِ. وَ وِهوُهِ هحُهُحدا
وِهُلحوهِ وِهحُاُسُمِ هُهحُهؤُاُلحوهِ وِحهحدا
اُهِ لحُحبوُا سهُحدا اُاُلحُهوُا. اُهِ هُهِ
وِهُبِ وِبسُاُا اُهحدا اُهِ وِبحُحبوهِ
هُهبوُا حُبؤُوهِ حلحُحوهِ. حهِ هحُهُبِ هحِ
هُهبوُحا. وَ هحِ هُوُتاُا هحِحبُبِ هحُوِحا.
مهحِ هُوُبِ هُوُتحدا وِحهحُحا هحُهؤُهحدا
لححبوُسُا لححهحا هُهحُبؤُبِ هوِهوهِ.

CAP. X. ℣. 2. *Et dixit ad virum, qui erat indutus lineis: Ingredere in medio rotarum, quæ ſunt ſubtus Cherubim, & imple manus tuas prunis ignis, & effunde ſuper Civitatem*, qui quum id præſtare nequiret; unus de Cherubim extendit manum ſuam, & tulit de igne,

اُاُهبؤُ لححبوُا وِلحُحهِ حُهرا. لحبُهُا
لححهحا حُهحُهُا وِلححهحا هحِ حبؤُحدا. هبحُلحهِ
هُهحُحسُهِ حُهحُهُا وِبحُحبوُا لحلا هحبؤُهحا. وَ
هحهُا وِهوُهِ اُلا هحُحهِ هوُا هاُهحُهِ سُهِ هحِ
حبؤُحدا اُهبؤُهِ. هحُهبُا هحِ بؤُوُا وِحهحا حبؤُحدا.
هاُوُهبِ

ignè, qui erat inter Cherubim, & dedit in manus ejus, qui erat indutus lineis, qui accepto igne receſſit, imperata facturus. *Prunæ ignis* deſignabant diverſas calamitates, & graviſſima mala, quibus vindex Dei Juſtitia Angelorum operâ peccatores punire decreverat. Rursùs *iſtæ prunæ* lineiſque amictus vir illas extrahens, & ſuper populum profundens, figura fuit Dei Sacerdotum, per quos prunæ viventis & vivificantis Corporis Domini noſtri diſpenſantur; porrò dum alter Angelus manum porrigit, prunas legit, & viro lineis induto mox tradit, myſterium innuit, non ab ipſo Sacerdote ex pane fieri poſſe Corpus, ſed ab alio; hic autèm eſt Spiritus Sanctus; Sacerdotem itaque velut mediatorem ſolummodò manus attollere, labiiſque preces & orationes, quaſi ſupplicem ſervum offerre.

CAP. XI. v. 3. *Dicunt: Nonne in ipſa ædificavimus domus? Hæc eſt lebes, nos autèm carnes.* Iſta Judæi jactabant: at nos, ajebant, nec occiſione peribimus, nec ſervitutem ſerviemus. Et ſiquidèm nobis adhùc letho malo moriendum eſt, utut moriamur, beneficium putabimus, periiſſe, intuentes, componenteſque mala malis, quæ majores noſtri in ſervitute tulerunt. v. 13. *Et quum prophetarem mortuus eſt Pheltias.* Quo facto videtur Deus Prophetæ ita loquutus. Aſt tui fratres Levitæ ſimili, quo Pheltias iſte, fato rapientur. v. 16. *Et ero eis in ſanctificationem modicam in terris, ad quas venerunt.* Adhùc pollicetur Judæis reſtitutionem reditumque ex Chaldæa, & reliquis provinciis, ad quas deportati, diſperſique fuerunt. v. 19. *Et dabo eis cor novum, & ſpiritum novum in eis.* Prædicit Judæos in ſuo exilio bona opera facturos, juſtitiamque culturos, illiſque propterea promittit terram Iſraelitis olim attributam, & ſpiritum novum.

Tranſmi-

Tollite omnes prævaricationes, quibus in me prævaricati eſtis, & facite vobis cor novum, & ſpiritum novum, quia *Si quis in Dominum peccaverit, quis orabit pro illo?* pro eo quod non facile orabit: Si quis autem pœnitentiam egerit & dimiſerit omnes prævaricationes, in quibus contrà eum prævaricatus eſt, utique ſuſcipietur. Quamquam ipſe fecit cor novum per pœnitentiam, & nunc quidem mandat id, quod vobis facturus ipſe eſt; promittit autem ſe daturum, quum deſcenderit. Etenim abſque ejus auxilio humana iſta nihil ſunt. *Severi* 1. *Reg.* 2.

CAP. XII.

ℵ. 3. *Transmigra in die, & tolle onus in humerum tuum*. Quia nimirùm nobiliſſimus quiſque veſtrum, Jeroſolymitani, ſimilem ſarcinam per mediam urbem portare cogetur: Hîc nempè Prophetam Deus iterùm Judæis in portentum exhibet. Quare ad repræſentandam futuram Sedeciæ, ejuſque procerum ab incurſu Chaldæorum trepidationem & fugam Prophetam ſic affatur: *Fac tibi vaſa tranſmigrationis, & tranſmigra ante oculos eorum; perfode tibi parietem, & egredieris in veſpere coram eis. Tolle onus in humerum tuum, & operi faciem tuam. Expandam ſuper eum Sagenam meam, & capietur in ea, & adducam eum in Babylonem; & non videbit eam*. Prædicit Sedeciam à Chaldæis capiendum, vinculiſque conſtrigendum, & oculis inſupèr orbandum, quamobrem nec exilii ſui locum conſpecturum.

ℵ. 4.

ℵ. 5.

ℵ. 13.

CAP. XIII.

ℵ. 4. *Sicut vulpes in deſerto fuerunt Prophetæ tui Iſrael*. Priores ſcilicèt Prophetæ cum ſinguli ſingulis ſuccederent, pro vobis orabant, precibuſque ſuis veniam à Deo vobis exorabant. Hodie contrà, cum plurimi adſint vobis Prophetæ, nullus eſt qui ſtet pro Iſrael in confractione. *Ipſe ædificat parietem, & illi liniunt, ut cadat*. Oſtendit civitatem vanis augurum prædictionibus labefactatam concidiſſe, Prophetis incaſſum ejuſdem ſecuritati & ſaluti allaborantibus. *Flare faciam ſpiritum tempeſtatis in indignatione mea; Et deſtruam parietem, quem liniſtis, & cadet, & dejiciam illum in terram, & revelabitur fundamentũ ejus*. Iterùm invehitur in Pſeudoprophetas, qui populo divinationes ſuas affirmabant. Et ſubdit. *Væ illis, quæ conſuunt pulvillos ad cubitos manuum*. Globulos ſignificat, quos divinatrices Fæminæ brachiis ſuis alligabant, indèque reſponſa interrogantibus dare ſolebant ex Hariolorum, & Incantatorum diſciplina. *Et faciunt pepla omni capiti, & omni ætati ad capiendas animas*. Quo tandem efficiant, ut fictis Vaticiniis deceptæ animæ, nec ſua cogitent nec veritatem citrà errorem ſpeculentur, & cernant: *Numquid animas populi mei capietis, & animas veſtras vivificabitis?* Illas ſcilicèt polluiſtis, vos tamen necdum periiſtis? polluiſtis, inquam, *propter pugillum Hordei, & fragmentum panis, ut affligeretis, & interficeretis animas*, quæ nec affictionem nec mortem meruerant. *Ecce ego ſuper pulvillos veſtros, & exſcindam eos à brachiis veſtris*, captivitate utique, & duro ſervitio. *Et ſolvam animas*, quas malefico carmine, & fraudulento rugitu circumveniebatis. *Eò quod cædebatis cor juſti mendaciis & fallaciis*, i. e. dirum

ℵ. 10.

ℵ. 13.

ℵ. 14.

ℵ. 18.

ℵ. 19.

ℵ. 20.

ℵ. 21.

ℵ. 22.

dirum & triſte carmen cantantes, ſimplicium animos torquebatis. Maleficorum quippè artibus & præſtigiis decepti Judæi Jeremiam in lacum conjecerunt. Quare de Jeremia dictum intelligitur: *Dolere feciſtis juſtum mentientes, quem ego dolere non feceram*. Non enim ipſe præcepi, ut in lacum mitteretur: ſive rursùs, quia calamitates, quas immittere decreveram, ſontibus utique & publicè, palàmque peccantibus intentabam. Inſontibus non itèm, & publica peccata lugentibus.

CAP. XIV. v. 9. *Propheta quùm erraverit, & loquutus fuerit verbum, ego Dominus decepi Prophetam illum*, i. e. non cohibui errantem. *Etiam hunc perdam de medio populi mei*. Ipſe namque ſua ſe opinione fefellit, cordiſque ſui errorem proprio judicio probavit, & Prophetam mentitus, quæ non acceperat, oracula reddidit. *Si Noe, & Job, & Daniel inventi fuerint in medio ejus; nec filios nec filias liberabunt*, quùm videlicèt adduxero plagas iſtas. Non, inquam, Noe, qui liberos & nurus ſervavit; nec Job, qui pro amicorum ſalute interceſſit, nec Daniel, qui Babylone Sapientes, & ſodales ſuos præſenti periculo ſubtraxit, tametſi aliàs pro contemporaneis ſibi perſonis orantes exaudiri meruerunt, hoc etiàm tempore filios, filiaſque ſervarent. *Ecce ego adducam quatuor plagas*, ingentes ſcilicèt, calamitates ſuper Jeruſalem. *Et filii & filiæ eorum egredientur, & conſolabuntur vos, quùm videritis vias eorum & ſtudia eorum*, i. e. poſtquàm Jeruſalem punita fuerit bello, fame, & peſte & malis beſtiis, juſti quicumque evaſerint, liberos ſibi ſimiles procreabunt, adeò ut illorum vos mores & actus intuentes ingenti lætitia afficiamini.

v. 14. v. 16. v. 21. v. 22.

CAP. XV. v. 2. v. 4. v. 7. *QUID fiet de ligno vitis ex omni ligno? Vitis inter ligna Silvæ* Iſrael eſt. *Palmites* familiæ. *Ligna Silvæ* Gentes. *Duos ramos ejus comedit ignis*, i. e. domum Ephraim, & domum Ruben, ſive domum Iſrael & domum Juda, ſive Regnum & Sacerdotium. *Et medulla ejus periit*, i. e. Truncus cum caudice exaruit, ut viveſcere nunc & germinare nequeat. *De igne egreſſi ſunt, & ignis devorabit eos*. q. d. Gladium evaſerunt, & gladius apprehendet eos. Judæi quippè Ægyptiorum jugo aliàs ſubtracti Chaldæorum nunc ſervitio ſubjicientur.

CAP. XVI. v. 2. v. 3. *NOtam fac Jeruſalem abominationem ſuam*. Ut item notum fiat, eam non eſſe Abrahæ filiam. *Radix tua, & generatio tua de terra Chanaan*; hæc dicit, quia Judæi gloriabantur patrem ſe habere Abraham,

imò, inquit, *radix tua* est illa ipsa radix Chananæorum, & utrisque commune est genus. Filii enim Abrahæ, Abrahæ opera faciunt. Ergò *pater tuus Amorrhæus, & mater tua Hethæa*, quoniam in sordibus ipsa nata fuisti, tuique Majores in vitiis & flagitiis perpetuò hæsêre. *Genitrix tua, qua* ℣. 4. *die peperit te, non præcidit umbilicum tuum, nec salivit te, nec fasciis involvit te*, i. e. Etsi in desertis locis deerant fortasse sal, fasciæ, & cætera hujusmodi, quare ne ista adhiberet mater, locus obstabat, sed nec voluit, adeò nulla tui commiseratione ejus ocu- ℣. 5. lus commotus fuit. *Sed projecta es in solitudine & in oppressione animæ tuæ.* Duram Ægypti servitutē significat, & Pharaonis crudele edictū. At ego, tametsi in tuis sordibus volutareris, quasi fœtus ex utero eductus, & ex recenti puerperio cruentus, hanc tamen fœditatem minimè exhorrui, nec ideò te sum aversatus: ℣. 6. *quin benedixi tibi, & dixi: vive, &* ℣. 7. *multiplicare sicut germen agri. Et multiplicata es, & crevisti, & ingressa es in oppida munitissima*, i. e. occupasti Amorrhæorum ℣. 8. urbes, illorumque terras obtinuisti. *Crevisti & juvencula facta es, & vidi te, & juravi tibi. Vidi te*, inquit, quùm à Moyse ex Ægypto educereris: & quùm ad annos pubertatis perveniss es, animadverti, te esse nudam, statutis & legibus nempè destitu- ℣. 9. tam. *Juravique tibi, tuque vicissim mihi, & lavi te ab immunditia tua*, i. e. teque Ægyptiorum luto deturpatam sacris aspersionibus elui. ℣. 10. *Indui te veste varia* quam scilicèt Ægyptiis detraxeram, *Calceavi te calceamentis*, quæ nec usu nec vetustate atteri potuêre. ℣. 11. *Armillas intuli in manus tuas, & torquem in collum tuum; & auro & mo-* ℣. 13. *nilibus exornata fuisti, byssо, & purpura, & varietate &c.* Pergit numerare prædam & prætiosam supellectilem, quas Synagoga ex Ægypto collegit, indèque decedens secum asportavit. Et hæc quidèm spolia, subdit Deus, adjudicavi tibi mercedis loco pro laboribus, quibus ab Ægyptiis exercita & vexata fueras. ℣. 15. *Tu verò fornicata es, & projecisti fornicationem tuam super omnem transeuntem*, i. e. ego quidèm, ex iis, quæ ad mundum muliebrem pertinent, atque de more novis nuptis præstari solent, nihil omisi, puta vestes, monilia & cætera hujusmodi, sed affatim & plena manu submministravi tibi. *Tu verò fornicata es*, facta tui corporis copia prætereuntibus quibusvis. ℣. 16. *Et fecisti tibi Canjoto & fornicata es in eis. Canjoto* sunt idola fæminina. Hæc, inquit, pretioso cultu, quem tibi comparaveram exornasti. ℣. 17. *Et fecisti tibi Salme, & fornicata es in eis*, significat idola masculina, & *ista*, ait, *ex auro conflasti, quod*

Gentibus

A *Gentibus ipſe abſtuleram, dederamque tibi.* *Fornicationem* cultum appellat, quem Synagoga exercebat ergà Deos Gentium perindè ac ſi cum Deo feciſſet divortium, atque jure legitimi matrimonii illis nupſiſſet, adeò ſibi perſuaſum habebat, illis præſentibus & propitiis, ſe habere viros, Dominos, Proviſores & Salvatores; his imbuti cogitationibus perverſi homines in ſuſceptarum religionum turpiſſimas cæremonias incubuerunt, perveſtigaruntque diligentiſſimè: Deus ille, ajebant, tale quidpiam amat, & hic talibus cæremoniis delectatur, & iſti talia ſacra placent. Omnibus hiſce modis ipſa ſe Diis impuriſſimis Synagoga proſtituit, & Deum pudicitiæ atque ſanctitatis amatorem repudiavit. *Mel & oleum & ſimilam, quæ dedi tibi, poſuiſti ante Deos tuos in odorem ſuavitatis*, i. e. oleum & mel, atque ſimilaginem, quæ omnia ipſe tibi ſubminiſtraveram, obtuliſti Diis tuis, quos homines ſculpſerant aut conflaverant. *Et filios & filias tuas, quas genuiſti mihi jugulaſti & mactaſti atque dediſti eis*, quùm tuas libidines cum iplis exerceres. *Filios*, inquam, *& filias quos genuiſti mihi*, quos ſcilicet ego dederam tibi, quum me principis & patris haberes loco, antequàm in iſta flagitia offenderes, & ad vanum hunc inanium Deorum cultum tranſires, hos, dico, filios immani crudelitate occidiſti, fictiſque numinibus convivium ex illorum carnibus apparaſti, adeò illorum amore inſaniebas. *Porrò in his non es recordata dierum adoleſcentiæ tuæ, quum eſſes nuda*, i. e quum ſine tegmine in arte ſordida verſareris, inſtarentque Ægyptii præfecti, atque ad repræſentandum taxatum laterum dimenſum te ſollicitarent. *Et ædificaſti tibi domum latronum*, i. e. fanum Deorum liguritionis intempeſtivæ videlicet, & ſordidæ gulæ, quam ut impleant latrocinantur, & ea, quæ me tibi donaſſe narravi, aſportant. *In quo igitur judicabo, dicit Dominus Dominantium, filiam tuam?* Samariam ſcilicet, tui ſimilem agendo, quæ ipſa egiſti, poſtquam tu talia omnia feciſti? *Quum ædificaveris exceiſa tua in omni capite viarum tuarum*, i. e. ecce fana Deorum tuorum excitaſti in cunctis triviis. *Atque munerata es illis ſcortationes tuas. Propterea tradam te in manus eorum, & deſtruam domum Simulacrorum tuorum, & illi ſubvertent delubra tua, facientque de te judicium*, i. e. quoniam quidem mercedem ſolviſti amatoribus tuis, ut ingrederentur ad te, tecumque libidinarentur. *Ecce tradam te in manus inimicorum tuorum, reſque tuas diripient, diruentque lupanar tuum*, i. e. ædes idolorum tuorum & delubra tua evertent. *Et in conſpectu multarum mulierum facient judi-*

B

C

D

E

F

v. 19.

v. 20.

v. 22.

v. 24.

v. 30.

v. 31.

v. 33.

v. 37.

v. 39.

v. 41.

cium tuum, in captivitate filiorum tuorum, i. e. ſpectantibus, & mirantibus iſtud multis
v. 45. civitatibus. *Soror tu es ſororum tuarum, & earum, quæ trans flumen poſitæ reliquerunt viros ſuos*, ſcilicet Samariæ, atque tribuum, quæ regiones ultrà flumen Jordanem habitarunt. *Mater tua Hethæa, & Pater tuus Amorrhæus*; non, inquam, Rebecca, non Iſaac. *Hæc eſt iniquitas Sodomæ ſuperbæ, ſaturabatur*
v. 52. *pane, & otioſa deſidebat.. Tu ergo confunde-* B *re, & porta ignominiam tuam*, quia inimicus tuus captivam duxit captivitatem tuam: inter cæteros captivos ſororem Jeroſolymæ etiam enumerat; ejus nempe ſororem Sodomam Propheta appellat, quo nomine deſignat populos trans flumen Jordanem diffitos; ſicut enim illam Hethæam ſuprà appellaverat, tametſi Hebream eſſe ſciret; ita hoc loco tranſamnani tractus accolas Sodomitas nominare voluit, ut qui Sodomitarum ſcelera C perpetraſſent. Iſti enim Judæorum fratres erant ex communi parente Iſaac, non ita Sodomitæ; præterquamquod illorum, non iſtorum ſervitus poſtmodum ſoluta fuit.

A

Soror tua minor te, quæ habitat à dextris tuis Sodoma, & filiæ ejus. Scilicet univerſim decem Tribus in duas diſcrevit partes, alteram ad dexteram poſuit, alteram ad ſiniſtram. Porrò Sodomitas vocat Hebræos ultra Jordanem poſitos, qua in regione morabantur Tribus Ruben, Gad, & dimidia Tribus Manaſſe, & quoniam Sodomis confines erant, Urbem Galaad
Hoſ. 6. 8. ipſorum Metropolim, Sodomam appellat, de qua leguntur illa Hoſeæ verba; *Galaad Civitas, quæ operatur vana*. Cujus etiam peccatum Tribui Judæ commune fuiſſe dicit.

CAP. XVII.

v. 3. *Aquila grandis magnarum alarum & longo membrorum ductu, ungues ejus pleni, & denſæ plumæ ipſius, venit ad Libanum.* Nabuchodonoſor hic fuit, qui ad Libanum veniſſe hìc dicitur, i. e. Jeroſolymam. *Sumpſitque de electis Abjetibus unam*; Jechoniam
v. 4. Regem. *Et truncavit ſummitatem germinis ejus*. Summitas, quam abſcidit, & in terram Chanaan tranſtulit, Sedecias eſt. *Et collocavit eam in Civitate Negociatorum*, quæ eſt Je-
v. 5. roſolyma. *Et eiecit de ſemine terræ in deſertum, plantarium ſecus aquas multas*, Hæbræos
v. 6. Jeroſolymis relictos. *Poſuitque illud in ſpeculam, evaſitque in vitem exilem & ſtatura hu-*
v. 7. *milem.. Et erat altera Aquila magnarum alarum, ad quam vitis palmites ſuos applicuit*. Alteram Aquilã Ægyptium Regem vocat. *Vitem exilem*,

D

ﬠ exilem, i. e. infirmam, regem Sedeciam, qui Ægyptiorum potentia confidens illorum ſocietatem ambivit. *Propter hoc dicit Dominus; quia contemſit ſedecias juramenta mea, & irritum fecit pactum meum, Babylone morietur.* Quia, inquit, mutata fide deſeruit Chaldæos, & ad Ægyptios transfugit, Babylone interibit. Eadem alio ſenſu. Cor & ſummitas, ſeu medulla & cacumen arboris Emmanuel fuit, qui Judæis ablatus in montes ſenſibus minimè patentes intelligibilium Iſraelitarum translatus fuit, nec ut caducas & fragiles opes proferret, ſed ut conderet leges ſanitatis & valetudinis reparatrices, & medicinam faceret mortuis. Nec ut nobis fructus produceret, qui ventrem paſcerent mortalem, ſed ut botros beatæ ſpei, vitæque immortalis poma crearet. Nec qualis Cedrus, reliquis arboribus ſimilis, quæ in montibus creſcunt intra fines terræ poſitis, ſed talis, quæ omnes naturas ratione præditas magnificentiæ ſuæ amplitudine obumbraret, in qua locum requietionis haberent aves, non quæ terræ perpetuò hærent, inde petentes adverſus famem ſubſidia, legendo quæ caſus hùc illùcve diſperſerit, ſed illæ, quæ ut ex aquis ſanctificatis alas per ſacrum Lavacrum adeptæ ſunt, ſtatim ab imis oculos avertunt ad ſumma, Cæloque ab ævo invectas contemplatæ volucres, & in divinæ illius arboris ramis locatas, eò advolant, & gratiæ, quam aſſequutæ ſunt, pennis tranſvectæ, laborum atque ſollicitudinum perfugium illic tenere contendunt. *Et tollam de electis lignis Abjetum ſublimium unum, & plantabo illud ſuper Montes Iſrael, & de ſummitate ejus evellam medullam ejus. Ligna cedrina electa* familiarum tribus Juda principes deſignant, per quos traducebatur ſemen benedictionis & botrus miſericordiæ. Item alio ſenſu. Ligna Cedrina ſelectiſſima fuerunt Jeſus Sacerdos, & Zorobabel.. *Et ſcient omnia ligna Silvarum, quia ego humiliavi lignum ſublime, & exaltavi lignum humile. Per ligna Silvarum* expreſſit omnes Nationes, *hæ ſcient*, inquit, *quod ego humiliavi lignum ſublime*, Sedeciam, *& exaltavi lignum humile*, Zorobabelem.

v. 16.

v. 22.

v. 24.

CAP. XVIII.

QUare dicitis? Patres comederunt uvas acerbas, & dentes filiorum obſtupeſcunt. Hoc ajebant Judæi, quibus Propheta: nequaquam ita fiet, ait. *Sed anima, quæ peccaverit, ipſa morietur. Si vir fuerit juſtus; & hominem non contriſtaverit; ad uſuram non commodaverit, & amplius non acceperit, non morietur.. Pater ejus, qui hominem con-*

v. 2. v. 4. v. 5. 7. v. 8. v. 18.

triſta-

tristavit, & ad usuram commodavit, in peccatis suis mortuus est. Quoniam Judæi dixerunt : Patres nostri peccaverunt, & nos iniquitates eorum portavimus, hunc tu illis errorem evellito his verbis : Hoc non vere dicitis nec ita factum est ; Sed retributio iniquitatum vestrarum ipsa evigilavit contra vos. Ergo quicumque comederit uvas acerbas, illius ipsius dentes obstupescent. *Et dixerunt filii domus Israel : non sunt rectæ viæ Domini*. Hoc dictitabant Judæi isti minores, quia sciebant majores suos peccasse, neque propterea servitutis pœna fuisse multatos. Atqui illi ipsi nepotibus suis denunciaverant, certam ipsis, si quidem peccassent, impendere captivitatem ; quin & ipsum, quo tunc premebātur, triste servitium, eosdem admonebat, ut resipiscerent aliquando, & pœnitentiam agerent; at illi contra crimen Domino objectant, & obmurmurant, non rectè ab illo factum, quod aliàs se facturum, fuerat comminatus.

CAP. XIX. v. 2. v. 3. v. 8. v. 9. v. 10. v. 11. v. 14.

QUÆ *est mater tua, catule Leonis*? Mater Leonis fuit regnum Juda, *quæ inter Leones cubavit*, i. e. quod inter finitima regna claruit. *Crevitque unus de catulis ejus, & factus est Leo, & didicit prædam capere*. Joachaz hic fuit, quem Pharao interfecto Josia in Ægyptum secum abduxit, & postmodum necavit, idcircò subdit : *Et adduxerunt eum Gentes in Camo in Ægyptum*, subijcitque Jechoniæ regis inaugurationem. *Et cepit*, inquit, *mater eius unum de catulis suis, & fecit Leonem*. Atque hujus pariter abdicationem & exilium. *Et miserunt eum*, ait, *Gentes in caveam, & sustulerunt eum Babylonem*, simulque indicat ejusdem perpetuam in eadem urbe captivitatem & obitum, *ne audiretur*, inquit, *ultra vox ejus in montibus Israel*. *Mater tua quasi vitis in sanguine suo secùs aquas plantata est, frondes ejus & fructus ejus ab aquis multis*. Matrem dicit Jerosolymam civium suorum sanguine cruentam. *Cujus frondes*, filii scilicet & filiæ, præceptis Prophetarum quasi aquis irrigatæ succreverant. Subdit proindè. *Et factæ sunt ei virgæ solidæ in sceptra Principum*. Principes appellat, quos Deus primùm extulerat, deindè servitus invasit & avulsit. *Et egressus est ignis de virga frondosa, & voravit fructus ejus*. Sedeciæ perfidiam innuit, qua factum est, ut Civitas caperetur, civesque servituti addicerentur.

Et ego

A ET *venerunt de senioribus Israel, ut consulerent Dominum*. Quibus tamen Dei nomine respondet Propheta. *Nunquid ad consulendum me vos venistis?* Repulit nimirum impios senes Ezechiel, negavitque petentibus, consilium: objecitque suorum majorum contumaciam, quod etsi Deus illis sese in Ægypto manifestasset, atque præcepisset, ut Ægyptiorum idola ab oculis suis removerent. CAP. XX. v. 1. v. 3.

B *Illi tamen*, subdit Deus, *noluerunt audire me, nec abstulerunt ab oculis suis idola. Et dedi eis statuta, quæ non placent, & judicia in quibus non vivent*. Hæc statuta & judicia fuerunt calamitates, quas Propheta superiùs recensuit: *Quatuor*, inquit, *judicia mala misi super Jerusalem*; fuerunt autem, Bellum, Captivitas, pestis & malæ bestiæ: Rursus. *Statuta & judicia minime placentia* fortasse dicit legis præcepta Hebræis quasi parvulis, imò quasi servis protervis constituta, neque ut adultis & filiis, & quidem rectissimè: indulgere namque illorum infirmitati æquum & justum erat. Dedit ergo Deus illis legem & judicia, quæ tamen ipsi legislatori non placebant. v. 8. v. 11. *Sup.* 14. 21.

Et ego dedi eis præcepta non bona, & justificationes, in quibus non vivent. *Præcepta & justificationes* vocat constitutionem distinctionemque sacrificiorum. *Præcepta* autem dicit *non bona*, eo quod non quasi necessaria data fuerint, sed quatenùs accipientium imbecillitati accommodata: ne vid. repentinus ad perfectionem transitus ipsis difficilis videretur; deinde nec illa esse bona inde demonstrat, quod animalium cædes non decet Deum, quam per Esajam nullatenus sibi placere etiam declarat: *adipem agnorum*, inquit, *& sanguinem Taurorum, & hircorum nolo*. Illud ergo (*præcepta non bona*) non legislationem Dei notat, sed ejusdem erga imperfectos indulgentiam ostendit. *Es.* 1. 11.

D *Et adhuc in hoc blasphemaverunt me patres vestri postquam introduxi eos in terram, super quam levavi manum meam, ut darem illam eis. Viderunt omnem tumulum à terra eminentem*, i. e. omnem collem paulò editiorem, & omne lignum umbriferum, atque illic immolaverunt hostias suas. *Et dixi ad eos: quid est Phraco, ad quod convenitis?* Phraco est Bema, i. e. lapis in formam altaris configuratus, super quo Judæi Sacrificia idolis offerebant. *Et repurgabo ex vobis, qui rebelles sunt, & iniquè agunt in me*. Notat Judæos ex captivitate reduces. Prædicitque v. 13. v. 15. v. 29. v. 38.

que divina indignatione opprimendos, quorũ voluntatem famis, & ſervitutis pœna haudquaquâm mutaverat. *Fili hominis pone faciem tuam contra viam Auſtri, & propheta ad ſaltum meridianum.* Saltus meridianus Jeruſalem eſt, quæ, ſpectato ſitu Babylonis ad meridiem poſita eſt. *Ecce ego laxabo in te ignem, & comedet omnia ligna tua*, i. e. Sontes promiſcuè cum inſontibus.

CAP. XXI. *FILI hominis pone faciem tuam contra Jeruſalem; diceſque ad terram Iſrael, ecce ego ad te, & educam gladium meum de vagina ſua*, i. e. iram meam proferam capitalem, nec miſericordia clementiave cohibendam. *Et perdam ex te juſtum & peccatorem.* *Juſtum* utique vel legem dicit, vel Judæos, qui ſibi juſti videbantur, & *peccatorem*, reliquum promiſcuum vulgus. *Gladius, gladius exacutus eſt, & paratus ad obtruncandam progeniem filii mei*, i. e. ſtirpem filii mei Iſraelis radicitùs ſuccidendam, & *reprobabo omne lignum*, omnem ſcilicet cujuſvis conditionis hominem. *Clama & ingemiſce fili hominis*; quoniam contrà populum tuum iſtud decretum atque ſtatutum eſt. *Et percute palmam*, complode manus, quoniam æquum viſum eſt juſtitiæ illud judicatum exequi. *Et duplicetur gladius ad rumpenda præcordia illorum*: i. e. exeratur duplex gladius, ruatque ſuper illos. *Et gladius adhuc tertius interfectorum*. Triplicem ſcilicet deportationem Judæi paſſi ſunt; primam ſub Rege Joakim, in quam incidit Daniel cum ſociis; alteram ſub Jechonia, in qua ipſe Ezechiel in Chaldæam migrare compulſus eſt; poſtremã prophetante Jeroſolymis Jeremia. *Gladius interfectorum & ipſe magnus, qui & illis tremorem incutiet.* Sæviſſima ſcilicet fames, qua Deus Judæos vehementer concuſſit. *Strenuè agas dextera mea, quò diſpoſita eſt facies mea.* Contra Jeruſalem ſcilicet, ſic ut illam evertas & excindas. *Et viam facito, ut veniat gladius contra Rabbath filiorum Ammon*, i. e. inſtruito iter Regi Babylonis, ut veniat, *Et ex terra una egredientur* duæ ſcilicet viæ. *Et manus, ſeu locus electus contra caput, ſeu introitum viæ Civitatis electæ.* Manus electa fuit Antiochia. *Contrà Rabbath filiorum Ammon*, i. e. ex Urbe Antiochia per oram maritimam copias ſuas ducet Rex Chaldæorum ad Rabbath oppidum Ammonitarum. Venit quippè Nabuchodonoſor, & caſtra metatus eſt apud Emus, quæ & Hemi oppidum propè Antiochiam, idcircò ſubdit ſubſtitiſſe Regẽ Babilonis in capite viæ dividente vias, ſeù in bivio ad dividendam divinationem. *Jecitque ſagittam, & conſuluit idolum ſuum, ut tenderet inſidias contra illam, & aperiret os ſuum in forti-*

A

B

C

D

E

fortitudine, i. e. quæsivit præsagium seu augurium per jactum sagittæ, anceps, quò porrò pergeret, utrũ Tharsum Aquilonem versus, vel Antiochiam, & inde Jerosolymam peteret; inciditque divinatio cõtra Jerosolymã. *Et erit eis velut divinatio vana in oculis eorum.* Chaldæi scilicet vanũ existimarunt sibi oblatũ auguriũ de futura victoria, cum hãc ad longum tẽpus protelari animadverterent. Crediderant nimirum brevi paucorum dierum obsidione Jerosolymam fore capiendam. At contrà accidit, sub ejusdem quippe mœnibus hyemem exigere coacti sunt, vixque undeviginti post menses, quùm scilicet oppidani fame defecissent, oppidum expugnari potuit. *Tu autem immunde peccator, magister Israel venit dies tua.* Sadoch summum Sacerdotem objurgat, qui sub hujus captivitatis tempora Pontificatum obtinebat. *Et auferam à te Cidarim, & detraham tibi tiaram*, ne scilicet inposterùm ingrediaris templum, tuo mihi ministerio functurus. *Humilem exaltabo*, Jesum utique filium Josedech, & *sublimem humiliabo*, Sadoch videlicet Pontificem. *Propter iniquitatem & malitiam faciam istud, donec veniat, cujus est judicium, & ipsi tradam illud*, i. e. & istam quidem patientiam, qua hactenus usus sum, etsi ad exaggerandam propriam nequitiam & impietatem eâdem Sacerdotes abusi fuerint, expedit tamen erga ipsos adhiberi, dum veniat filius meus Christus, cujus est Sacerdotium, quod etiam ipsi traditurus sum ex alveo Jordanis per manus Joannis. *Hæc dicit Dominus Dominantium ad filios Ammon. Gladius paratus ad occidendum. exacutus & fulgens contrà vanam visionem vestram.* i. e. adversus conspectum seu ostentationem futilis virtutis & potentiæ vestræ. *Ut dem te super colla peccatorum*, scilicet Ammonitarum. *Cohibe te in vagina tua in loco, in quo natus es.* Hoc dicit, vel quia gladium dudum exacutum & politum exerere cunctabatur, dum compleretur præscriptum tempus; aut ipsos Ammonitas alloquitur, quasi vero se intra fines suos continerent, locorum munitione & difficultate confisi.

v. 23.

v. 25.

v. 26.

v. 27.

v. 28.

v. 29.

v. 30.

Severi. *Immundus peccator princeps Iſrael*. Hæc pertinere videntur ad ordines Pontificum, Sacerdotum, omniumque generatim principum illius populi, qui Salvatoris noſtri tempora vel viderunt, vel anteceſſerunt. Iſti namque tiaram & ſacram coronam amiſerunt, quum poſt Chriſti adventum regnum Cœlorum ipſis ablatum fuerit, & communicato ſibi honore exciderint. Idcircò ſubjungitur. *Donec veniat illi cui debetur, & tradam ei*. Chriſti ſcilicet Eccleſiæ traditum eſt ipſum Sacerdotium veteri populo ademptum, cujus Sacerdotibus Altiſſimus vilis eſt, & Chriſtus Dei ejuſque Verbum.

CAP. XXII. v. 2. 3. *Judica Civitatem ſanguinis; & notam facito illi abominationem ſuam*. Ad propoſitum regreditur, redarguens flagitia, quæ Jeroſolymitani perpetrabant, & Prophetam interpellans. v. 25. *Judica*, inquit, *Civitatem ſanguinis: Prophetæ ejus rebellaverunt contra me in medio ejus, ſicut Leo rugiens & rapiens prædam, & devoraverunt animas in fortitudine ſua*, ſcilicet poteſtate, quam contra jus faſque ſibi arrogarunt. *Gloriam palatiorum ſuorum acceperunt*, i.e. pro ædium ſuarum amplitudine ſeù majore, ſeù minore ſibi collegêre prædas. v. 26. *Sacerdotes inique egerunt in legem meam & polluerunt Sanctuarium meum*, illud ſcilicet, minimum curarunt, & ſanctum à profano non diſcreverunt, adeò ut inter mundum & immundum nullum ponerent diſcrimen, ſed omnia ſuis uſibus promiſcua facerent. v. 27. *Principes ejus quaſi lupi veſpertini*, fictis criminibus populum terræ oppreſſerunt, & exegerunt uſuras. Principes, inquam, qui meæ legis periti dicebantur, pauperes ſpoliabant.

A
B
C

CAP. XXIII. v. 2. *DUÆ mulieres filiæ unius matris*. Parabolam inſtituit, in qua ſub imagine duarum ſororum, duas Civitates, Samariam, & Jeroſolymam deſcribit unanimas; ambas, ait, ſe vitulis, eorumque cultoribus proſtituiſſe his verbis: v. 3. *Et fornicatæ ſunt in Ægypto ab adoleſcentia ſua, atque illic ſubegerunt ubera earum, & conſtupraverunt illas*. Significat ambas ab annis pubertatis idololatriæ & impudicitiæ aſſueviſſe. v. 4. *Nomen majoris Oolla, & nomen alterius Ooliba*. Et iſthæc nomina illas ipſas Civitates deſignant, puta *Oolla* Samariam, *Ooliba* Jeroſolymam, & hæc ipſa non ad honorem, verum ad probrum & ignominiam utrique affinguntur. v. 5. *Et mœchata eſt Oolla cum Aſſyriis, qui ipſi propinqui erant*, Samariam intelligit. v. 8. *Et facta eſt ibi fabula mulieribus. Et illi conſtupraverant eam*. Subdit Samariam confœderatam fuiſſe Aſſyriis ſibi propinquis, eorumque numinibus ſeſe devoviſſe. Aſſyriis quippe placere maxime ſtuduit, idcircò illorum etiam idola complexa eſt, turpique ipſorum conſuetudine vitiata fuit. Quamobrem v. 11. *fabula facta eſt mulieribus*, ſociorum ſcilicet Civitatibus. *Et vidit ſoror ejus Ooliba, & confirmavit fornicationem ſuam*

D
E

A *ſuam pluſquàm ſoror ejus* : Tametſi, inquit, Jeroſolyma cujus typus eſt Ooliba, præſens intueretur pœnas, quas tulerat Samaria, ſe tamen Aſſyriis proſtituere verita non eſt; ſed cum iiſdem meretricata eſt impudentiſſimè : nec ſatis habuit, quod cum veris & viventibus viris ſibi ſcortari liceret, niſi etiam in parietibus depictos amaret. Subdit proinde : *Et vidit viros expreſſos in parietibus* v. 14. 15. *accinctos baltheo renes, vittiſque caput, & polluta eſt in illis*. Hæc porrò ad Chaldæos pertinent, quos ab Ooliba ad concubitum provocatos hîc dicit. Quæ ſequuntur Jeroſolymitanas mulieres ſpectant. *Cum*, inquit, *mactarent filios ſuos idolis ſuis, ipſa die ingreſſæ* v. 39. *ſunt Sanctuarium meum, & contaminarunt illud*. Hinc ad Prophetam converſus: *Adduc*, v. 47. ait, *contra illas cœtum*, i. e. judicium facito de talibus matribus, quæ genitos mihi liberos, ſuis idolis combuſſerunt.

CAP. XXIV.

ET factus eſt ſuper me ſermo Domini anno nono in decima decimi menſis. Fili v. 1. *hominis, ſcribe tibi nomen hujus diei, in quo* v. 2. *incubuit Rex Babylonis in Jeruſalem, foco* v. 3. *imponito cacabum, & funde in eum aquam,* v. 4. *& injcito in illum fruſta carnis bona & pinguia*. Deus Prophetæ repreſentat Jeroſolymam ſub imagine *Ollæ*, ejuſdem porrò habitatores ſub imagine *Carnium*, ſub imagine vero *Ignis* illorum hoſtes. *Et non cadet* v. 6. *ſors ſuper eam, quia Sanguis ejus in medio ejus*. Significat Jeroſolymitanorum fortunas & bona neutiquam ſortitione cernenda fore, quippè, quæ victorum libidini ſubjicienda eſſent. *Tradidi ſanguinem ejus ſuper lapi-* v. 7. *dem levigatum, qui non occultatur*, etenim nec occulta erant fontium crimina, imò uſque ad ſupplicii diem palàm, & publicè perpetrabantur. Poſt pauca Prophetæ Deus prædicit repentinum Uxoris obitum. *Ecce*, inquit, v. 16. *auferam à te deſiderium oculorum tuorum Non planges, nec plorabis, neque fluent tibi lacrymæ, neque operies te ſuper labia tua*. Iſta Prophetæ edicuntur, ut in interitu feminæ, quæ hìc dicitur deſiderium oculorum conjugis ſui, velut in imagine expreſſum, legeretur incendium ſancti illius templi, quod erat omnium Judæorum amor & delicium. Simul Propheta prohibetur eum dolere caſum, aut aliquem ex ea jactura doloris ſenſum lacrymis ſeù verbis præſeferre. *In illa* v. 26. *die veniet, qui evaſerit, ad te, & audire faciet* v. 27. *in auribus tuis, & aperiet os tuum*. i. e. tum demum aperies os tuum, & velut digito monſtrabis, quam oppidò vera fuerint, quæ modo futura vaticinaris, nec mutus, preſſo ore, tacebis.

CAP. XXV. *FILI hominis pone faciem tuam super filios*
Ammon. Pro eo quod dixistis: Euge euge
v. 2. *super Sanctuarium meum, quod pollutum est,*
v. 3. i.e. quoniam risistis & insultastis Sanctuarium meum, eo quod externorum ingressu, & civium cæde & sanguine violatum fuisset, atque terram Israel, quod fuisset devastata. *Tradam Rabbath in cubile Camelo-*
v. 5. *rum, & in stabulum gregum; pro eo, quod*
v. 6. *plausisti manu, & percussisti terram pede tuo,*
v. 7. *extirpabo te de populis*, i.e. tradam te in hæreditatem Babyloniis ab Oriente venturis. *Et*
comedent fructus tuos, & lac tuum bibent. Hæc
v. 8. *dicit Dominus Dominantium, pro eo quod dixit*
v. 9. *Moab & Seir. Ecce in cunctis gentibus Juda. Idcircò, ecce ego luxabo humerum Moab à Civitatibus*, i.e. Moabitarum regnum de medio finitimorum regnorum auferam. *Pro eo*
v. 12. *quod fecit vindictam in filiis Israel, atque of-*
fendendo offendit illos, atque zelo concitatus est
v. 13. *in eos; faciam eum in solitudinem à Theman, & Daran, & ipsa Daran in gladio cadet;* quia scilicet servavit iram contra Judam.
v. 16. *Ecce levabo manum meam super Palæstinos, &*
Sup. v. 15. *perdam reliquas oras maritimas . . . Pro eo quod Palæstini fecerunt ultionem in desiderio animæ suæ, ut amicitiam sempiternam violarent.* Illo fœdere auctoratam, quod Abimelech multa præfatus Abrahæ jurejuraverat.

CAP. XXVIII. *ET factus est sermo Domini ad me dicens: Fi-*
v. 1. 2. *li hominis, dic ad Principem Tyri. Num-*
v. 3. *quid tu sapientior es Daniele?* q.d. tu ne te adeo in minimis efferas, cum Daniel in maximis se depresserit, & aucta dignitate simul
v. 7. auxerit humilitatem; *Idciro polluent te,*
v. 12. *& decorem tuum, & in foveam deducent te, tu signaculum similitudinis &c.* Regem Tyri *Signaculum similitudinis* dicit, eo quod affinitatem affectaret cum Tribu Juda, quùm ad hanc nullatenùs attineret.
v. 13. *Tu corona gloriæ in deliciis Paradisi Dei fuisti*, scilicet, in Tyro, & Jerusalem. *Omnes lapides pretiosi cinctus tuus, Sardius, Chalcedonius, Smaragdus, Beryllus, Sapphirus, Jaspis, Chrysolithus, & uniones. Sed &*
v. 14. *auro implevisti domum thesaurorum tuorum, & gemmis apothecas tuas; & cum uncto Cherub fuisti*, videlicet cum Davide, qui à Samuele in regem unctus fuit, & universum Israelem suâ texit umbrâ. Et quidem juxtà sensum ex germana vocum significatione erutum Rex iste, de quo Propheta loquitur fuisse videtur, vel Hiram, qui Davidis æqualis fuit, ut usque ad Ezechielis tempora vitam produxisse dicatur; sivè potiùs Propheta in populum Tyriorum & regnum, atque alium ab Hiramo, regem justitiæ desertorem invehitur. Sensus vero reconditus ex

ex re per historiam narrata traductus, ad Diabolum pertinet, quem constat spiritualibus dotibus, quasi vernantibus gemmis ornatum fuisse, & unâ cum reliquis Cherubim sanctitate unctum, tametsi postmodum inani decoris sui opinione delectatus Opificis sui fuerit oblitus, atque hanc ob causam de monte Dei dejectus fuerit. *Et ambulasti in medio lapidum ignitorum; & interfeci te de monte Dei.* *Lapides ignitos* appellat Prophetas & Sacerdotes. *Et ambulasti in illo*, Paradiso, *absque macula*, usque adeo, donec ex occasione susceptæ negociationis, tua te avaritia ad impietatem perpulit. *Et perdam te, Cherub, unctus & obumbrans de medio lapidum ignitorum.* *Unctum* appellat non quia talis erat, sed quia Rex fuit. Hæc porrò tùm historicè tùm allegoricè eodem, quo superiora sensu exponenda & intelligenda sunt. *Ecce ego super te Sidon.* Subintellige. Pro eo quod tu quoque populum Israel risisti & insultasti. *Et glorificabor in te.* *In te*, inquit, non à te, sed ab aliis meam utique admiraturis æquitatem in repetendis à te tuorum scelerum pœnis.

v. 15.

v. 16.

v. 22.

CAP. XXIX.

ECCE *ego ad te Pharao Draco, qui cubas in medio fluminum, & dicis: meus est fluvius*, i.e. meum est imperium. *Et mittam frænum in maxillas tuas, & agglutinabo pisces fluminis tui alis tuis*, scilicet exercitus tuos. *Et extraham te de medio fluminis tui*, scilicet de loco & ditione tua. *E proijciam te in desertum, & non colligeris*, i.e. educam te, tuasque tecum copias, quæ hìc piscium nomine designantur. *Et non colligeris*, i.e. nec in sepulcrum infereris; *pro eo quod fuisti quasi baculus arundineus domui Israel; quando aprehenderunt te manibus suis, perforasti manus eorum & innitentibus eis super te, comminutus es, & in metum atque trepidationem illos conjecisti*, talis nempe antehàc fuisti, nec nunc profectò alius .. *In illa die pullulare faciam cornu salutis domui Israel*, scilicet postquam contritum fuerit cornu, quod ipsos tristi servitute premebat. *Et aperiam os tuum in medio eorum*, quum nimirùm tua de Ægyptiis vaticinia impleta fuerint, & prædictiones ad effectum fuerint perductæ.

v. 3. v. 4. v. 5. v. 6. v. 22.

ܚܘܢܗ ܘܡܚܐ ܐ ܐܢܐ ܐ ܗ ܡܢ ܕܢܦܩ ܚܘܢܗ ܘܡܚܐ . ܠܐ ܐ ܐ ܒ
ܒܗܝ ܐ ܐ ܒ ܐܢܐ . ܐ ܕܢ ܒܗ ܒ ܒ ܐ ܒ ܘܒ ܐ ܐ
ܢܣܚ . ܘ ܐ ܐ ܐ ܒ ܐܢܐ ܡܢ ܕܢܦܩ .

Severi v. 6. *Et ſcient omnes habitatores Ægypti, quia ego Dominus. Pro eo quod fuiſti baculus arundineus filiis Iſrael.* Quiſquis non innititur virgâ, quæ de radice Jeſſe egreſſa eſt, neque caſtigatur virgâ, in qua Deus viſitat iniquitates filiorum David, poſtremum nec Apoſtolica corripitur virgâ, ſed mendacibus, & inanibus verbis innititur, innititur profectò baculo arundineo, Pharaonico illi Draconi.

Ejuſd. v. 8. *Et perdam ex te homines & jumenta.* Sicut habet Deus homines & jumenta ut ſalvet, ſic & Draco ille habet ut perdat: non tamen Deus abſolutè, ſed à Dracone; Vel fortaſſe ipſi homines hanc ſalutem accipiunt, ne inpoſterum Draconi, Pharaoni ſubſint.

CAP. XXX. *ET invadet gladius Ægyptum, & erit ſtupor in Æthiopia. Et auferent ſubſtantiam ejus, & captivam ducent captivitatem illius,*
v. 4. v. 5. *ſpoliaque ipſius diripient Puthæi & Lybij, tota Arabia, & Cub, & filii terræ fœderis cum illis.. Immittam ignem in Ægyptum, &*
v. 8. *vaſtabo terram in plenitudine ejus; & interficiam Pathros, & dabo ignem in Soan, & faciam judicium in No.* Incumbet, inquit, bellum in Ægyptum, & ſtupebit Æthiopia, & depopulabuntur opes ejus Puthæi & Lybij, ipſiſque conjunctæ ab Aquilone nationes. *Et cadent munimenta Ægypti*, i. e. legiones & exercitus ejus, in quibus ſecuritatis & ſalutis ſuæ ſpem omnem poſuerat.
v. 9. *In illa die egredientur Angeli à facie mea*, i. e. exibit decretum à conſpectu meo ad demo-
v. 16. liendam Æthiopiam degentem in otio. *Et ſuccendam ignem in Soan, & faciam judicium in No*, i. e. immittam ignem, bellum ſcilicet in Ægyptum, & conturbabitur Sin dolens ſa-
v. 18. crificorum ſuorum caſum. *Et No aperietur, & Maphes erit in ruinam; & in Thaphis occidet dies*, i. e. Thaphis gladio tradetur..
v. 20. *In menſe primo in ſeptima menſis factus eſt ſer-*
v. 21. *mo Domini ad me dicens: Fili hominis, brachium Pharaonis Regis Ægypti confregi, & non*
v. 22. *apponetur ſuper illud malagma. Et comminuta ſunt brachia ejus valida.* Brachium Pharaonis
v. 24. ejuſdem exercitum appellat. *Et brachia ejus firma concidam*, i. e. arma, duces, & mili-
v. 25. tes. *Et diſpergam Ægyptum in nationes. Et*
v. 26. *confortabo brachium Regis Babylonis, & dabo gladium meum in manus ejus*, quo ſcilicet brachia Pharaonis præcidat. *Et gemet Pharao gemitibus interfectorum*, coram interfectoribus ſuis.

A ܐ ܐ ܐ ܒ ܐ ܒ ܐ ܒ

A & hìc congeruntur, exhibent ſub figura Cedri Imperii Aſſyriaci potentiam, & amplitudinem. *Germen ejus in medio montium nemoroſorum*, in corona opulentiſſimorum regnorum. *Et ramos ſuos extendit ſuper omnia ligna agri. Sub umbra ejus habitarunt populi multi*: Aſſyriacorum regum deſcribit potentiam cunctis orbis nationibus imperitantium, id nempe ſignificat ea periphraſis, *ſub umbra illius populi ſtabulati ſunt multi*. *Cedri in Paradiſo Dei haudquaquam altiores illa fuerunt*. Videlicet. Nemo cœterorum Principum extitit, qui Aſſyriacos reges opibus, armis, aut ditionum numero ſuperaverit. *Et Abjetes non adæquaverunt ramos ejus*. q. d. Aliarum Gentium ſupremi Principes nec opibus, nec potentia Aſſyriaci imperii ſatrapis fuere pares. *Sed quoniam elevatus eſt in ſtatura ſua*, i.e. Verumtamen quia Rex Aſſyrius poteſtatis & gloriæ ſuæ altitudine inflatus ſuperbè egit; *Idcircò tradam eum in manus fortiſſimi Gentium*, i. e. Regis Chaldæorum potentiſſimi regnum ejus tradidi, qui quidem faciet ei juxta peccatum ſuum. *Et conterentur virgulta ejus, & rami ejus decident & deſcendent ex umbra ejus omnes gentes*, i. e. poſtquàm è ſolio dejectus fuerit. *Sub ramis ejus peperit omnis beſtia agri*. *Pulchram effeceram illam in multitudine ramorum ejus; & æmulata ſunt eam omnia ligna voluptatis in Paradiſo Dei*, i. e. Regem Aſſyrium, cujus cadaver voraturæ convenere nuper aves & feræ, æmulati ſunt aliâs reliquarum gentium Principes iniquo animo contuentes adminiſtrationem imperii, & legionum numerum ac robur: Ergo ad arma procurrerunt, profligatiſque Aſſyrij copijs ipſius diadema proculcarunt, eo quod Dominus propter ipſius peccata tradidiſſet eum. *Et comminuentur rami ejus in cunctis vallibus terræ; & ſuper eam inſidebit omnis avis Cœli, & ſub ramis ejus erit omnis beſtia agri; ne in ſtaturis ſuis exaltentur cuncta ligna aquarum*. Videlicet. Id porrò factum eſt, ut reliqui reges, quos arbores ſatas ſecus aquas appellat, Aſſyrii triſtes caſus & ruinam conſpicientes diſcant ſtatus ſui altitudinem haud nimium ſuſpicere. *Neque proferant germina ſua inter condenſas frondes*. Iterum admonet principes, ne inſoleſcant forti ſatellitio ſeſe ſtipatos circumſpicientes. *Sic dicit Dominus Dominantium: in die qua deſcendit ad inferos, induxi luctum. Et quum deducerem eum in infernum, conſolata ſunt omnia ligna voluptatis*. ſcilicet ruina ipſius gaviſi ſunt omnes reges, qui pridem interierant. *Et electiora*

B C D E F

v. 4. v. 6. v. 8. v. 10. v. 11. v. 12. Sup. v. 6. Sup. v. 9. v. 13. v. 14. v. 15. v. 16.

ligna

ligna plantata secùs aquas, ligna nimirum libani præstantissima, *ipsa pariter descenderunt cum eo ad inferos*. Significat reliquos Principes simili affectos fastu & arrogantia sub terram detrusos fuisse, & præterito bello cæsis associatos. *Et semen ejus habitavit in umbra ejus* (Regis Babylonis) *inter gentes*. Postquam enim Assyrio imperium ademptum est, ejus populus sub umbra aliarum gentium, puta Chaldæorum, conquievit. ℣. 17.

CAP. XXXII. ℣. 1. ℣. 2.

Et factum est in undecimo anno in duodecimo mense in una mensis, & fuit verbum Domini ad me dicens: Fili hominis assume lamentum super Pharaonem Regem Ægypti. Quare Leoni similem te fecisti, cum sis quasi cetus maris? Cornu petebas in fluviis tuis, & pedibus tuis turbabas aquas. q. d. Frustrà tibi plaudis, quasi cæterarum gentium copias dissipaveris, legionum tuarum virtute ac robore, hasce scilicet designant flumina Ægypti. Ineptus perinde es, si leo fortissimus animantium rex videri affectas cum cetum propè referas, quem metus, & ignavia sub aquis perpetuò latere cogit. Idcircò Assyriorum, tum Chaldæorum armis profligaberis, atque in tantam contemptionem redigeris, ut civitates & regna doleant casum tuum. Concitata itaque, immissaque in tuas terras immensa Chaldæorum multitudine, ℣. 3. *Expandam super te sagenam meam. Et* ℣. 4. *super te insidere faciam omnia volatilia Cœli, & satiabo de te bestias universæ terræ. Abjiciam carnes tuas super humum mon-* ℣. 5. *tium, & æstuare faciam cor multarum gen-* ℣. 9. *tium. Tunc disponam aquas earum*, i. e. Fractâ Ægyptiorum potentiâ, reliquæ nationes ab illis perpetuo bello exagitatæ respirabunt. ℣. 13. *Et fluvios eorum fluere faciam quasi oleum*, idem significat, prænuncians cæteris populis post Ægyptiorum ruinam, bellorum finem & otium. ℣. 14. *Planctus erit, & filiæ gentium lugebunt super Ægyptum & super omnem opulentiam illius*. Quum scilicet incubuerint Ægyptiis calamitates ex divino decreto ipsis impendentes. ℣. 16. *Et factus est ad me sermo Domini, dicens: su-* ℣. 17. *me lamentum super fortitudinem Ægypti: &* ℣. 18. *dejiciam populum ejus in terram infimam cum descendentibus in lacum. . Ibi est Assur, & agmen illius circa sepulcrum ejus*. Hæc & quæ sequuntur præfatus, mox, ut ostendat Assyrios, eorumque socios ob Israelitarum odium, & persecutionem calamitatibus ejusmodi Dei judicio obrutos fuisse, subdit. ℣. 22. *Quia fecit contritionem in terra viventium*, videlicet, in urbe Jerusalem, quam viventium sedem recte appellat, quandoquidem ℣. 23.

in

in illa promulgabatur lex ſancta indicans, & docens ſublimem & excelſam vitam, quæ in Deo eſt. *Ibi Ælam & univerſus exercitus illius circà tumulum ejus. Ibi Meſoch, & Thubil, & omnis virtus illius circa ſepulcrum ejus.* Ælamitæ ſcilicet & populus Gog, qui duce Olopherne adverſus Jeroſolymam bellum parabant, & in Judæa cæſi, ſepultique fuere admirabili ſtratagemate à Juditha debellati. *Nec cum incircumciſis, qui deſcenderunt ad inferos, conquieſcent*, i. e. nec populo Meſoch, neque cæteris incircumciſis poſt deſcenſum ad inferos ſuis ſibi armis pacem & otium parare licebit, poſtquam ſacram vitæ ſedem impiè violarunt.

v. 24. v. 26. v. 27.

CAP. XXXIII.

INiquitates & peccata noſtra ſuper nos ſunt, & in ipſis putreſcimus; ſcilicet, quamdiù durabit iniquitas noſtra, nec pœnitentia noſtra erit acceptabilis. *Et æſtimaris ab eis quaſi canticum*, i. e. Judæi quidem hoc tempore ſermones tuos, velut bene modulatum carmen libenter audiunt, & quaſi ſuave melos, dictiſque tuis ſe mulcent quaſi jucundo Citharæ cantu. Atqui quum labores & calamitates, quas modo illis portendis, eiſdem incubuerint, tum verò ſcient, *quod Propheta fueris tu in medio eorum.*

v. 10. v. 32.

CAP. XXXIV.

O Paſtores? Iſrael, nonnè gregem paſcitis; atqui, quod infirmum fuit, non conſolidaſtis, & quod ægrotum, non ſanaſtis; & factæ ſunt oves meæ in devorationem beſtiis agri. Invehitur Propheta in Sacerdotes, & populi Rectores, quorum ſocordia, & imprudentia fiebat, ut populus leges & mandata Dei oblitus, atque ab eodem meritò deſertus præda fieret agreſtibus beſtiis, quâ metaphorâ Chaldæi, & Aſſyrii planè deſignantur, utpote qui velut ſilveſtres ac immanes feræ procul à via divinæ legis per agros palabundi errabant. *Quoniam factæ ſunt oves meæ in direptionem.* q. d. ex deſidia & inertia paſtorum populus meus ſuarum cupiditatum æſtu abreptus in vitia & plurima ſcelera prolapſus eſt. *Quamobrem ecce ego requiram oves meas, & viſitabo eas; quemadmodum viſitat paſtor gregem ſuum &c.* Ignavis ſcilicet, paſtoribus officium adimam, eiſdemque in ſervitutem procul à grege abactis, eruam ex ore eorum oves meas, quas, quum ad conſueta paſcua reduxero, ipſemet regam, & ad ſtabula ſua ducam. Hæc ad Eccleſiam Chriſti pertinent, in qua idem dicitur futurus paſtor, & omnes Orbis Nationes recturus: ſimul docentur oves in ipſo paſtore Deo refugium & ſtationem quærere, quemadmodum ſcriptum eſt. *Domine refugium factus es nobis in generationem generationum.*

v. 4. v. 5. v. 8. v. 10. v. 12. Pſal. 89. 1.

v. 13. *nium.. Et congregabo oves meas, & pascam eas in montibus Israel.* Montes scilicèt à sensibus remoti, & uni Israeli concessi, contemplationes sunt primæ, rerumque conditarum ordinem supereminentes. *Et pascuum pingue depascent.* Quæcumque enim bona ipsis aliâs pollicitus fueram, postquam in locum, undè fuerant ejectæ, restitutæ fuerint, exhibebo. *Ecce judicabo inter ovem, & ovem*; impetunt quippè se invicem, & cornibus se mutuò feriunt. Metaphora designat impiam eorum Synagogam, quæ Christum in Crucem egit, & ex adverso piorum congregationem collectam videlicet ex gentibus Ecclesiam. *Judicabo inter arietem, & arietem.* Caipham Pontificem, & ejus populum innuit, hisque opponit gentes, quæ ad Crucem adorandam ex variis diversisque nationibus in unum coaluere cœtum. *Et constituam super eos Pastorem David servum meum*: quod quidem cœptum in Zorobabele, in Domino perfectum fuit, qui est verus Pastor ovium ex Gentibus congregatarum. Is porrò servus & David eatenûs appellatur, quatenùs factus homo formam servi à Davidica stirpe accepit.

CAP. XXXVII. v. 1. *ET facta est super me manus Domini, & eduxit me in spiritu suo Dominus, & dimisit me in medio campi, qui erat plenus ossibus.* Hoc loco divinus spiritus specimen quoddam futuræ resurrectionis omnium mortuorum Ezechieli exhibet. Illa itaque verba: *facta est manus Domini super me*, divinam visitationem significant: illam utique per quam eductus est per quendam mentis excessum in apertum latèque patentem campum, quem mortuorum crania, & truncа cadavera texerant, ad speciem tamen, nam re ipsa nulla erant ibi hominum ossa, ubi enim proditum est eo in loco, in Babylonico scilicet agro tantam Israelitarum cædem editam fuisse: dicendum ergo est ad Judæorum instructionem visionem istam à divino spiritu compositam fuisse, & Prophetæ exhibitam ex illorum opinione & sensu: sic enim sentiebant se utique mortuis similes esse, atque perindè Babylonem deportatos, ut mortuorum corpora efferri solent, nec porrò aliter hic interim detineri, quàm velut cadavera suis inclusa tumulis. v. 2. *Et circumduxit me per ea in gyro, & vidi quod erant multa valde, & vehementer sicca*: v. 7. pauciscque interjectis subdit.. *Et accessit os ad os, & articulus ad comparem suum*, scilicet, quum divini Spiritus scopus esset istiusmodi visione Prophetam docere, quomodo Judæi, etsi macie tam misera eo loci torreren-

rerentur, ut hærente ossibus cute mortua jampridem corpora referrent, nihilominùs fieri posse, ut eo tandem servitutis jugo exemti, in patriam, undè abducti fuerant, postliminio remearent, consequens fuit, ut hujus admirandi operis specimen Prophetæ daret, id porrò præstitit, humanorum corporum ossa componens, & partes coagmentans, suisque locis distribuens, ut superveniente animatione ingentem hominum multitudinem suis è tumulis simul assurgere Propheta videret, suisque nixam pedibus insistere. *Et ingressa est vita in eos*, inquit, *& revixerunt*. Mox Deus ipse illam resurrectionis speciem in campo exhibitam Prophetæ declarat. Cæterùm etsi divinæ Omnipotentiæ Mortuorum resurrectionem exhibere, non minùs facile sit, quàm illam adumbrare, quandoquidem utrumque constat solo nutu voluntatis, quam planum est nec laborare agendo, nec frangi. Nihilominùs non illud præstitit, sed istud, ut resurrectio non vera fictam illorum fidem monstraret, qui dicebant: *Aruerunt ossa nostra, & spes nostra periit*. Sed enimverò, si ista garriebant, profectò mortui non erant, sin mortui, quin Deo obtrectare desinerent? Viventes ergò Dominus arguebat, non mortuos alloquebatur motu sensuque carentes, quando dicebat: *Et scietis, quia ego Dominus, cum aperuero sepulcra vestra, & eduxero vos de tumulis vestris*; quibus verbis spondet Babylone exitum, & in patriam, undè deportati fuerant, restitutionem illis ipsis, qui dicebant: Mortui sumus, periimus, fractaque redemptionis spes omnis excidit, nec terram sanctam Jerusalem revisere licebit unquam, idem ergò sepulcri locus erit, qui exilii fuit; quandoquidem plures jam annos illorum solo tumulamur mortui, quorum jugo viventes premimur. Judæos itaque Deus hac mœstitudine relevaturus Prophetæ ostendit in excessu mentis ossa humi projecta atque dispersa, postmodum repentè coagmentata occulta vi, atque refuso vitali spiritu rediviva, ut ex iis, quæ viderat, in certam spem futuræ redintegrationis populares suos erigeret, atque doceret similem resurrectionem & reditum ipsis quantocyùs Dei munere præstitum iri. *Et tu, fili hominis, sume tibi lignum unum, & scribe super illud Judam, & filios Israel & socios ejus. Iterum sume tibi alterum lignum, & scribe super illud Joseph hum in ligno Ephraim*. Hìc Prophetæ Deus sub metaphora duorum lignorum, duo Israelitarum regna, soluta Babylonica servitute, in unum coitura prædicit his verbis: *Sume tibi lignum, & scribe super illud Judam, & Israel, &*

A
B
C
D
E
F

v. 10. v. 11. v. 13. v. 16.

v. 17. *& erunt unum lignum in manu tua, & con-*
v. 22. *gregabo, & faciam eos unum in monte Iſrael.* Continuò Parabolam interpretatur ſubdens: *Congregabo eos, & faciam eos populum unum in monte Iſrael, & ſervus meus David regnabit ſuper eos.* Zorobabelem innuit futurum populi Ducem, in quo novi imperii forma primoribus lineis deſcripta fuit, quæ poſteàper Chriſtum abſoluta & perfecta eſt. Hìc enim in ſuo per carnem adventu Mundo ſalutem attulit, populumque & populos, Judæos ſcilicèt, & gentes, Cœleſtes ac Terrenos novo pacis ſocietatiſque fœdere conjunxit, ſuoque imperio regendos ſuſcepit. Sed qui Rex, idem *ſervus* eſt appellatus, quando pro nobis factus eſt homo, atque *ſervi ſimilitudinem aſſumpſit*, quum idem ſit Dominus & Deus.

A

B

Jacobi Edeſſ. in Ep. ad Adæum.

Oſſa quæ vidit Exechiel in planitie, non fuerunt oſſa ſexcentorum millium Iſraelitarum, qui ex Ægypto egreſſi ſunt, ut fanatici quidam & indocti affirmant; nihil enim tale ſcripſerunt, aut dixerunt Eccleſiæ Doctores ſcripturæ interpretes. Sed quidam illorum in Spiritu Dei loquentes docuerunt, mortuos ænigmaticè dici qui reapſe mortui non erant; proindè oſſa quæ oſſa non erant in prophetica extaſi Ezechieli oſtenſa fuiſſe. Nec enim Dei ſcopus erat ſupremum reſurrectionis diem Prophetæ deſcribere, quum illum duxit in campum, ipſique oſſa monſtravit, quum ibi nulla oſſa extarent, ſed ut Prophetæ filiiſque Iſrael ſuo oraculo confirmaret, quod aliàs promiſerat, fore ut ipſos viſitaret, & in terram, unde in captivitatem abducti fuerant, revocaret, illos utique, qui aſſidue querebantur aruiſſe oſſa ſua, nullamque ſalutis jam ſupereſſe ſpem, ſeque proinde quaſi extinctos intuebantur, & dicebant: Nunquam in patrum noſtrorum terram redibimus. Hic eſt germanus & verus hujus loci ſenſus.

CAP. XXXVIII. v. 6. v. 8.

ECCE ego ſuper te Gog principem & rectorem Moſoch, & Thubil, Gomer, & omnem exercitum ejus, & domum Thogorma. A diebus antiquis viſitatus fuiſti, & in noviſſimo annorum venies, captivam duces captivitatem, & direptionem diripies. Et immittam frænum in os tuum, extrahamque te, & agmina tua ex cunctis gentibus congregata. Gog & Magog eos fuiſſe proditum eſt, qui Judæos paulò antè Babylone reverſos acerbè vexarunt; quamquàm alii Interpretes non pauci Gogum crediderunt fuiſſe, qui Olo-

C

D

A Olophernes in hiſtoria Sacra appellatur, fuitque magiſter militiæ Nabuchodonoſor regis Ninive. Illum quippè ſequutas fuiſſe conſtat plurimas ab Aquilone nationes, quæ in Judæa ab Iſraelitis poſtmodum profligatæ & deletæ fuerunt. Ajunt ergò collectam ex cæſorum armis materiem alimenta ſacro igni ſuffeciſſe ad ſeptennium, idque à Judæis factum ad conſecrandam hujuſmodi monumento reportatæ victoriæ memoriam. Subdit proinde: *Et ſuccendent ignem ex eis* (armis) *ad ſeptem annos*. Porrò ſi, ut fieri ſolet, cæſorum hoſtium arma ſibi victores abſtuliſſent, eadem cremata fuiſſe utique dicendum non eſſet, ſin autem iſtuc factum eſt, reſque omninò ità ſe habuit, ut dicitur, urgente præſertim Dei præcepto, rationi profectò valde conſentaneum eſt etiam credere Sacerdotes captæ prædæ partem templo importaſſe, & haſtas, & contos, & cætera hujuſmodi tela ſacri ignis materiem feciſſe ad integrum ſeptennium, quoties ex divinæ legis præſcripto ſacrificare ſolebāt, & thura cremare, puta in feſtis diebus, & Neomenijs. *Et per ſeptem menſes ſepelient eos. Et omnis qui tranſierit, & viderit oſſa hominis, extruet juxta illa titulum*. Dum ſeptimeſtre ſpatium Cadaverum ſepulturæ definit, oſtendit, ea omnem modum exceſſiſſe, adeo ut breviori intervallo tumulari nequiverint, quod quidem contigiſſe credibile eſt, tum quia victores colligendis ſpolijs unicè intenti, iſtuc neglexerunt; tum quia ut ex ſimili Zachariæ vaticinio deducitur, cæſorū corpora in ipſo caſu putrefiebant, & inde ſequebatur fætor intolerādus adeo ut nec illa contingere, aut proprius accedere quiſpiam ſuſtineret. Hanc ergo curam inpoſterum differendam cenſuerunt: fortaſſe etiam ne lætos victoriæ dies triſti labore corrumperent, eòque moleſtiſſimo, quod ſanie taboque fluentia cadavera attrectare, componere, atque efferre cogerentur; uſque dum ferventibus tunc æſtatis caloribus torrefactæ carnes partìm colliquarentur, partim ab alitibus feriſque ad ejuſmodi prædam inhiantibus abſumerentur; ita demùm oſſa aere atque ſole ſiccata tumulare commodum eſt viſum, quod quidē anteà cœptum, ſeptimo menſe confectum eſt. *Et omnis, qui tranſierit, & viderit oſſa hominis extruet juxta illa titulum*, ideſt, ſi quæ autem ſuperavere cadavera advenis illàc prætereuntibus relicta, à quibus collecta conditaque fuere. *Et extruet juxta illa titulum* ſeu aggerem. Hæc ad allegoricum ſenſum traducta optimè quadrant in Eccleſiaſten, qui paganum quempiam offendens, vel judæum, quaſi lapidum aggerem homini circumdare videtur, dum verba vitæ de ſcripturis congeſta ad ejuſdem correctionem, & eruditionem in ejus aures inge-

Infr. c. 39. v. 9.

Infr. c. 39. v. 12. v. 15.

Zach. 14. 12

ingerit. Jam si hic monentis consilio pare- re atque beneficio uti velit, suum esse sciat, inposterum ad regionem virorum magnis iti-
Infr. v. 29. neribus contendere. *Et effundam Spiritum meum super universum Israel*. De futura filiorum Israel conversione loquitur, eosdemque Deo suo per puram fidem adhæsuros promittit.

Severi. inserm. 42. Inf. c. 42. v. 14. Præcepit Deus per Ezechielem, hominem divinis assuetum visionibus, ut sacerdotes in Sanctuario sanctis uterentur vestibus, propriis in communi familiarique hominum consuetudine. Sic autem loquitur: *Quando egredientur in atrium exterius ad populum, exuent se vestibus, in quibus ministraverunt, & reponent eas in exedris, & induent se aliis vestibus. Non sanctificabunt populum in vestimentis suis*. Ex Dei severitate descendit, quod potestatem sanctificandi populum sacerdotibus lege restrinxit. Etenim quidnàm significat severitatis seu parsimoniæ vocabulum, quum de Deo loquimur? Quid enìm? Nonnè ille ex magna sua bonitate fecit, ut simus, utque benè simus nonnè idem præstat? Id equidem non abnuo; severè tamen parcèque Deus nobiscum agit, nè nimia suorum bonorum profusione lædat accipientes: quia nec omnes Solis radios oculis haurire possumus, etiamsi acri intentoque animo illum intueamur, totumque inspicere studeamus. Quin nec illam quidem particulam, quam consequi valemus, assequimur. Id autèm à Deo fieri ex ejus erga animas nostras
Exod. 19. 21. indulgentia, promptum est ex divinis Scripturis audire. Dixit enim Deus Moysi: *Descende, contestare populum, nè appropinquet ad videndum Deum, & cadant ex illis multi: & Sacerdotes accedentes ad Deum, sanctificentur, nè quis illorum à Domino interficiatur*. Similitèr in rerum quoque divinarum tractatione non debemus uti ad omnes iisdem verbis, ac sententiis.

CAP. XL. v. 1. IN *vigesimo quinto anno deportationis nostræ, in principio anni, decima mensis, quartodecimo anno, postquam percussa est civitas &c.* Horum annorum supputatio inchoanda est non à regno Josiæ, sed Jechoniæ, ut plane colligitur ex ipso urbis excidio, cujus tempus pro Epocha quatuordecim annorum statuitur, contigitque anno undecimo Sedeciæ. Annus itaque in quo Judæis instauratio Templi promittitur, Jubilæus fuit. Incidit quippe Jubilæus alter in annum duodevigesimum Josiæ florente Judæorum republica. Supputa ergo annos consequentes regni Josiæ, & trimestre regnum Joachaz. Rursùs adde undecim

decim annos Joachin, & annos totidem Sedeciæ, prædictos demum quatuordecim ab Vrbis excidio, ultimus occurret annus quinquagesimus, qui est Jubilæus. Hoc itaque anno jubetur Ezechiel populares suos afflictos erigere lætissimo futuræ instaurationis templi nuncio, præsentisque servitutis finem pollicери. *Et vidi virum, & calamum mensorium in manu ejus sex cubitorum, & palmi. Et mensus est limen portæ calamo; & spatium medium inter thalamos quinque cubitorum, limen portæ calami unius; & fenestras* (mensus est) *obliquas è lato in angustum extra vergentes; & portam contra portam Aquilonis, & Orientalem. Et Gazophylacium, cujus ostium in vestibulo portæ, & duas mensas hinc inde ut immolentur super eas holocausta &c.* Sic nempè Deus, qui sub Vrbis excidium populique deportationem ostensa recedentis gloriæ suæ specie Prophetam mœrore compleverat, nunc ejusdem redeuntis contemplatione, & contuitu afflictum recreat, erigitque futura templi atque civitatis instauratione. Viderat siquidem olim Ezechiel gloriam Dei egredientem ab Orientali porta in angulo Domus posita, curruque Cherubico invectam indè excessisse, nunc per eandem viam eò, unde excesserat, remigrasse sibi visam fuisse, refert.

v. 5. v. 6. v. 7. v. 8. v. 16. v. 23. v. 44.

Exechiel ille divinis clarus visionibus. Quùm olim futuræ Ecclesiæ descriptionem contemplaretur, scripsit: Hæc dicit Adonai Dominus: *Porta atrii interioris, quæ respicit ad Orientem, erit clausa sex diebus, in quibus opus fit; die autem Sabbati aperietur.* Quid autem esse reris, atrium istud interius portam habens patentem ad Ortum, nisi Baptismum fonte vivificante insignem, & sublimi conspicuum janua pandente viam ad Paradisum in Oriente plantatum. Et illa quidem porta Prophetæ ostensa die Sabbati ex præscripto legis aperiebatur, hanc verò Evangelium admodùm gloriosè, ac magnificè patefecit Dominico die, undè cepit exordium resurrectio & vita nostra. Dies autem Dominicus totum illud tempus designat, quod à Christi adventu nobis hùcusque fluit, ut in novitate spiritus ambulemus, sicut loquitur

Sev. Hom. de S. Joan. Bap.

loquitur Apoſtolus. Et ideò quolibet Dominico die ad Baptiſterium vos cum hymnis, canticis, & multa precatione deducere ſolemus, quo pactum cum Deo initum in mentem revocemus, atque recogitemus nos Diabolo renunciaſſe: nevè memoriâ excidat peccatorum remiſſio, aut abjectâ, quæ ſumma nobis incumbit, curâ conſervandi donum ſpiritus, & gratiam adoptionis, ac *præparationem Evangelii pacis*, à propoſito reſiliamus, iterùmque expetamus, quæ olim reliquimus.

Eph. 6. 15.

CAP. XLI. v. 16. ET *menſus eſt longitudinem ejus* (Templi) *uſque ad feneſtras*. Feneſtræ, quas in ædificio templi Propheta vidit, anguſtæ & obliquæ deſcribuntur, rerum quippe ſenſui ſubjectarum ſpecies ſignificabant homini conceſſas velut aditus quoſdam ad cognitionem, & contemplationem rerum cœleſtium, & à ſenſibus remotarum. Similiter vir, quem Ezechiel calamum menſorium tenere vidit, Emanuelem adumbravit. Hic enim dimenſus eſt ac reſtituit, atque ex inordinato in ordinem adduxit res omnes creatas viſibiles, & inviſibiles. *Calami* porrò menſura ſex cubitorum fuiſſe perhibetur, quia totidem ſunt principales Mundi proſpectus; ſeniſque cubitis palmus adijcitur, dimidium ſcilicet cubiti, ut præter hunc alterum ſubeſſe mundum diſcas ex ſubſtantijs à materia ſegregatis conflatum. Reliqua in novi Templi ædificio Prophetæ oſtenſa ad Eccleſiam Chriſti pertinere planum eſt, quocirca Sacerdotes ejus domus Apoſtolorum typum fuiſſe, mactatoſque in illa vitulos Chriſti immolationem præfiguraſſe tenendum eſt. Monetur præterea Iſraelita, qui Deũ adoraturus per Aquilonarem portam ingreſſus eſt, ut per Auſtralem egrediatur, quæ cæremonia admonet non licere eis, qui pietatis ſemitam ingreſſi ſunt, retrocedere, quin potiùs progrediendum atque enitendum eſſe ad optimum, ſic ut reliquum vitæ curſum ad regulam abſolutæ perfectæque virtutis exigant. Quum autem profanum a ſacro ſeparandum dicit, profanum appellat ſpatium extra condendi templi ſepta relictum.

A
B
C
D

CAP. XLIV v. 30. *Maſſarum veſtrarum caput*, ciborum ſcilicet, & eſculentorum primitias Sacerdotibus reddite.

E

CAP. XLV. v. 4. SEparate *ſeparationem Domino. Sanctificatum Sanctuario &c.* Judæos Babylone reduces alloquitur, jubetque Architectos Jeroſolymam reædificaturos primam Civitatis regionem Sacerdotibus ac templo ſeponere, alteram Levitis, tertiam populo, Principi quartam.

CAP. XLVII. SUccedit viſio *Torrentis*, cujus per alveum Propheta traductus, aquarum altitudinem talos non excedere deprehendit. Hîc expreſſum cogita operarios primo mane conductos,

ductos, quos enim tertia hora paterfamilias vocavit, designat aquarum ad genua pertingentium profunditas; quos hora nona, torrentis ad renes usque incrementum: postremos & sub undecimam horam conductos, ex aquarum alluvione vadus penitus intercluſus repræsentat. In hunc scilicet sensum allegoricè ducuntur tempora explorandis metiendisque aquis discreta. *Traduxit me*, inquit Propheta, *per aquas torrentis pertingentes usque ad talos*. Torrens, ut mox dicam, populi Judaici figura est. Quod autem subdit: aquas ex suppositio solo altaris erumpere atque effluere visas fuisse, innuit, rem ad Deum, qui in eo altari colebatur, pertinere. Intereà torrens intumescere visus est, adeo ut aquis sibi lumbos obrui Propheta quereretur, nec jam vadanti patere viam. Torrens, ut modo ajebam, qualis hîc describitur, sub initium parvus, & vadosus, quando vix trajicenti talos æquabat, mox vero novo aquarum affluxu auctus, ut vadantis genua raderet, deindè renes, postremum ad tantam altitudinem tumefactus, ut pedibus trajici non posset, illos ipsos figurabat, qui postmodum numero, viribus, opibusque aucti Idumæos, & filios Magog, finitimasque sibi gentes subjugarunt. Iterum aliud hinc arcanum disces, interim relege Prophetæ verba. *Et traduxit me ad talos, & usque ad genua, & usque ad renes, & crevit torrens, & nemo poterat vadare illum*. Jam recole Evangelicæ prædicationis primordia, quando pauciſſimi erant, qui Christi doctrinam, & præcepta susciperent. Discipulos proinde suos alloquens Dominus: *Nolite*, inquit, *timere pusillus grex*: & regnum suum comparat *granoſynapis*, quod est minimum omnium seminum, quum autem creverit maximum est omnium olerũ. Primus siquidem Apostolorum cœtus duodenarium numerum non excessit: his postmodum accessere duo, & septuaginta discipuli, mox una die alij ter mille: continuò sequuta est immensa Credentium turba torrenti fermè similis, cum pleno alveo ripis superfusus omnem vadandi spem abstulit. Hujus porrò torrentis aquæ dum in Galilæam Orientem versus excurrere dicuntur, & rursus in Aquilonem deflectere, significant doctrinam ab Apostolis traditam, quæ Cœlo delapsa, & Gentibus communicata, acerbam illarum conditionem sua suavitate mitigavit. *Et descendent in mare ad aquas corruptas, & dulcescent, & omnis anima vivens, quæ generat, ubicunque fuerint aquæ torrentis, vivet: & erunt pisces magni, postquam aquæ illuc pervenerint: & maris aquæ suaves fient. Magni pisces* designant viros zelo Dei inflammatos, & eximia animi fortitudine præditos, eosdem futuros populorum

v. 12. Credentium duces, & principes. *Et juxtà ipſum torrentem orietur in ripis ejus ex utraque parte omne lignum pomiferum, & erunt fructus eorum in cibum, & folia eorum in medicinam.* Pomiferæ arbores homines repręſentant opere, & ſermone perfectos, quos, ait, in ſuis Neomenijs, feſtiſque diebus hoſtias, & decimas, quaſi flores præmittere, ex divina quippè virtute illos ſuſpenſos eſſe, & cum eadem arcano quodam nexu conjunctos. Nec mirum eos, qui aquis à templo ſalientibus irrigantur, ſingulis menſibus primitias ſuorum fructuum ferre. Talium autem arborum folia cibum, & medicinam egentibus, & ægris ſufficere rectè dicuntur; dum illos divinis præceptis imbuunt, quibus vita conſtat, & ſanitas reparatur. Sed, & ipſi viri perfecti hujus torrentis aquas lavaturi frequentant; neve à lege diſcedant, velut proceræ arbores torrentis ripas altis firmiſque radicibus obtinent, indèque læti aſſurgunt, *quaſi lignum plantatum ſecus decurſus aquarum, quod fructum ſuum dabit in tempore ſuo &c.* Poſtremò notandum: Ezechielem à Deo *filium hominis* appellari bis ſuprà ſexagies; Domum autem Iſrael *exaſperatricem* dici quatuordecies.

A
B
C

A *S. PATRIS NOSTRI*
EPHRAEM SYRI
IN
DANIELEM PROPHETAM
EXPLANATIO.

CAP. I.

ET factum est in anno tertio regni Joakim regis Juda. Qui nempe fuit annus primus regni Nabuchodonosor regis Babylonis. *Venit hic in Jerusalem, & obsedit eam, & tradidit eam Dominus in manus ejus*. Hoc enim comminatus fuerat per Moysen, & reliquos Prophetas. *Et succendit templum, & abstulit vasa ejus, asportavitque in Sennaar, & intulit in domum Dei sui*. *Intulit* quidem, non tamen usum concessit, aut ad profanum ministerium adhiberi permisit. Et quanquam hoc ipso eorumdem religioni detraxerit, quod in execrandam ædem intulerit, nihilominus, si regis animum spectes, honore præcipuo illa affecit, quod in fano Dei sui condidit. *Et dixit rex ad Asphaz Magistrum Eunuchorum* qui, & Abjezer præfectus spadonum, *ut adolescentes ex omni semine regum, & nobilium in palatium introduceret, constituitque illis censum in singulos dies, de pulmentis regis & de vino quod bibebat Rex. Et factum est, ut inter eos essent de filijs Juda Daniel, & Ananias, Azarias, & Misael*. Hoc scilicet regi superbia gloriæque cupido suggerebat. Cum ergo sua, seque suspiceret, nobilium adolescentum delectum imperavit, devictarum nempe gentium numerum ostentare volebat. Pueros autem in illud collegium adlegi voluit egregia indole, & liberali forma præditos, ut quos ad intima obsequia Eunuchorum propria destinaret. Quamobrem literis operam navare jussit, & vernaculo Chaldæorum sermoni assuescere. *Et posuit Daniel in corde suo, ut non comederet de cibis regis*. Non ea utique sola cogitatio Danielem impulit, ut regiæ mensæ cibos recusaret, quod scilicet intelligeret, eosdem immundos esse, & lege interdictos; facile enim erat obsonia commutare, & pro arbitrio carnibus carnes, vinumque vino substituere. Præcipua ergo causa ea fuit, quod Daniel, & collegæ adolescentes sese jejunio sacraverant; quidquod, & ipsa legumina, quæ petebant, causam cur oblata obsonia repellerent, vix aliam fuisse demonstrant præter jejunandi voluntatem. *Dentur*, inquiunt, *nobis legumina ad vescendum, & aqua ad bibendum*. Non ergo Danielem, aut ejus sodales carnium, vinique immunditia sollicitos habebat, quandoquidem in promtu erat panis, quem non fastidirent, si comedere voluissent. Sin autem panis,

v. 1. 2.
v. 3.
v. 5.
v. 6.
v. 8.
v. 12.

nis, quemcumque Præfectus dediſſet, immundus fiebat, idem ſane, qui immundum faciebat panem, legumina quoque immunda perindè facere potuiſſet. Cæterum ſi legumina, quæ Præfectus dabat, munda fuerunt, ergò etiam carnes lege permiſſas, & vinum mundum præbere potuiſſet, modò iſta placuiſſent. Jejunium ergò iſtud negotium egit, idemque abſolvit. De libertate verò, redituque cum eodem Præfecto agere ſupervacaneum, & inutile fore cenſuerunt, ut qui pro comperto haberent ſervitutem ante ſeptuageſimum annum haudquaquàm eſſe deſituram. *Et veni, & vide vultum noſtrum, & vultum illorum, qui comedunt de cibis Regis.* Ejuſmodi ſignum Danielē à Deo popoſciſſe credibile eſt, quo Chaldæi Hebræorum Deum inſultantes, irridenteſque ejuſdem numen, potentiamque agnoſcerent, & faterentur. Et Nabuchodonoſor ſimul intelligeret, nec propriis armis, neque Deorum ſuorum favore, ut ipſe jactabat, ſed, Deo vero tradente, civitatem ſanctam in ſuam veniſſe poteſtatem, quod etiàm Daniel in ipſo libri exordio declarat.

CAP. II. *ET dixit Rex, ut vocarentur Magi & Divini. Quod ſi non indicaveritis mihi ſomnium, unus eſt ſcopus omnium veſtrum, & verbum mendax, & vanum componitis, quod dicatis mihi.* i. e. Rex Nabuchodonoſor ſecundo regni ſui anno ſomnium vidit, & continuò oblitus eſt. Deo utique iſtùc diſponente, ut Magos, & Chaldæos levitatis ſuæ puderet. Gloriabantur enim ſe ſuis carminibus, & Mathematicis quibuſdam ſupputationibus, Babylonicum regnum ad eam fortunæ atque gloriæ altitudinem perduxiſſe. Utque illis interim nec hiſcere audentibus, Daniel in mediam populi coronam progreſſus triumpharet, illius utique Dei ope, quē Babylonii ſub jugum ſe miſiſſe putabant, ſuorum Deorum virtute ſuperatum. *Et exiit edictum, ut Sapientes interficerentur.* Ultimo ſupplicio addicti ſunt Chaldæi, ut impudentiſſimæ arrogantiæ ipſos pigeret, proprioque periculo diſcerent, nec intra propriam civitatem, proprioſque Lares ſe ſuis veneficiis tutos præſtare potuiſſe, qui modò jactabant, ſe ſuis artibus Jeroſolymam expugnaſſe, & Judæos in ſervitutem redegiſſe. *Et egreſſus eſt Arioch ad interficiendos Sapientes Babylonis.* Daniel hoſce Hariolos ſervavit in ſcientia ſua, quos propria inſcitia ultimi ſupplicii reos fecerat, Deo utique negante ſapientiam Sapientibus Babylonis, quam Danieli oranti reſervabat. *Sit nomen Domini benedictum à ſæculo, & uſque in ſæculum.* Videlicet

v. 13.

v. 2.

v. 9.

v. 13.

v. 14.

v. 20.

delicet, pro cunctis beneficiis, quæ patribus noſtris olim præſtitit in Ægypto, quibuſve nos hoc tempore Babylone captivos affecit. *Sapientia, & fortitudo ipſius eſt.* Senſus eſt: Etſi in ſapientia ſua, & longanimitate ſua, Chaldæos, eorumque ſocios perindè ſuſtinet, ut olim Ægyptios; poſtmodum tamen convertet manum ſuam, & percutiet eos in fortitudine ſua, ſicut percuſſit Ægyptum. *Mutans tempora, & momenta.* Vid. ſpatia quatuor regnorum, quorum alterum ab altero ſubſequente everſum iri Daniel innuit. *Qui dat ſapientiam ſapientibus.* i. e. qui ſomnium Regis indicavit doctis timere Deum. *Et intelligentiam intelligentibus tribuit.* Vid. & ſomnii interpretationem docuit eos, quibus aperit ſecreta Prophetarum. *Qui revelat profunda.* i. e. non modò ſomnium, ejuſque interpretationem explicuit, ſed etiàm cogitationes, quas Rex ſub veſperam mente volutabat. *Et novit quæ ſunt in tenebris*: Vid., intelligit quidquid ex errore, cujus ſymbolum ſunt tenebræ, perpetrant perverſi. *Et cum eo eſt lucerna.* i. e. novit etiam, quæ ex ſcientia juſtorum, cujus typus eſt *lucerna*, agunt probi. *Tibi, Deus Patrum meorum, confiteor.* Vid. Deus Abraham, Iſaac, & Jacob. *Quoniam ſapientiam, & fortitudinem dediſti mihi.* vid. Patefeciſti ſomnium, ejuſque ſignificationem. *Et revelaſti, quod rogavimus te.* Hoc adjecit, nè ſociorum orationibus in hoc negotio nihil tribuere videretur. *Et indicaſti verbum Regis.* i. e. Curam, quæ Regis animum dudùm ſollicitabat. *Sed eſt Deus in Cœlo, qui indicabit tibi Rex, quæ ventura ſunt in noviſſimo. Eſt Deus*, inquit, *in Cœlo*, cui in promptu eſt, non modò ſomnium, quod è memoria excidit, tibi repræſentare, verùm etiàm latentia ſub viſa ſpecie rerum futurarum præſagia tibi, tuiſque divinis, imò & ipſis Diis tuis occulta, patefacere, quin & illas cogitationes, quæ ſomnium tibi intulerunt, retexere. *Tu, Rex, cogitare cœpiſti in ſtrato tuo, quid eſſet futurum poſt hæc.* Communis erat illa omnium Chaldæorum præſumtio, Babylonicum imperium ſempiternum fore, potentiores quippè populos, regeſque fortiſſimos ſubjugaverant, & probroſo, duroque ſervitio premebant. Hanc Chaldæorum opinionem convellit Daniel indicando regni illorum everſionem. *Statua erat magna nimis, & caput ejus ex auro optimo.* Caput aureum imperium Babylonicum repræſentat. Idem dicitur: *Calix aureus in manu Domini. Pectus, & brachia argentea* ſymbola ſunt regni

v. 21. v. 22. v. 23. v. 28. v. 29. v. 31. v. 32. Jer. 51. 7.

gni Medorum. *Venter, & femora ex ære,*
v. 33. regnum Perſicum deſignant. *Crura ejus ferrea*, Alexandrum Græci imperii fundatorem, perindè ut pedes partim ferrei, partim teſtei ejuſdem ſucceſſores decem.
v. 38. *Tu es caput aureum*. Hinc ſomnii interpretationem Daniel orditur, Regemque præſentem alloquens. *Tu es*, inquit, *caput aureum*. Et quoniam benè norat Nabuchodonoſorem exiſtimare, nec à potentiſſimis quibuſvis regibus regnum Babylonicum everti poſſe, ſubjicit humile & infirmum regnum illud futurum, à quo ejus imperium ſubvertendum foret, regnum ſcilicet
v. 39. Medorum. *Et tertium regnum dominabitur*
v. 40. *in univerſa terra*. Hoc eſt regnum Cyri regis Perſarum, *& quartum regnum validum perindè, ut ferrum comminuet, & ſubiget omnia*. Is fuit Alexander omnium gentium victor. Enimverò ſicut ferrum omnia corpora domat, ſic ille omnium Principum, Regumque vires fregit, & ditiones ſubegit.
v. 42. *Et digiti pedum partim ferrei, partim fictiles*. Hi ſunt decem Reges Græcanici imperii ſoboles, quorum alii perindè ut ferrum, fortes potentiſſimique fuere, alii humiles, atque imbecilles. Et licet per mutua connubia pacem, & amicitiam inter ſe ſancire ſtuderent, nunquam tamen convenire, ſibique invicem conſtare potuerunt.
v. 43. Idcircò ſubdit Propheta. *Commiſcebuntur quidem humano ſemine, ſed non cohærebunt ſibi, ſicuti ferrum commiſceri non poteſt teſtæ. Et ſuſcitabit Deus Cœli regnum, quod in ſæcula non interibit*. Hoc in populum Judæorum non quadrat. Nam etſi regni hujus umbra deſcripta fuiſſe videatur in Machabæis, qui Græcorum copias ſæpè profligarunt, & excuſſere jugum, res tamen in Domino exhibita fuit. Atque proindè *lapis exciſus ſine*
Supr. v. 34. 35. *manibus*, Dominus eſt, qui in ſua exinanitione *ſectus de monte lapillus* dicitur, de ſtirpe videlicet Abrahami natus. Eademque *montis* figura pariter deſignabatur ſancta Virgo, ex qua *deciſus fuit myſticus ille lapis ſine manibus*. i. e. ſine virili ſemine. *Et implevit univerſam terram*. Quod ad Evangelii promulgationem referendum eſt, per quam Chriſti imperium in omnes Mundi
v. 46. partes celerrimè propagatum eſt. *Surrexit-*
v. 47. *que Nabuchodonoſor de ſolio ſuo, & adoravit Danielem, conſtituitque illum Principem, dicens. Ecquis vidit huic ſimilem, in quo ſpiritus Deorum ſanctorum eſt?* Sic puerum eundemque captivum, & ſervum Rex maximus poſitis genibus veneratus eſt, & inhabitantis in illo Numinis majeſtatem teſtatus eſt, thura adolens, & *ſpiritum Sanctorum* in illo inſidentem adorans.

Na-

CAP. III.

A NAbuchodonoſor fecit ſtatuam magnam auream, & ſtatuit eam in planitie Dura provinciæ Babylonis. In loco ſcilicet ſatis amplo, quique caperet frequentiſſimum populum mox confluxurum ad dedicationem ſtatuæ à rege dudùm indictam. *Et miſit Rex ad congregandos Duces*, non hos dumtaxat, ſed etiam cunctarum circa regionum populos, qui regis edicto obtemperare, Deoſque ſuos cum ſtatua commutare, aut illam ſuis ſimulacris aſſociare ſtatuiſſent. *Tunc præcepit Rex viris fortiſſimis, ut vincirent Sidrach, Miſach, & Hbed-Nogu.* Delati enim fuerant apud regem hi tres Danielis ſocii, ut qui ſtatuam adorare recuſaſſent. Interim obſerva quomodo ille Nabuchodonoſor, qui paulò antè teſtatus fuerat, palàmque prædicaverat Hebræorum Numen Deorum eſſe Deum, nunc mutatâ ſententiâ pios adoleſcentes ſe flammis combuſturum minitetur ſubdens: *Et quis eſt Deus veſter, qui valeat vos eripere de manibus meis?* Contemſere minas pueri, confidebant enim ſe ferrum, & ignem divino favore evaſuros pari exitu, quo ipſorum collega Daniel ſomnii ejuſque interpretationis notitiam ſe à Deo impetraturum ſperaverat, quare ſicut iſte inducias fidenter poſtulavit, certus ſe Regi ſomnii explicationem depoſcenti planè ſatisfacturum. Ita pari fiducia ejus ſocii exitium minitanti Regi, Dei ſui potentiam objiciunt. *Deus*, inquiunt, *quem nos colimus, ipſe poterit liberare nos de fornace ignis ardentis, & de manibus tuis, Rex, eripere.* quaſi dicant. Nec tela, nec ignes, nec quodvis aliud cruciatuum genus nobis vitam eripere, aut obeſſe poterunt, Deo, quem colimus, invito. *Video viros ſtantes, & deambulantes in medio ignis.* Quia ſcilicet Regis indignatio, & præſentia ſatellites executionem ſententiæ præcipitare cogebat, è veſtigio juvenes corripiunt, nec datâ quidem morâ ad deponendas veſtes; revinctiſque pedibus, manibuſque in ardentem fornacem conjiciunt, ſed enimverò diſcretor ille ignis, eo jubente, qui quartus ad tres juvenes deſcenderat, vinctos abſolvit, & jacentes arrexit, nec tamen, ut indè celeri ſe fuga proriperent, quaſi de propria incolumitate dubitarent, imò verò ut ibidem diù conſiſterent, perindè ut omni plane metu jam certi. *Et quartus ſimilis filio Dei.* Et hic quidem Regi poſt apparuit, pueris verò in fornacem ſubeuntibus ſtatim ſe obtulit, idemque intrantes excepit, & exeuntes deduxit, venientibus præivit, diſcedentibus, ipſe in fornace perſtitit. Anteceſſit, ut fervidam voracemque naturam ignis mutaret,

v. 1. v. 2. v. 20. Supr. v. 15. Supr. v. 17. v. 92.

taret, illis abeuntibus manſit, quo flammam ad ordinem, ſtatumque naturalem reduceret. Et ſic demùm oculis ſe ſubtraxit. *Et egreſſus ignis incendit accuſatores eorum*. Emiſſus è fornace diſcriminator ignis delatores à conferta multitudine diſcrevit, & ſuſtulit: iſtos corripuit, cæteros etſi circum conglobatos, conſtipatoſque, illiſque fortaſſe nequiores, præteriit. Intra fornacem tribus cavit, cavit millibus, & miriadis extra, ſolos delatores invaſit & perdidit. v. 95. *Benedictus Deus Sidrach, & Miſach, & Hbed-Nogu, qui liberavit ſervos ſuos de flamma*. i. e. tutos & incolumes ſervavit, quoniam ſua corpora flammis tradere maluerunt, quam Dei ſui cultum cum vana ſimulacrorum religione commutare. *Et quicumque Deum illorum blaſphemaverit, in fruſta ſecabitur*. i. e. Si quis detraxerit miraculi, quod nuper accidit, patratori, eundemque verum eſſe Deum negaverit, membratim conciditor.

CAP. IV. v. 16. *Viſio his qui oderunt te, & interpretatio ejus hoſtibus tuis*. Hæc Daniel non quod Regis majeſtatem vereretur, aut quod adularetur ejus fortunam; ſed, vel propter Regis erga vaſa templi reverentiam & religionem, vel propter illud generale edictum, quo divino nomini dictis, v. 19. factiſve detrahentes coërcuerat. *Magnificatus es uſque in Cœlum*: videlicet per elationem cordis tui. *Et aſpectus ejus ad omnes terminos terræ*. Significat ejus geſtorum atque victoriarum famam latè per omnes v. 18. Orbis regiones pervagatam. *Folia ejus pulchra, & fructus copioſus, & in ea cibus omni carni*. Indicat opſonia famulis, militibuſque conſtituta. *Et ſub ea habitabant omnes beſtiæ ſaltus*. Quia ejus imperio parebant, & ſubdebantur omnes gentes, & linguæ. *Et ex ea trahebat alimenta omnis caro*. Significat pecuniam, quâ alebantur, hoc eſt, ſibi alimenta parabant ejus ſubditi, Palatini præcipuè & milites. *Et ab umbra ejus recedent beſtiæ*. i. e. Duro illius ſervitio ſe ſubducent reges, & gentes. v. 20. *Stirpem autem radicum ejus in terra relinquite*. Prædicit regnum nihilominùs illi manſurum. *In vinculo ferreo, & æneo*. ſenſus eſt: Etſi ab hominum conſortio fugere cogetur, & herbam depaſcere. Hæc tamen citra vitæ jacturam feret, protev. 22. ctus divino decreto. *Et cor tuum ab hominibus diſcedet*. Quia ab hominum convictu & ſocietate ſeceſſurus erat. *Et cor feræ dabitur ei*. Quia ſtabula ferarum amare incipiet; adeoque nec horrebit, earum conſpectum, cor enim feris cognatum, & planè ſimile habebit. *Et mutabuntur ſuper eum ſeptem*

A *ſeptem tempora*. i. e. Per tres annos & ſemeſtre futurum erit ejus cum feris contubernium. *In mandato vigilis ſermo*. i. e. Sententia celeri, & ocyùs executioni mandanda deciſus eſt ſermo. *Et in dicto ſancti petitio*. Indicat, vel citò exaudienda fore vota cunctarum circa gentium optantium ejus depreſſionem, vel hoc referendum erit ad ipſum regem, quando ad pœnitentiam converſus oravit, & ſuam redintegrationem
B impetravit. *Ut ſciant viventes, quia dominatur Altiſſimus in regno hominum*. Ut ſciant, inquit, vel juſti ex Synagoga Judæi, vel provinciæ Babylonicæ indigenæ orantes, Nabuchodonoſoris arrogantiam & ſuperbiam cohiberi. Iſtos itaque, ait, cognituros ex ejuſdem ruina Altiſſimum mortalium res, & regna pro ſua ſumma poteſtate moderari, atque eadem pro libito diſpenſare. *Abjectionem hominum extollet ſuper*
C *illud*. Hoc vel ad Evilmerodachum refertur, vel ad uxorem Nabuchodonoſoris, quæ conjuge abſente per illa ſeptem tempora publicam rem adminiſtravit. *Peccata tua eleemoſynis redime, & iniquitatem tuam miſericordia pauperum*. Monebat Daniel regem, ut noxas ex rapacitate & avaritia contractas, erogatis in pauperes pecuniis expiaret; & ſi quidem hoc peregiſſet, ſpondebat ob eam
D in egenos miſericordiam, etiam ipſi dimittenda fore, quæcumque in Judæos peccaverat, quos nuper captos, tunc iniquo ſervitio premebat. Aſt ille monentem minime attendit; proptereàque Omnipotens, quam ſtatuerat, pœnam inflixit. *Nonnè iſta eſt Babylon, quam ego ædificavi in ſedem regni mei*. Sic Rex patientia & longanimitate Dei ſatagentis ad pœnitentiam illum adducere, inſolentior eſt factus. Cumque
E aliquando in ſolario regiæ domus deambularet, ſeque, ſuamque fortunam circumſpiceret. Quo tandem, ajebat, reciderunt triſtia illa præſagia, quibus me Sanctus territabat. En Babylonem, quam magnificè condidi, uſque teneo. *Et adhuc erat verbum in ore ejus, & vox venit de Cœlo, venit*, inquit, non ut futura decerneret, ſed ut decreta exequeretur. *Et ab hominibus ejeF ctus eſt*. Scilicet, ut divina vox pepulit Regis aures, ſubito caſu in inſaniam incidit, hinc perturbatæ mentis furore actus, ab hominum conturbernio expulſus fuit. Sic Nabuchodonoſor Rex regalibus aſſuetus deliciis, more boum herbas depaſcere occœpit. *Capilli ejus crevere in ſimilitudinem Aquilæ*, ut nimirùm veſtium defectum ſupplerent, & *ungues in modum avium*, quibus ſcilicet herbarum radices vellere, indèque ſibi cibum parare aſſueſceret. *Oculos meos*

v. 23. v. 24. v. 27. v. 28. v. 30. v. 31.

ad Cœlum ſuſtuli. Ibi nimirùm ſedet ille, qui me in eum ſtatum dejecerat, *oculos ſuſtuli*, i. e. *levavi*, & *ſenſus meus redditus eſt mihi*, i. e. mentis compos effectus ſum, & planè reſipui. *Et Altiſſimo benedixi*, *qui*, *quod vult*, *facit*, i. e. qui ſuo numine atque voluntate gubernat & adminiſtrat res non modò hominum, quos de luto finxit, ſed ſpiritualium etiam virtutum, quas Cœlo locavit. *Et exercitus mei quæſierunt me*, & *ſuper ſolium meum reſtitutus ſum*. Eâdem ſcilicet horâ, quâ mei compos ſum factus in ſilvis, inventus ſum tandem ab Optimatibus & copiarum mearum Ducibus, cum diù per cunctos circa montes & ſaltus benevolè & amicè requiſiviſſent me, indèque cum pompa deductus, regnum opibus atque ditionibus auctum recuperavi. Quod quidem præter ſpem accidit, cum enim rebus meis non parum detractum iri exiſtimarem, plurimum adjectum reperi. *Idcircò laudo Regem Cœli : quoniam opera ejus veritas*. Per eam enim, quam intulit mihi pœnam ſimul oſtendit, ſe juſto & æquo judicio jus cuique ſuum reddere, & eos, qui in ſuperbia ambulant humiliare, proindè quemadmodum memet plus nimio me ſuſpicientem, ſuperbèque efferentem depreſſit; ſic audaciam hominum mei ſimilium ſimili animadverſione fracturum.

CAP. V.

DEceſſerat Nabuchodonoſor, cum Balſciaſar Babylonico imperio potitus *fecit convivium mille Optimatibus ſuis*, & *præſentibus his mille bibebat vinum*. i. e. Balſciaſar Nabuchodonoſore parente rebus humanis defuncto eo die, quo Rex inauguratus fuit ex priſca regum Chaldæorum conſuetudine convivium apparatu planè regio exhibuit regni proceribus mille. Cumque deceſſorum more ſolus ſeorſim aſſideret, & contra omnes diſcumbentes compotationibus ejuſmodi jamdudùm aſſuetus, poculis certaret, *temulentus juſſit afferri vaſa Sanctuarii*, nec dubitavit in uſum profanæ compotationis illa exhibere ſuis Optimatibus, & Concubinis, cæteriſque convivis. Vaſa iſta pater ejus ex Jeroſolymitano templo aſportaverat, cum ipſam urbem expugnaſſet, ſoloque æquaſſet, ea nihilominùs decenti in loco repoſuerat, ſanctèque aſſervaverat. Hic verò omnem modum exceſſit cum non ſolum ipſe, ſed & ipſius convivæ remiſſâ poculis habenâ, eò veſaniæ prolapſi fuerint, ut ſacris pateris abuterentur, earumque inſuper abuſum cæteris promiſcuè permitterent. Quamobrem Rex ſuperveniente mox vindictâ obrutus & oppreſſus eſt : ſubdit enim Daniel : *Egreſſa eſt vola manus hominis*, &

A ... & *ſcripſit in ſuperficie parietis*. *Manus*, ait, ſcripſit, ut ſimul regnum abſtulerit. Quandoquidem regnorum Dominum violato templi ejus inſtrumento apertâ injuriâ provocare non dubitabat.

Quod hìc occurrit vocabulum Phares, ſynonymum puta Pharetz: ambo ſciſſionem ſignificant: ideò de Pharetz Judæ ac Thamaris filio obſtetrix cum exultatione dixit: *Diſciſſa eſt maceria ſuper te*, pueroque indè Pharetz nomen hæſit. Item quando Deus Philiſthæos adverſus Davidem præliantes immiſſo terrore fugavit, pugnæ locus Baal Pharazim dictus eſt. Appellationis cauſam ipſe David indicat, quia, inquit, *diviſit Dominus inimicos ſuos in conſpectu meo, quaſi diviſionem aquarum*. Pharatzim ergò etiàm hoc loco ſciſſos, diviſos ſignificat. *Jac. Edeſ.* 2.*Reg.*5.20

B ... *Eſt hìc in regno tuo, qui habet ſpiritum Deorum ſanctorum*. Mater Balſciaris hæc fuit, quæ Regi ſcripturæ idoneum interpretem, indicato etiam nomine, ſignificavit. Danieli namque plurimùm deferebat, & veridicum vatem eſſe compererat ex interpretatione duplicis ſomnii marito aliàs reddita. Aderant Reginæ pediſſequæ, quas credibile eſt ad faciendam Dominæ teſtimonio fidem admiranda Danielis facinora Regi ſubtexuiſſe. Nam veriſimile eſt iſthæc Regem ignoraſſe, puer erat eo tempore, quo iſta acciderant, & puerilia tractabat. *Tunè es Daniel ex filiis captivitatis Juda? Auditum eſt mihi de te, quod ſpiritum Deorum habeas*. Sic Danielem Rex ſuperbus, ac temulentus interpellat. *Tu es*, inquit, *Daniel*, at non quem pater tuus ſecum adduxit de Juda, ſed mancipium in captivitatem à Deo traditum, & ex Judæa hùc abductum. *Si ergo potueris*, ſubdit miſer, *ſcripturam hanc legere, ejuſque interpretationem indicare, purpura ornaberis*, cum ſervus ſis; & quamvis nihil ſis, *tertium in aula locum conſequeris*. Cui Daniel: *Tu autem contra Deum elevatus es, & uxores tuæ, & concubinæ tuæ vinum in vaſis domus ejus bibiſtis. Deos falſos laudaſti, & Deum, cujus in manibus eſt ſpiritus tuus, non laudaſti.* Quandoquidem, inquit, eo veſaniæ delatus es, ut temet anteferres Deo, & arrogantia faſtuque ſuperaſti patrem tuum. Ille enim inter homines ſibi parem eſſe credebat neminem: Tu verò Cœli Dominum te minorem exiſtimaſti. *Idcircò miſſa eſt palma manus, & ſcripſit ſcripturam iſtam, & obſignavit.* Ob hunc, ait, Dei contemtum, vaſorumque ejus violationem, demiſſa ab alto manus tria hæc verba exaravit: *Mana. Takal. Phares*. *Mana* numerans numeravit Deus v. 11. v. 13. v. 14. v. 16. v. 23. v. 24. v. 25.

annorum ſpatium Babyloniorum regno definitum, illudque tuis diebus completum eſt. *Takal*. Tu verò appenſus es in ſtatera, & inventus es minus habens ex omni juſtitia. *Phares*. Diviſum eſt ergò regnum tuum, & datum eſt Medis, & Perſis. *Tunc jubente Rege veſtierunt Danielem purpura, & poſuerunt torquem aureum in collo ejus*. Non hoc fecit Rex fatuus, ut Danieli honorem referret pro triſtibus præſagiis, quæ ſibi ex eo ſcripto renunciaverat, ſed ejus benevolentiam captare ſtuduit, ut qui intellexerat illum Deo eſſe maximè gratioſum, ſperabatque ejus interceſſione ſe amoliturum cladem, quam manus è ſublimi demiſſa ſignaverat, & ille modo referebat, ſed conatu planè inutili, nam eadem nocte interfectus eſt Balſciaſar, & Babylo vaſtata eſt, cunctiſque malis à Medis & Perſis affecta eſt, quæ illi obventura Prophetæ multò ante prænunciaverant, & Chaldæorum imperium ad Medos translatum fuit, Dario Perſarum & Medorum Rege rerum potito.

v. 29.

CAP. VI. v. 1. v. 2.

CÆterùm Darius perindè, ut quietis & otii amans, ita negotii & laboris impatiens imperii curas ad Vicarios Præfectos rejecit, quamobrem ſubdit ſcriptura *eumdem conſtituiſſe Satrapas*, i. e. Gubernatores centum viginti; hiſque præfeciſſe Præſides tres, & Danielem ex tribus unum collegis præpoſuiſſe. Obligationem obſtringere ex lege Medorum & Perſarum. Ea nimirùm apud Medos & Perſas lex hactenùs vigebat, ut, quæcumque Rex ſemel ſtatuiſſet, ea reſcindere nefas eſſet. Satrapæ itaque hujus generis decretum à rege poſtularunt firmum ſcilicet, & immutabile; nec enim dubitabant, quin præter illud Rex ſciſſurus eſſet quidquid ſalvo Daniele conſtare non poſſet. Cæterùm veriſimile eſt, Danielem in aula præſentem non fuiſſe eo die, quo Rex à mane uſque ad veſperam cum ſuis Satrapis pro ejuſdem ſalute litigavit. Si enim adfuiſſet, ſtatim utique confeſſus fuiſſet ſe oraſſe, neque poſt criminis confeſſionem rei convicti cauſa ad veſperam protracta fuiſſet. *Tunc præcepit Rex, & adduxerunt Danielem, & projecerunt in lacum leonum. Oravitque Rex dicens: Deus tuus, quem colis, liberet te*. Non enim Regi placebat, Danielem leonum prædam fieri, quamque invito animo id permitteret, ſatis oſtendit, quando & Danieli in lacum ſubeunti, Dei, quem colebat, opem precatus eſt, & poſt ejus incluſionem ܠܐ ܐܟܠ i. e. *dormivit incænatus*, ſcilicet eum omni cibo potuque per eum diem abſtinuiſſet, nec de ſero jejunium ſolvere animus fuit. Conceptus

v. 16.

ptus nimirum ex Danielis casu mœror omnem cibi appetitionem ademerat, concessit tamen, homo quippe lenis ac facilis, & rixis litibusque minime assuetus pertinacissimam importunitatem eorum, qui Justum accusabant, repellere nequivit. Præterea cum Rex Satrapis rogantibus legem illam nuper promulgasset, orationemque severissimè interdixisset, & Danielem orasse modo dissimulare non posset, puduit enimverò legislatorem legem subitò infringere, piguitque obsistere adversariis, ejusdem legis prætextu Danielis ruinæ imminentibus. Patuit tamen ex his & hujusmodi, Regem Danielis in lacum missioni planè invitum acquievisse. *Et obsignavit Rex lacum annulo* v. 17. *suo, & annulo Optimatum suorum*. Dario quippè deliberatum erat, Danielem quavis ope præsenti periculo eripere; quare ostium laci anulo suo signavit, institutque Satrapis, ut suum singulis signum adjungeret. Utrumque enim curandum fuit, primum quidem nè isti clàm ad lacum subreperent, reductoque operculo Danielem perimerent. Secundum: nè postmodum in vulgus rumorem spargerent: aliquam in eo negotio fraudem intra lacum adhibitam fuisse. *Abiit & dor-* v. 18. *mivit incænatus*. De Danielis scilicet periculo, casuque sollicitus & inconsolabili mœstitia affectus. Quocirca cum somnum perindè, ut cibum respueret, ad exorandum Deum se convertit. *Et surgens mane Rex festinavit* v. 19. *ad lacum*. Fides enim, quæ Darium pridie vespere ad obsignandum laci ostium traxerat, eadem postero die eodem reduxit, quasi Danielem vivum revisurus esset. *Et dixit Daniel: Rex in æternum vive*. Hæc v. 21. Daniel Regi respondit, antequam ostium pridie obsignatum resignaretur. *Et adduxit* v. 24. *viros illos, qui accusaverant Danielem, & projecit in lacum leonum*. i. e. Darius, cum Danielem sospitem recepisset, Satrapas quidem adesse jussit, nec tamen punivit, pœnam Daniele deprecante, qui sicut aliàs Magos & Chaldæos à Babyloniis liberaverat, ita nunc Medis regnantibus ejus gentis Optimates & viros nobiles, nè leonibus exponerentur, intercessit. Cum accusatoribus secus actum est, etsi ex ipsorum Satraparum impulsu & suggestione crimen Danieli objeciisse viderentur. Et quoniam tanti non erat sola nocentium pœna, ut injuriam Justo illatam æquaret, eâdem sententiâ comprehensi filii simul & uxores bestiis objecti sunt.

ANNO primo Balsciaris Regis Chaldæo- CAP. VII.
rum vidi somnium. Hæc Daniel: *Vi-* v. 1.
debam, inquit, *& ecce quatuor venti Cœli* v. 2.
incubuerant mari magno: & quatuor bestiæ v. 3.
ascen-

ascendebant de mari. *Mare* sæculum est. *Venti quatuor* fundatores sunt quatuor regnorum, quæ per totidem bestias designantur è mari prosilientes, & ab invicem distinguuntur imperii amplitudine & polytia:
v. 4. *Prima bestia similis leoni, & habebat alas Aquilæ*. Babyloniorum regnum hæc plane repræsentat. Præsens nempe Danielis visio cum præterito Nabuchdonosoris statuam cernentis somnio omninò consentit, & unam eandemque prophetiam componit. Quare regnum Babylonicum, quod ibi comparatur auro, omnium metallorum præstantissimo, hìc similitudine leonis omnium bestiarum fortissimi, & Aquilæ inter aves pernicitatis eximiæ describitur. *Et bestia secunda similis Urso, stetitque in latere uno, atque in ore ejus, & inter dentes ejus tres costæ*. Symbola sunt hæc regni Darii Regis Medorum. Sicut enim Medicum imperium in statua
v. 5. Nabuchodonosori ostensa argenti specie adumbratum fuerat, quod utique auro vilius est, ita in hoc somnio Ursi bestiæ leone tardioris imagine indicatur. Dicitur porrò in angulo uno constitisse, quia imperium illi obtigit intra limites propriæ ferè ditionis contractum, nec in eam amplitudinem productum, quam obtinuerat antecedens Nabuchodonosoris regnum per omnes circa regiones circumfusum. *Tres* itaque *costæ* illius dentibus interjectæ totidem nationes Medico regno subjectas signant, Medorum scilicet, Persarum, & Chaldæorum. *Et dictum est ei: surge, & comede carnes multas*. Hæc ad Babylonios referenda sunt, quos prædicit à Medis vorandos fore, i. e. superandos, & despoliandos.
v. 6. *Videbam aliam bestiam similem Pardo, & habebat quatuor alas, & quatuor capita; & potestas data est ei*. Hæc regnum Persarum spectant. Cæterùm quod in statua Nabuchodonosori objecta ære metallo durissimo indicatum fuerat, hìc spectatur sub imagine Pardi bestiæ velocissimæ & acerrimæ. Eademque apparet instructa alis quatuor, ac totidem capitibus. Quia per quatuor ventos Cœli imperium suum circumtulit. *Et potestas data est ei*. Significat subdendarum gentium multitudinem. Conferenda hæc cum Prophetia
Es. 44. 28. Esajæ. *Scindam lumbos regum &c.* Quæ verba de Cyro ad Cyrum à Domino dicta apud
v. 7. eundem Prophetam leguntur. *Videbam bestiam quartam, & habebat dentes ferreos grandes comedens & proterens, & omne residuum pedibus conculcans*. Hic est Alexander Rex Græcorum, quem Propheta similem ait ferro, omnium metallorum durissimo; subditque bestiam ferreis dentibus armatam visam fuisse; quo symbolo fortissimos Alexandri

A xandri exercitus indicat omnium ferè regum domitores. Et addit, visum fuisse obvia quæque vel vorare, vel proterere, omnia pessumdare. Quibus verbis prædicit Alexandrum cunctis ferè Orbis provinciis vastitatem illaturum, incolas despoliaturum, eorumque agros, & villas proterendas diripiendasque militi subjecturum, adeò ut Orbem universum, omniaque speciosa ejus in torcular coëgisse videatur, & suis copiis calcanda
B obtulisse. Aitque postremam *hanc bestiam cæteris fuisse dissimilem*, i. e. viribus & audacia reliquas superasse, & denis cornibus instructam. *Cornua decem* sunt reges ex Græcorum Monarchia prodituri. *Et cornu* v. 8.
parvum ascendit de medio eorum. Antiochus hic est ille Judæorum persecutor, qui medius inter decem reges subortus est, & subolevit. *Et hoc postremum cornu*, ait, *tribus prioribus evulsis locutum fuisse grandia*.
C Quod de casu trium priorum cornuum hìc subjicitur, referendum est ad nepotes & posteros trium præteritorum regum. *Grandia* vero, quæ cornu istud parvum loquebatur, contumeliæ sunt, & impiæ voces in Deum jactatæ. *Videbam, & ecce throni po-* v. 9.
siti sunt, & Antiquus dierum sedit. *Thronos* Tribunalia intelligit judicio instante disposita, sedes itaque constitutæ proximum ju-
D dicium Græcorum, & supremum Mundi diem indicant, quo Filius Dei judicaturus est vivos, & mortuos, quem *Antiquum dierum* Propheta dicit connotans sempiternam ejus à Patre originem. *Mille millia assistebant ei,* v. 10.
& Miriades Miriadum ministrabant ei. Numerus hic noster est, nec illo credas Dei administros circumscribi. Illorum numerus est, quovis numero esse plures. *Et libri aperti sunt*, in quibus descripti sunt sempi-
E ternùm perituri. *Videbam, quod interfecta* v. 11.
esset bestia, & periisset corpus ejus. *Ejus*, inquit, non regni, imò regis Alexandri. v. 21.
Et reliquis bestiis ablata est potestas. Regna Persarum, Medorum, & Chaldæorum designat. *Et diuturnitas, & vita data est eis*, significat prædictarum gentium reges non esse omninò defecturos, concessam tamen in populum Judæorum potestatem non esse
F perpetuò retenturos. *Videbam quasi Filium* v. 13.
hominum venientem in nubibus. Etsi horum verborum sensus Judæos etiam respiciat, eo quod postmodum Græcos, & finitimas gentes profligarunt; Prophetia tamen in Domino consummata est; ipsi namque data est potestas & imperium in omnes populos, nationes, & linguas juxta illud: *Data est* Mat. 28. 18.
mihi à Patre meo omnis potestas in Cœlo & in Philip. 2. 10.
Terra. *Et servient illi*. Hoc est, quod alibi legitur. *In nomine Jesu omne genu fle-*

ctatur

ctatur Cœlestium, Terrestrium, & Infernorum. Potestas ejus, potestas sæculorum non præteribit, & regnum ejus non mutabitur. Luc. c. 1. Hoc idem Angelus Mariæ nunciavit. *Regni ejus non erit finis. Et constristata est anima mea* v. 33. *in strato meo, & accessi ad unum ex ministris,* v. 15. *qui adstabant, & investigavi ab eo veritatem: atque interpretationem verborum indicavit mihi.* v. 16. De calamitatibus populo suo obventuris dicit tristatam fuisse animam suam super strato suo, & subdit arcana illius visionis patefacta sibi fuisse ab Angelo, significatumque, *quatuor bestias*, quatuor imperia designare, Babylonicum, quod tunc florebat, Medicum, Persicum, & Græcum, atque ab istis quandoque transferendum principatum ad populares suos Sanctos Altissimi ob sacrum mysterium absconditum in pluribus ejusdem populi hominibus justis, & sanctis Altissimi, prædicitque eosdem sempiternùm regnaturos. *Volui autem diligenter discere de quarta bestia, & quarto cornu*; quod Sanctos infestare armis, & vehementer affligere visum fuerat. Antiochus hic est, à quo docet Angelus populi Dei Sanctos, & Sacerdotes, atque Justos bello appetendos & subigendos. *Donec venit Antiquus dierum, & judicium dedit Sanctis.* Dedit utique Machabæis vires & arma, quibus cornu illius improbitatem retuderunt. *Sanctis Excelsi obsistet.* i. e. Sacerdotes inhibebit, quominus officio fungantur, & sacrum peragant ministerium. *Et putabit quod possit mutare tempora, & leges.* i. e. Sanctas Dei leges convellere, statasque solemnitates, & Neomenias abrogare. *Et tradentur in manum ejus ad tempus, & tempora, & dimidium temporis*, i. e. ad annos tres, & sex menses. *Et judicium sedebit.* Ad vindicandas utique Sanctorum injurias, Justorum scilicet custodientium legem Excelsi, & ad puniendum, & conterendum Antiochum *cornu parvum*, à quo vexati, afflictique fuerant Zelatores domus Jacob. Et ille quidem sceleste citâ morte sublatus interiit, & istis data est potestas & imperium sine fine mansurum. *Hùcusque*, subdit Daniel, *finis sermonis*. Interpretationis vid. præteriti somnii. *Cogitationes meæ conturbaverunt me, & facies mea mutata est*, ex tristi scilicet nuncio malorum, quæ parvum illud cornu populo meo, & Sacerdotibus erat illaturum. *Et sermonem in corde meo custodivi*, nè scilicet infausto præsagio auditores meos contristarem.

CAP. VIII. v. 1. 2. VIDI *iterùm aliud somnium ego Daniel in anno tertio Balsciasar*. Vidique *illud in Susan castro, quod est in Helam regione, & videbar mihi in somno stare ante* ܐܘܠܝ, i. e.

A i. e. juxta portam aquarum. Alii interpretantur juxta columnam. *Vidi arietem ſtantem juxta portam, & habentem cornua duo.* v. 3.
Arietem dicit Darium Perſam habentem duo cornua, i. e. Medis, & Perſis imperantem. *Et altero alterum excelſius, ipſique ſuccreſcens.* Hæc Perſas ſpectant, quorum potentia major, quam Medorum fuit, multòque altius ſeſe extulit. *Et alterum alteri ſuccreviſſe* dicitur, eo quod Perſæ poſt Medos Orbis imperium erant occupaturi. *Et* v. 4.
B *vidi arietem illum cornibus ventilantem contra Occidentem, & contra Aquilonem, & contra Meridiem, & omnes beſtiæ non poterant reſiſtere ei*, i. e. Dario. *Et fecit ſecundum voluntatem ſuam*, in illis nimirùm tribus ventis, *& magnificatus eſt. Et ecce Hircus ca-* v. 5.
prarum veniebat ab Occidente ſuper faciem univerſæ terræ. Hircum caprarum Alexandrum
C Macedonem appellat. *Et non nocebat terræ*, quia contra Darium poſita erat facies ejus. *Porrò Hircus habebat cornu inſigne inter oculos* v. 6.
ſuos, & venit ad arietem bicornem, efferatuſque eſt contra eum, & percuſſit illum, com- v. 7.
minuitque ambo cornua ejus, & miſit in terram, & conculcavit eum. Cornu inſigne inter oculos Hirci dicit Monarchiam, & regnum Alexandri *Arietem ab Hirco* impetitum Darium Medorum, Perſarumque regem.
D *Duo cornua ab Hirco comminuta*; duo ſunt regna, quæ Alexander Dario abſtulit, Medicum, & Perſicum. *Et in terram afflixit, & proculcavit eum*, perindè nec inſtructæ acies victum ab interitu liberare valuerunt. *Et magnificatum eſt cornu iſtud, & robora-* v. 8.
tum eſt. Victo quippè Dario Alexander longè, latèque propagavit Græcorum imperium, & validis præſidiis firmavit. Intereà *confractum eſt cornu ejus inſigne.* i. e. Mor-
E tuus eſt Alexander, *& continuò erupere quatuor cornua.* Alexander enim cum ſine liberis deceſſiſſet Monarchiam diſtractam in partes reliquit amicis ſuis Seleuco, Demetrio, Philippo, & Ptolomæo. *De uno ex* v. 9.
eis egreſſum eſt cornu unum modicum. i. e. De ſtirpe Seleuci Nicanoris natus eſt. *Cornu parvum* Antiochus. *Et factum eſt grande contra Meridiem, & contra Orientem.* Antiochus ſiquidem ad ambas haſce Mundi plaF gas imperium ſuum maximè amplificavit. *Et magnificatum eſt uſque in fortitudinem Cœ-* v. 10.
li. Sacerdotalem ordinem ſignificat, quem proindè luminaribus Cœli comparat. *Et dejecit de fortitudine, & de ſtellis, & conculcavit eas.* Hoc de filiis Semonæ, illorumque ſociis ab Antiocho interfectis prophetat. *Et uſque ad Principem fortitudinis pro-* v. 11.
greſſus eſt, i. e. ad Oniam, ejuſque collegas Pontifices, & Sacerdotes, quemad-

modum in libro Machabæorum legitur. *Et ab eo tulit juge ſacrificium*. i. e. Sacerdotum functiones interturbavit, & perpetua ſacrificia illos intermittere coëgit. *Et dejecit ſtabilimentum ſanctificationis ejus*. Conſtitutum ſanctæ religionis locum violavit, &
v. 12. labefactavit. *Robur autem datum eſt ei contra juge ſacrificium propter peccata*. Propter Judæorum peccata cornui huic modico Tyranno poteſtas fiet inhibendi Sacerdotes, quominùs in templo quotidie adoleant incenſum, & lucernam perpetuò ardentem habeant. *Et proſternetur ſanctum ſuper terram*. Hoc vel de panibus Propoſitionis loquitur, vel de ſacro templi inſtrumento prædicens illud diripiendum, & in terram projiciendum. *Et faciet, & proſperabitur*. Antiochus enim, quæ hìc prædicuntur, mala Judæis intulit, impunè Deo ad horam peccatum ejus diſſimulante, vindicationemque prorogantem
v. 13. inpoſterum. *Et audivi unum de ſanctis loquentem ad quempiam: uſquequò viſio hæc de perpetuitate?* Unus de ſanctis percontando quærebat ab altero oſtenſæ viſionis notitiâ fortè magis inſtructo, diſcere cupiens finem iniquitatis & malorum, quibus Judæi à Græcis afficiendi erant, & quatenùs gentium pedibus proculcanda fo-
v. 14. rent ſanctum, & fortitudo. *Et dixit ei: uſque ad veſperam, & mane dies duo millia trecenti, & juſtitia vincet*. Angeli percontantis propoſitum erat diſcere. Quouſque manibus impiorum hominum ſancta permittenda forent. Cui Angelus viſionis interpres.
Supr. c. 7. v. 25. *Ad dies*, ait, *bis mille trecentos*, quibus reſpondent *tempora, tempus, & dimidium temporis* ſuperius expoſita; ſed quia juxta computum lunarem ſuperant dies mille centum quinquaginta, hìc noctes diebus adjunxit, duplicavitque numerum dierum, quod in recenſione annorum neglectum fuerat. Hoc ergo dierum numero Antiocho ſuam in Judæos poteſtatem exercere licebit, eoque evoluto, juſtitia vincet illum, ex Oriente ſcilicet remeantem ſubito opprimet caſu.
v. 15. v. 16. *Et ecce ſtetit juxta me, quaſi ſpecies viri. Et audivi vocem viri inter Ulai, dicentis: Gabriel fac hunc intelligere viſionem iſtam*. Angelus Danielis cuſtos, quique ab eodem nunquam aberat, rogabat Angelum Gabrielem, qui tùm illi, tùm reliquis ſanctis in hoc negotio pacificarum viſionum ſemper aderat, ut
v. 17. Danieli ſomnium iſtud interpretaretur. *Et venit ad me ad locum, ubi ſtabam. Et expavi*; præſentis Angeli nimio fulgore perculſus, & *ait ad me. Intellige fili hominis interpretationem ſomnii, quod vidiſti, quia in tempore finis complebitur viſio iſta*. i. e. Non contingent iſta tempore propediem adfuturo, quo popu-

populus tuus ſuis terris reſtituendus erit. *Et dixit mihi: oſtendam tibi, quæ futura ſunt in noviſſimo.* i. e. Quæ ventura ſunt, poſtquàm exacti fuerint ſubſequentes anni centum, quibus populo tuo promiſſa ſunt bona. *Aries, quem vidiſti habere cornua, Rex Medorum, atque Perſarum eſt.* Darium innuit. *Cornua duo,* duo regna ſignificant, Medicum & Perſicum. *Porrò Hircus caprarum, & cornu inſigne inter oculos ejus, Rex Græcorum eſt.* Alexander. *Et cornu grande inter oculos ejus,* ejuſdem ſummam poteſtatem, & ampliſſimum in totum Orbem imperium deſignat. *Quod autem fracto illo ſurrexerunt quatuor pro eo,* Alexandri Monarchia illo deficiente deficiet, diſtracta in partes, ejuſque amicis Seleuco, Philippo, Demetrio, & Ptolomæo quatrifariam diſpertita. *Et in noviſſimo regni iſtorum.* i. e. Cum Judæi à fide, & lege Dei diſcedere, ſeque alienare cœperint, poſtrema regni illorum invadent nepotes Seleuci Nicatoris. *Conſurget Rex impudens.* Antiochus intelligens ænigmata, i. e. vafer, & ingenio promptus ad nectendos dolos, parandamque ſibi dominationem. *Et roborabitur fortitudo ejus, ſed non in viribus ſuis.* Oſtendit hìc Antiochum, neque virtute ſua ad eam gloriam provectum iri, neque benè actæ vitæ merito ad tantam potentiam venturum, ſed ſola Dei diſpoſitione, qui Judæis in plurima ſcelera prolapſis, Antiochum adverſus eos ad ipſorum correptionem invaleſcere permiſſurus foret. *Mirabilia corrumpet.* Dei ſcilicet domus Ædificia admiranda labefactabit. *Et interficiet robuſtos.* Sua ſcilicet immanitate, & crudelitate populares tuos, viros fortes, & pios affliget, & necabit, eorumque cadavera in circuitu Jeruſalem projiciet, quod perindè teſtatur David in ſpiritu. *Et juxta comprehenſionem ejus dirigatur dolus in manu ejus.* Hoc dicit, quia dolo malo urbem ingreſſus pretioſam templi ſuppellectilem corrupit, vel expilavit, & civitatis muros diruit. *Et in ſilentio aſtus ſui diſperdet plurimos.* Judæorum quippè quadraginta millia occidit, atque totidem captivos abduxit. *Et contra Deum Principem Principum conſurget.* Sive quia Antiochus Deum maledictis, & blaſphemiis inceſſurus erat, ſive quia Dei templum erat violaturus, & ſacra vaſa direpturus. *Et in apprehenſione manus conteretur,* vel quia abſque deſignatione, & apparatu, inexpectato, repentinoque caſu oppreſſus occumbet, vel Lyſiæ innuit manum, & operam Antiochi mortem procurantis, vel potius ſignificat, incidente lethali morbo conficiendum. *Et viſio veſpere, & mane.* i. e. Veritas cujus exi-

v. 19. v. 20. v. 21. v. 22. v. 23. v. 24. Pſal. 78. 3. v. 25. v. 26.

tus ad veſperam & mane protelabitur, certa eſt. *Tu autem, Daniel, cela viſionem iſtam, quia erit in multos dies.* i. e. Poſt annos plurimos ad effectum producetur. Quare hoc ſecretum ſilentio preme, ne fortè tui populares exiſtimantes Prophetiam brevi complendam, impendentis calamitatis metu exanimati, reditum omninò detrectent.

CAP. X. ℣. 3. ℣. 4. *IN anno uno Darii levavi faciem meam in conſpectu Domini, & oravi, & deprecatus ſum, & dixi: obſecro, Domine Deus magne, & terribilis*; nam ſceleribus noſtris factum eſt, ut à Chaldæis traducaris, quaſi imbecillis & infirmus. *Cuſtodiens pactum & miſericordiam diligentibus ſe*, ſicut pridem præfatus eſt Moyſes. ℣. 5. *Nos autem peccavimus, & ſtultè egimus*, quoniã à cunctis mandatis tuis declinavimus, quæ per Moyſen, & Sacerdotes dediſti nobis. *Tibi, Domine, victoria in hac cauſa*, quandoquidem providens peccata noſtra plurimas maledictiones peccantibus comminatus fuiſti, cavens nè peccaremus. *Quare juſtus eſt Dominus in omnibus operibus ſuis*, quoniam nullo modo nos obſident mala, quæ nobis ipſis non fuerint antè denunciata. Nunc ergò nos ubique operuit confuſio, & per loca omnia diſperſi ſumus. ℣. 11. *Univerſus Iſrael prævaricatus eſt legem tuam*; patuitque quàm verè dixeris per Jer. 5. 1. Jeremiam. *Circuite vias Jeruſalem, aſpicite & conſiderate, & quærite, an invenietis virum facientem judicium & quærentem juſtitiam, &* Deut. 27. 14. *propitius ero ei. Et adduxiſti ſuper nos maledictionem* illam utique, quam à diebus Moyſis, contra nos ſtatueras, ſententiam nimirùm exequutus, quam olim pronunciaveras. Quamobrem *oravi in conſpectu Domini* precibus acerbum luctum, & pœnitentiam conjungens, & obſecrans, ut maledictiones illas à nobis avertas. Porrò *juſtus eſt Dominus in omnibus operibus ſuis*, in cunctis ſcilicet calamitatibus, quas intulit nobis, quoniam ut meruimus, & ſecundum opera noſtra retribuit nobis. ℣. 15. *Et nunc Domine, qui eduxiſti populum tuum de Ægypto, avertatur obſecro, in* ℣. 16. *hac die furor tuus à Jeruſalem*. i. e. Feciſti ubique tibi, Domine, nomen, cum mare divideres, & aquis ſubmergeres Ægyptios, verumtamen nunc, quando populus tuus propter peccata ſua extorris, & profugus omnes oberrat terras, ipſi propitius eſto, & *miſerere ſuper montem domus ſanctæ tuæ, & ſuper Jeruſalem, quæ facta eſt in opprobrium cunctis gen-* ℣. 21. *tibus.. Adhuc loquente me in oratione Gabriel, quem videram à principio Cælo delapſus volavit, & venit ad me in tempore ſacrificii veſpertini*, in hora ſcilicet veſpertinæ orationis, quæ eſt ℣. 23. ſacrificium laudis & confeſſionis. *Et dixit mihi:*

A *mihi*: *ab exordio precum tuarum egressus est sermo, & ego veni indicare tibi, quia desiderabilis es*. i. e. Dignus es qui ameris, quandoquidem pro peccatoribus oras. *Tu ergo animadverte sermones, quos sum loquuturus*, i. e. explora & perpende sensum, & vim propositæ visionis, atque in his, quæ circa illam tibi dicturus sum, velut expressam futuri eventus imaginem contemplare.

Septuaginta hebdomades requiescent super populum tuum, & super civitatem sanctam tuam. i. e. Quies erit populo tuo, ut consumentur prævaricationes, & finem accipiant peccata septuaginta Babylonicæ servitutis annis vindicata, necnon omnia generatim scelera filiorum Israel. Rursùs *ut consumentur prævaricationes, & finem accipiant peccata*. *Prævaricationes* scilicet & *peccata* gentium, utrumque fiet in exitu septuaginta hebdomadarum. *Et dimittatur iniquitas*, quod à Joannis baptismo cœptum est, & *adducatur justitia à sæculo*, & mox manifestabitur Christus ante sæcula à Prophetis prænunciatus Justitiæ Author, & justificans peccatores. *Ad implendam visionem, & Prophetam*. Ita sanè, nam Christus Adventu, Passione & Morte sua cuncta Prophetarum oracula implevit, & ipso eventu vera esse demonstravit. *Et usque ad Christum Sanctum Sanctorum*. Id porrò intelliges ab exitu hujus prophetiæ: ipse enim Sanctis Sanctitatem impertit.

Et post hebdomadas sexaginta duas delebitur unctio, & judicium non erit in ea: Hæc significant Christum venisse eo tempore, quod ipsius adventui fuerat præfinitum; proinde nec Gabrielis prædictionem fuisse falsam. Sexaginta hebdomadæ annorum, inquit, statutæ sunt super Jerusalem, ut maneat, postquàm soluta captivitate reædificata fuerit, quibus exactis

v. 24.

Jac. Edess. Daniel. c. 9. v. 24.

ceſſabit unctio, qua conſtabat judicium & poteſtas. Porrò ſexaginta hebdomadæ annorum, annos nonaginta ſupra quingentos exhibent. Si ergò tempus ſupputes ab anno ſecundo Darii quarti Regis Perſarum, quo completi ſunt anni ſeptuaginta juxta Jeremiæ Prophetiam, & quo Daniel oravit, atque ad eum emiſſus eſt Gabriel, ut populi reditum, & poſt reditum futuros caſus ipſi nunciaret, ſi, inquam, ab hoc anno, quo viſio exhibita fuit, quadringentos & nonaginta annos computes in ſequentia tempora, plane reperies, eo anno, quo Herodes Aſcalonita regnum Judaicum invaſit, oraculum iſtud completum fuiſſe, atque defeciſſe ex Judæorum gente rectorem & principem ac judicem ſacro oleo unctum, atque circa idem tempus natum fuiſſe Chriſtum, anno ſcilicet trigeſimo tertio Herodis, qui fuit tercenteſimus nonus Græcorum, i. e. Edeſſenorum.

Ejuſdem. Anni itaque captivitatis ſeptuaginta ſic numerantur. Nabuchodonoſoris anni viginti tres, Evilmerodachi duo, Baltaſſaris quatuor, Darii Medi quatuordecim, Cyri quatuordecim Babylone regnantis, Cambyſis octo, Darii triginta ſex. Anno porrò hujus Darii ſecundo captivitas ſoluta fuit, & populus Babylone demiſſus, in Judæam revenit.

v. 25. *Ergò ab exitu ſermonis, ut inſtauretur Jeruſalem, & fora & plateæ ejus, & veniat Chriſtus Rex hebdomadæ ſeptem, & hebdomadæ ſexaginta duæ*, ita ut Urbs quidem ſub initium ſeptuaginta hebdomadum inſtauranda ſit, ſub earum verò finem Chriſtus ſit venturus; fluent itaque hebdomades ſeptuaginta uſque ad adventum Chriſti. Et domus quidem, ſeu templum & civitas ſeptenarum hebdomadum ſpatio inſtaurabuntur, Chriſtus verò exactis aliis ab inſtauratione ſexaginta hebdomadis, occidetur. Cum ſcilicet elapſa fuerint tempora urbi & populo conceſſa:

v. 26. *Interficietur Chriſtus*, & non erit illi alius Chriſtus. *Et civitas Sancti vaſtabitur, cum Rege venturo*, i. e. cum Rege Chriſto, qui venturus eſt, & in Cruce moriturus. *Et in fine inundatio* devolvens & detrahens ita ut quicumque famem evaſerint, alluvione armorum obvios quoſque involvente atque

v. 27. rapiente in captivitatem abigantur. *Uſque ad conſummationem ſententiæ deſolationis perſeverabit in deſolatione*. Quandoquidem exitus iſte Judæorum haudquaquam ſimilis futurus eſt eorumdem tranſmigrationi in Ægyptum, aut Babylonem; illinc enim dimiſſi fuere poſt annos quadringentos; & hinc poſt ſeptuaginta dimittentur. Hæc autem vaſtitas Judicis Dei decreto ſtatuta eadem invariata manebit uſque in ævum. *Et confirmabit pactum multis*. i. e. Chriſtus Teſtamentum ſanguine ſuo ſanctum, & firmum efficiet per hebdomadam unam, & dimidium hebdomadæ, donec auferat hoſtiam, & oblationem. Is quippè, qui hoſtiam & oblationem inſtituit, eamdem abrogabit. *Et ſuper alas abominationis deſolatio*. Quandoquidem Romani Judæâ in poteſtatem redactâ Aquilam, ſuique Imperatoris imaginem in Templo collocarunt. Et hoc eſt, quod legitur. *Cum videritis abominabile ſignum dictum per Danielem Prophetam. Et uſque ad conſummationem deciſionum requieſcet ſuper deſola-*

Matth. 24. 17.

A
B
C
D
E

desolatione. i. e. usque ad plenam executionem divinorum decretorum, Civitas oblivioni tradetur, jacebitque diruta ac deserta.

CAP. X.

IN anno tertio Cyri lugebam per tres hebdomadas dierum. Danielis luctus causa fuit edictum à Cyro pridem publicatum, anno scilicet primo Imperii sui, cujus executionem in annum jam tertium retardari dolebat. *Luctumque ad tres hebdomadas* protraxisse se dicit, quia toto eo spatio jejunaverat. Jejunium enim *luctum* appellat in eo sensu, in quo Dominus eandem vocem usurpavit, cum se, suosque discipulos à Pharisęorum obtrectationibus defenderet. Cum enim à Pharisæis discipuli arguerentur, quasi jejunia fastidirent. Dominus respondit: *Numquid possunt filii thalami lugere*, i. e. jejunare, *quandiu cum illis est sponsus*? Quamobrem subdit Daniel. *Panis desiderabilis, & caro, & vinum non intraverunt in os meum, donec complerentur tres hebdomadæ, quarta & vigesima die mensis primi*. Eo scilicet mense, quo sui Israelitæ olim ex Ægypto educti fuerant, Daniel jejunavit & oravit, ut modo Babylone dimitterentur. *Et levavi oculos meos, & ecce Gabriel adfuit mihi indutus vestimentis decoris, & lumbi ejus accincti decore gloriæ*. Hæc visio Prophetæ ostensa est ad ripas Tygris. Cæterùm vir, quem se vidisse ait, indutum vestimentis decoris, etsi magnifico corporis ornatu, & pretioso baltheo, quo lumbos præcinctus apparuit, intuentis Prophetæ oculos raperet, vultu tamen aspectabilis non fuit, cum formam per singula momenta mutaret, & novam indueret. *Facies enim ejus*, inquit Daniel, *velut species fulguris*, quæ proindè nullâ certâ fixâque figurabatur forma. *Porrò viri, qui erant mecum, non viderunt visionem*, eo scilicet terrore fugati, ex quo *non remansit in me fortitudo*, accisis subito pavore viribus, undè *species mea immutata est, & emarcui*. *Et cum audissem sermones ejus, procidi in faciem meam*, humique jacui, quandiù vox ejus tonitruo similis fuit. *Et ecce manus tetigit me, & erexit me super genua mea, & super palmas manuum mearum*. Sic Angeli manu erectus stetit, ut nihilominùs oculos humi defixos continere compulsus sit, nec enim in Angelum intendere volebat. Ergò resumptis viribus gratiâ filii Dei, cujus mysterium in ea visione designabatur, assurrexit Daniel, cui Angelus: *Daniel, intellige sensum sermonum, quos tibi sum loquuturus, & sta in gradu tuo*. i. e. Disce & sedulò perpende mysteria rerum, quarum exitus prolixis precibus, triumque hebdomadarum luctu & abstinentia quærebas. Rursus me metu relevatu-

1 *Cyri lugebam per tres hebdomadas dierum*.
2 *Luctumque ad tres hebdomadas*
3 *Panis desiderabilis, & caro, & vinum non intraverunt in os meum, donec complerentur tres hebdomadæ, quarta & vigesima die mensis primi*.
4 *Et levavi oculos meos, & ecce Gabriel adfuit mihi indutus vestimentis decoris, & lumbi ejus accincti decore gloriæ*.
5 *Facies enim ejus*
6 *Porrò viri, qui erant mecum, non viderunt visionem*
7 *non remansit in me fortitudo*
8 *Et cum audissem sermones ejus, procidi in faciem meam*
9 *Et ecce manus tetigit me, & erexit me super genua mea, & super palmas manuum mearum*.
10 *Daniel, intellige sensum sermonum, quos tibi sum loquuturus, & sta in gradu tuo*.

v. 12. vaturus ſubjecit : *Noli metuere*. Horrenda quippè voce loquentis Angeli perterritus, hærebat timidus & tremens, idcircò Angelus Prophetam blandè alloquens, viribus perindè ut animo defectum erigit. *Exaudita ſunt*, inquit, *verba precationis tuæ à primo die, quo dediſti cor tuum ad intelligendum*, i. e. ab eo die, quo jejunare cœpiſti, deſiderio incenſus diſcendi ea, quæ rogabas, proptereàque in conſpectu Dei tui orando & obſecrando perſeveraſti. *Exaudita eſt oratio tua, & ego veni propter ſermones tuos*, i. e. me quoque preces tuæ induxerunt, ut negocium ſalutis populi tui juxta vota tua pro-

v. 13. curarem. *Princeps autem Perſarum reſtitit mihi viginti & uno diebus*. *Reſtitit*, inquit, zelo utique divini honoris impulſus, & Judæis Babylone morantibus infenſus, quippè qui ſuis cum popularibus in patriam redire abnuerint, quidquod & optimæ terræ detraxerint, ejuſque feracitatem, & cætera commoda aſpernati, divino beneficio viderentur indigni. Quàmobrem Angelo obſiſtebat, qui ad procurandam venerat libertatem hominum, quorum ferocitas & arrogantia necdum etiam repreſſa videbatur. Intereà Michaël Angelo de Judæorum ſalute ſatagenti ſubventurus advenit. Angelo itaque Perſarum Præſide toto illo dierum ſpatio reſiſtente, reditumque Judæorum diſturbante Angelus ad Danielem in hoc negotium deſtinatus redire non potuit, aut ullum re-

v. 14. ferre reſponſum. Subdit ergò Angelus : *Et ecce Michael unus de Principibus primis venit in adjutorium meum. Et ego veni hodie, ut docerem te*. Porrò, quæ Angelus hoc loco Danieli referebat, ſic intelleximus. Dei ſcilicet ordinatione fiebat, ut Angeli inter ſe amicè animoque pacatiſſimo certarent. Et alter quidem contendebat, ut in ea ſervitute populus relinqueretur, quam ea, quâ pollebat arbitrii libertate, delegerat. Huic porrò duo alii Angeli adverſabantur, inſtabantque, ut Judæi ad proprias terras reducerentur, quod etiam Daniel orando jejunandoque urgebat. Rursùs alio modo exponimus. Scilicet poſtquàm priſci illi homines occaſione confuſionis linguarum, quæ Turris ædificium diſturbavit, diverſas terras quærere compulſi ſunt, proprius unamquamque gentem ſequutus eſt Angelus, veluti ejuſdem futurus Præſes & Princeps. Populi Hebræorum tunc Angelo Michaëli cura ſepoſita atque demandata fuit. Cum igitur Daniel videret Judæos Babylone exules, & aliunde ſciret expletos jam eſſe ſeptuaginta annos ſervitutis divino decreto taxatos, cœpit orando obſecrandoque ſollicitare ſuorum popularium reſtitutionem & reditum; nec verò le-

A rò legimus Prophetam ante hoc tempus populi liberationem poſtulaſſe. Idem petebant Michaël & Gabriel, quibus nihilominùs reclamabat Angelus Princeps Perſarum, Judæos retinere conatus, & à reditu prohibere; primùm quidem quia perindè ut dolebat Perſarum, quibus præerat, cæcitatem, Deique ignorantiam, ita mirificè delectabatur præſentia conſpectuque populi benè inſtituti, divinæque legi obſequentis, & maximè Prophetarum & Juſtorum, qui inter Judæos aderant benè multi. Prætereà ſperabat, ſi Judæi Babylone minimè excederent, ſed ibi domicilia figerent, Perſarum gentem propoſito ipſorum exemplo ad pietatem provocandam fore, atque ad Dei metum cultumque paulatim traducendam; præſertim cum non ignoraret idipſum ex parte præſtitiſſe nuper Danielem, & ſocios, quando Babylonii circa eoſdem Dei providentiam admirati clamabant. *Non eſt alius Deus, ſicut Deus Sidrach, Miſach, & Abdenago.* Viderant nempè Danielem in lacu leonum, ejuſque Sodales in fornace nullum incommodum ſuſtinuiſſe. *Et ego veni ut docerem te, quæ ventura ſunt populo tuo in noviſſimis diebus.* Hìc Angelus Danieli prænunciat Judæos in fornacem tribulationis mittendos fore hoc igne probandos, & innuit invitos ad reditum cogendos non eſſe, magnanimos & alacres eſſe oportere viros, qui in Judæam mitterentur. *Adhuc viſio in dies.* i. e. Hæc temporum acerbitas non accidet hujus temporis Iudæis, ſed in ſeros illorum nepotes incumbet *Iterumque dejeci vultum meum ad terram, & tetigit me, & aperiens os meum, locutus ſum, & dixi ad Angelum terribilem, qui ſtabat contra me. Domine, in viſione tua conturbata ſunt viſcera mea, & non eſt relictus in me ſpiritus.* Si, inquit, à præſentia conſpectuque tuo ſubito deliquio oppreſſus concidi, diſſolutis namque genuum compagibus, erectus coram te conſiſtere nequibam, *quomodo etiam nunc affari te queam? Et rurſus tetigit me quaſi viſio hominis.* Nota Prophetam curâ metuque relevatum fuiſſe per tres vices in Trinitatis myſterio, primum cum Angelus illum humi jacentem erexit: rursùs cum os ejus aperuit: tertiò quando loquendi facultatem muto reſtituit. Hunc ergò in modum refectis Trinitatis in myſterio viribus Daniel Angelum alloquitur. *Loquatur*, ait, *Dominus meus ad ſervum ſuum, quia confortaſti me. Et dixit: numquid ſcis quare venerim ad te? ut nempe ſignificarem tibi, mihi modò redeundum ad præliandum cum Principe Perſarum.* Hæc Angelus Danielem non ignorare

Dan. 3.96

v. 15. v. 16. v. 17. v. 18. v. 19. v. 20.

rare operæ pretium esse ducebat, nè interim Judæi ab oratione cessarent, quin eò vehementius de sua libertate satagerent, *quia*, inquit, *cum ego egrederer, apparuit Princeps Græcorum veniens. Venit*, ait, *Princeps Græcorum*, quippè qui plurimùm gauderet Justos à servitute modò vindicari, atque ejus, cui præerat populi gratia, &
v. 21. beneficio libertate olim fruituros. *Verumtamen annunciabo tibi, quod expressum est in libris veritatis*. Divinæ Scripturæ libros innuit, in quibus prædicitur adventus legio-
Num. 24. num de terra Cethæorum. Nam & hoc diser-
24. tè Balaam prænunciaverat. *Legiones*, inquit, *egredientur de terra Cethæorum. Et nemo est adjutor meus in his, nisi Michael Princeps vester*. Talia referebat Angelus, ut Daniel sciret, nec inter ipsos Hebræos adesse multos, qui reditum à Deo postularent, neque Angelos Danielis voto suffragari. q. d. quidquod nec Angelis probatur, quod flagitas, Daniel, ut cogatur humani arbitrii libertas.

CAP. XI. *ANNO primo Darii Medi surrexit Mi-*
v. 1. *chael Princeps vester in adjutorium meum.* Eo scilicet tempore, quo tu quoque Dei adjutorio fretus, bona spe te recreabas, cer-
v. 2. tus adesse terminum præfiniti temporis septuaginta annorum. *Et nunc in veritate annunciabo tibi, quæ ventura sunt. Adhuc tres reges stabunt in Persside, & quartus concitabit contra se regnum Græcorum*: Darius hic fuit.
v. 3. *Surget verò Rex, & cum steterit, conteretur regnum ejus, &*
v. 4. *dividetur in quatuor ventos Cœli, sed non in posteros ejus, neque secundum potentiam illius*. Hæc de Alexandro Macedone intellige, qui certus sibi postremum adesse diem, nec liberos se habere futuros regni hæredes, istùc quadrifariam dispertitum quatuor amicis suis transcripsit.
v. 5. *Tu enim tene, quæ dixi, nec enim secus fiet. Et Rex Austri confortabitur, & Principes illius, ex quibus unus prævalebit contra eum, & dominabitur dominatione magna. Prævalebit*, inquit, *contra eum*, Alexandrum innuit, qui à Ptolomæo Rege Ægypti victus est. Scilicet istud sæpè fieri videmus; Dei utique consilio atque nutu, ut valentes ab imbecillis, fortes ab imbellibus vincantur, ut
v. 6. discant ambo majore utrisque potestate geri, atque provideri omnia. *Verumtamen in fine annorum fœderabuntur, filiaque Regis Austri veniet ad Regem Aquilonis*. Cleopatram Pto-
Primo Machab. 10. 57. lomæi filiam significat, quæ Alexandro filio Antiochi illustris nupsit pacis inter ambos futura sequester; sic ad instauranda mœnia præteritis bellis labefactata mittebatur imbellis costa, quare subdit: *Non erit in ea virtus, quia timebit*, artes scilicet, & dolos Regum. Idcir-

A Idcircò ſtabiliendæ pacis, ſpe dejecta etiam *tradetur ipſa, & puellæ, quæ adduxerant eam, & confortabant illam*. Hæc ad Cleopatram manifeſtè referuntur, quam præter jus faſque marito Alexandro ablatam Pater tradidit Demetrio filio Demetrii, infeſtiſſimo prioris conjugis inimico. *Et ſurget de ſemine ejus*, i. e. de ſtirpe feminis ejus, nempè Alexandri, Rex, qui fuit Antiochus. *Et egredietur cum exercitu* ex regione, quam datis B obſidibus acceperat ſub initia Principatus. *Et occurret ei Rex Aquilonis in fortitudine & robore*. Narrat Alexandrum tametſi præteritis bellis fractum, nihilominùs arma reſumturum, etſi malo ſuo; nam ſubdit Angelus, *Rex Auſtri confortabitur, & vaſa deſiderabilia Regis Aquilonis aurea & argentea, atque ingentem captivorum turbam abducet, & aſportabit in Ægyptum*. i. e. Ptolomæus C redintegrato contra Alexandrum Regem Aquilonis bello ditiones ejus invadet, eaſque depopulatus in Ægyptum revertetur. Porrò Rex Auſtri Alexander concitabitur contra Demetrium, qui conjunctis cum Antiocho Eupatore copiis caſtra adverſus illum movebit. Verumtamen tradetur totus exercitus eorum in manus Alexandri. *Tradetur*, inquit Propheta, *omnis virtus eorum in manus ejus* ... *Rurſus Rex Aquilonis con-* D *gregabit multitudinem majorem priore*, majores ſcilicet copias illis, quas ſub initium Principatus eduxerat. *Et in fine temporum veniet ſemel & iterum*, i. e. cum Demetrio confliget, & cum Ægyptio, qui Antiochiam ingreſſus, impoſuerat capiti ſuo duo diademata Aſiæ & Ægypti. *Et conſurgent multi adverſus Regem Auſtri*. Nempe Jonathas filius Mathathiæ cum Sociis, aliique Duces, qui conſpiratione facta ſimul omnes contra E Regem Auſtri inſurgent, qui & ab ipſo Demetrio deſeretur, eo quod Generi regnum affectaſſe deprehedentur. *Et filii iniquitatis populi tui*, i. e. viri iniqui ex populo tuo extollentur Demetrio regnante, ſed mox unà cum illo *corruent, ut ſtare faciant viſionem*, i. e. ut exindè pateſiat, haud fuiſſe mentitum vaticinantem regnum à Sanctis Excelſi obtinendum fore, & impios conterendos. *Et ſurget Rex Aquilonis,* F *& ponet inſidias, & humiliabit virtutes fortes, & brachium Auſtri non ſtabit*. Demetrium deſignat, cujus favore freti populares tui Alcimus, ejuſque factionis Judæi proſperis rebus ſe uſuros ſperabunt. *Et non erit in illis fortitudo*, quia Alexander Provinciam ingreſſus, cuncta pro arbitrio diſponet. *Et ſtabit in terra Iſrael, & tradetur in manus ejus*; nam pulſo Demetrio, qui hactenùs Judæam tenuerat, Judæos ſubjugabit. *Et*

1. Machab. 11. 9.

v. 7.

v. 8.

v. 10.

v. 13.

Primo Machab. 11. 13.

v. 14.

v. 15.

v. 16.

Sup. v. 5. 17.

dominabitur dominatione magna nimis. Nam & Jonatham Judææ præficiet; *Et ponet faciem ſuam, ut invadat virtutem regnorum*, i. e. ut ditiones Demetrii occupet. *Et cuncta ſecum feret*. Significat Alexandrum, vel omnes copias ſuas educturum, vel omnes opes Demetrii direpturum, & ſecum aſportaturum. *Et filia hominum dabitur ei ſub ſpecie honoris ad corruptionem ejus*. Fraudulenter nimirùm pater affinitatis conciliandæ prætextu tradet filiam, reipsà nil minùs quàm nuptias meditans. Nam ſi iſtùc ſincerâ mente curabat, cur ſponſo filiam mox abſtulit, & alteri deſpondit? Ad tempus ergò illam proſtituit, ut brevi intervallo duorum Regum neceſſitudinem & ſubſidia ſibi compararet. Et quoniam in hoc negotio, ut dixi, non ex legitimo connubio affinitas, ſed ex proſtitutione pudicitiæ quæſtus petebatur, ideò Angelus illud *corruptionem*, non matrimonium appellat. *Et convertet faciem ſuam ad inſulas maris*. Deſignat expeditionem Alexandri in Ciliciam ſuperiorem, quæ ab illo defecerat, & *ſubjugabit multos*, Cilicas nimirùm, qui rebellaverant; *Et auferet Principem opprobrii ſui*, Tyrannum ſcilicet, Provinciæ invaſorem, atque ſuum apud Cilices opprobramentum. *Et opprobrium ejus convertet in illum*, debitum de ipſo ſumendo ſupplicium. *Et ponet faciem ſuam ad imperium terræ*. Idem Alexander fortunæ gloriæque ſuæ altitudine ſuperbus. *Et dejicietur, & non invenietur, & ſtabit ſuper locum ejus auferens dominationem*. Nempè Ptolomæus vaſtator & everſor regnorum Alexandri ditione potietur. *Et in paucis diebus conteretur*. Ptolomæus ipſe; *non in furore, nec in ira belli*. i. e. non vi extinctus, ſed tridui ægritudine confectus morte fungetur ſuâ. *Et ſtabit in loco ejus deſpectus*. i. e. Ditiones Alexandri, quas Ptolomæus dudùm occupaverat, invadet Demetrius vilis homo & contemtiſſimus, qui poſtmodùm cum Jonatha Machabæo conflixit, & victus eſt. *Et veniet clam, & obtinebit regnum caſu*. i. e. Demetrius vacuum regnum nullo negocio occupabit. Sic enim feret caſus, ut Alexander ferro, Ptolomæus morbo, tempore ferè eodem ambo extinguantur. *Et robur civitatum diripietur*, ab eodem utique Demetrio. *Et conterentur à facie ejus Rectores Teſtamenti*. i. e. Quod legitur Jonathæ renunciatum, Demetrii Duces in Cades Galilææ irrupſiſſe. *Et facient adverſus eum dolum*, ſuarum ſcilicet copiarum Ductores, quibus exoſus fiet, quin & ipſius familiares & amici in ejus exitium conjurabunt. *Et aſcendet & roborabitur in regno ſuo forti*. *Et faciet, quod non fecerunt*

A
B
C
D
E
F

». 18.
». 19.
». 20.
». 21.
». 22.
I. Macbab. II. 63.
». 23.
». 24.

Patres

A ܘܥܒܕ ܡܢܗܘܢ ܘܐܬܐ ܘܬܒ ܒܬܪ ܒܬܪ
ܘܒܥܠ ܢܗܘ ܠܦܘ ܘܚܠ
ܚܣܠܗ ܗܘ ܡܠܟܐ . ܘܢܒܕ ܟܠ
ܬܠ . ܘ ܠܦ ܘܟ ܒܠ ܡܠܟ
ܘܒܝܐ . ܟ ܕܢ ܘܐܬܐ ܠܒܕ
ܟܠ ܘܢܒܕ ܡܢ ܚܠ
ܚܠ . ܘܢܒܟ ܒ ܘ ܠ ܟ
ܟ ܘ . ܘ ܘܠ ܕ ܘ
B ܕ ܘ ܐ ܘ ܟ . ܒ
ܘ ܠ ܡ . ܕ ܡ ܢ .
ܠ ܒ ܡ ܘ ܒ ܡ .
ܘ ܒ ܡ ܘ ܒ ܡ .
ܘ ܒ ܡ ܘ ܒ ܡ .
ܘ ܒ ܡ ܘ ܒ ܡ .
ܘ ܒ ܡ ܘ ܒ ܡ .
ܘ ܒ ܡ ܘ ܒ ܡ .
ܘ ܒ ܡ ܘ ܒ ܡ .
ܘ ܒ ܡ ܘ ܒ ܡ .
ܘ ܒ ܡ ܘ ܒ ܡ .
C ܘ ܒ ܡ ܘ ܒ ܡ .
ܘ ܒ ܡ ܘ ܒ ܡ .
ܘ ܒ ܡ ܘ ܒ ܡ .
ܘ ܒ ܡ ܘ ܒ ܡ .
ܘ ܒ ܡ ܘ ܒ ܡ .
ܘ ܒ ܡ ܘ ܒ ܡ .
ܘ ܒ ܡ ܘ ܒ ܡ .
ܘ ܒ ܡ ܘ ܒ ܡ .
ܘ ܒ ܡ ܘ ܒ ܡ .
ܘ ܒ ܡ ܘ ܒ ܡ .
D ܘ ܒ ܡ ܘ ܒ ܡ .
ܘ ܒ ܡ ܘ ܒ ܡ .
ܘ ܒ ܡ ܘ ܒ ܡ .
ܘ ܒ ܡ ܘ ܒ ܡ .
ܘ ܒ ܡ ܘ ܒ ܡ .
ܘ ܒ ܡ ܘ ܒ ܡ .
ܘ ܒ ܡ ܘ ܒ ܡ .
ܘ ܒ ܡ ܘ ܒ ܡ .
ܘ ܒ ܡ ܘ ܒ ܡ .
ܘ ܒ ܡ ܘ ܒ ܡ .
E ܘ ܒ ܡ ܘ ܒ ܡ .
ܘ ܒ ܡ ܘ ܒ ܡ .
ܘ ܒ ܡ ܘ ܒ ܡ .
ܘ ܒ ܡ ܘ ܒ ܡ .
ܘ ܒ ܡ ܘ ܒ ܡ .
ܘ ܒ ܡ ܘ ܒ ܡ .
ܘ ܒ ܡ ܘ ܒ ܡ .
ܘ ܒ ܡ ܘ ܒ ܡ .
ܘ ܒ ܡ ܘ ܒ ܡ .
ܘ ܒ ܡ ܘ ܒ ܡ .
F ܘ ܒ ܡ ܘ ܒ ܡ .
ܘ ܒ ܡ ܘ ܒ ܡ .
ܘ ܒ ܡ ܘ ܒ ܡ .
ܘ ܒ ܡ ܘ ܒ ܡ .
ܘ ܒ ܡ ܘ ܒ ܡ .
ܘ ܒ ܡ ܘ ܒ ܡ .
ܘ ܒ ܡ ܘ ܒ ܡ .
ܘ ܒ ܡ ܘ ܒ ܡ .
ܘ ܒ ܡ ܘ ܒ ܡ .
ܘ ܒ ܡ ܘ ܒ ܡ .

runt Teſtamentum Sanctum. i. e. Libenter acquieſcet Jaſoni, ejuſque ſociis ſpondentibus talenta ſexaginta ſupra trecenta, &
v. 31. ex aliis reditibus octoginta. *Et potentia illorum ex ipſis*, à Regibus ſcilicet, & per ipſos conſtabit. *Polluent Tabernaculum fortitudinis*, exportando dona in Tabernaculo conſecrata. *Et auferent ſacrificium*, immolationes nempè hoſtiarum, & panes propoſitionis. *Et dabunt abominationem in deſolationem*,
v. 32. quam poſtmodum Machabæi ſuſtulerunt. *Et qui ſupergredientur pactum, perdet illos. Pactum* ſcilicet ipſius cornu loquentis magnifica (Antiochi). *Populus autem illorum, qui noverunt timorem Domini, prævalebit contra*
v. 33. *adverſarios ſuos, & Juſti in populo docebunt multos*. Machabæorum tempora deſignat, quibus Judæi impegêre in tela, in ignes, in ſervitutem, bonorumque direptionem diebus plurimis. Cumque in haſce calamitates
v. 34. inciderint, *ſublevabuntur auxilio parvulo. Poſthæc diviſione mala dividentur*, adeo ut filii à parentibus, & fratres à fratribus diſcedant.
v. 35. *Et ex ſapientibus dejicientur ad probationem & intelligentiam per eos*. i. e. Sacerdotes, in quibus ſcandalizabuntur, & intelligent, & probabuntur multi. *Uſque ad tempus finis*, i. e. donec præfinitus terminus correptionis adveniat, ejus quippè tempus in mul-
v. 36. tos dies protelabitur. *Contra Deum Deorum loquetur grandia*; quia efferet ſeſe ſuper omne numen. *Et proſperabitur in iſtis*, donec compleatur tempus ejus; *tranſacta quippè*
v. 37. *eſt definitio*. *Et omnem Deum Patrum ſuorum non intelliget*, qui oſtendit ei præfinitum tempus quale futurum ſit; vel rur-
2 Mac. 9. 8. ſus, quia Deos novos inducet, vel potiùs, quia ſuper Deum ſuum magnifice ſe extollet, ut maria ſiccare ſe poſſe jactet, terraſque marinis fluctibus obruere. *Et amorem feminarum, & omnem Deum non cogitabit*. Vel quia nec impurè, nec intemperanter vivet, vel quia Regis filiam, quam pridem duxerat, contemnet, & Deæ
v. 38. Conæ nuptias ambiet. *Et Deum fortem glorificabit* ... i. e. in ſede ſua. *Et Deum Patribus ſuis ignotum honorabit*. Quia impendentis mortis metu conſternatus literas Judæis Hieroſolymam officii plenas dedit, & dona, atque aurum argentumque tranſmiſit, Deoque pro ip-
v. 39. ſius ſalute ſupplicare flagitavit. *Et dabit eis poteſtatem in multis, & terram dividet pretio*. Judæorum nempe agris ſuarum copiarum Duces ſibi propiùs morituro ſuperſtites mu-
v. 40. nerabitur: *Et ad præfinitum populo tuo terminum*. i. e. Ineunte tempore ejus termini, *præliabitur adverſus eum Rex Auſtri*, nempè Ptolomæus. *Et concitabitur in eum Rex*

Rex Aquilonis. Antiochus ſcilicet, *& veniet contra eum in curribus, & equitibus*. Ipſe eſt, quem Angelus infrà prædicit, invaſurum Ægyptios cum ingenti exercitu, & equitum, atque elephantum apparatu. *Introibit in terram, & veniet in terram Iſrael*. i. e. In Judæam incumbet, Hieroſolymam occupabit, Sanctuarii adyta perrumpet, Dei ſacra temerabit, diripiet vaſa, aureum altare, candelabrum, & menſam auferet. *Et iſti ſalvabuntur de manu ejus, Edom, & Moab, & reliqui de filiis Ammon*: Idumæis, & cæteris cauſa ſalutis erit; vel quia Antiocho ultrò ſe dedent; vel quia Deus, qui prædictas gentes ab Iſraelitis ſervaverat, iterùm ab Antiochi invaſione tutabitur. *Et terra Ægypti non effugiet manus ejus*. Ptolomæum Ægypti Regem deſignat, qui cum Antiocho confligere non auſus, præripuit fugam. *Et capiet urbes multas, & dominabitur theſaurorum argenti & auri*, quos ſcilicet capta oppida dabunt. *Et nuncii ab Oriente, & Aquilone reditum maturare cogent*, rumores ſcilicet indè delati, nunciantes bello victos fuiſſe Præfectos, quos Rex Ægyptiacam expeditionem ſuſcepturus vicarios conſtituerat. *Et Tabernaculum ſuum figet in loco plano*. Locus iſte interjacet mari, quâ Iſraëlitæ tranſierunt, & monti, in quem aſcendit Moyſes, vitam ibidem cum morte commutaturus. *Et cuſtodiet Sanctuarium ſuum*. Deus utique templum ſuum tutabitur adverſus molimina minaſque Antiochi, qui immiſſa militum manu conditos ibidem theſauros, & quidquid ſors obtuliſſet, indè rapere, & aſportare cogitabit. *Veniet autem tempus ejus, & non erit ei adjutor*. Tametſi Lybicas gentes, & Æthiopicas Antiocho laturos opem Angelus ſupra dixerit, ſubdit tamen hìc: *Non erit ei adjutor*; vel quia à ſuis Diis auxilium fruſtrà petet, nec enim illi aderunt tempore, quo à vindice Dei juſtitia capietur; vel quia miſericordiam non erat conſequuturus in tempore anguſtiæ, etſi mala, quæ Judæis intulerat, dolens fateretur, & malefactum damnaret.

v. 41.

v. 42.

v. 43.

v. 44.

v. 45.

CAP. XII. v. 1. *IN illo tempore conſurget Michael Angelus magnus*. Ipſe nimirum, qui nunc quoque rerum veſtrarum maximoperè ſatagit. *Et conteret illum: & veniet tempus tribulationis*, i. e. antequam conteratur Antiochus; *quale non fuit à diebus ſæculi*. His porrò benè cohærent illa. *Introjerunt ſponſi in luctu; & quæ ſedebat in thalamo, innovavit lamentationes, & commota eſt terra ſuper habitantes in ea. Et in tempore illo ſalvabitur populus tuus omnis, qui inventus fuerit ſcriptus*

1. Machab. 1. 28. 29.

ptus in libro. Pauci videlicet præsentem ruinam effugient. *Liber*, de quo hìc fit mentio, vel est Lex ipsa, quam qui perfecerit, vivet in ea; vel quod apud Ezechielem legitur. *Et sumes inde parvum numerum, & ligabis eos in ala tua*, i. e. in extremitate pallii tui. *Et multi, qui dormiunt in terra, evigilabunt*; eo, quod post assertam Zorobabelis ope salutem & libertatem novum quasi somnus opprimet malum, quo soporis ad instar discusso, quasi de pulvere expergefient; *alii ad vitam æternam*. Homines scilicet patientiâ vitæque innocentiâ inter Judæos conspiciendi; *& alii ad interitum & ad ludibrium sociorum suorum sempiternum*. Homines designat, qui popularibus suis offensionis & ruinæ occasionem præbuere, quibus comminatur æternam infamiam; simulque promittit illis, qui piè vivendo, & docendo, aliis profuissent, claritatem nominis & prosperos etiam in præsenti sæculo successus, & in futuro justam retributionem. Quamobrem subdit: *Et illi, qui ad justitiam erudiunt multos*; i. e. ab infidelitate ad fidem traducunt. *Fulgebunt in gloria*, quam scilicet in novissimo die induent immortalem. *Et tu, Daniel, claude sermones istos, & sile, & signa librum usque ad tempus statutum*. Angelus Prophetæ mandat, nè cuipiam isthæc arcana prodat, aut librum communicet, quem nihilominùs signari, servarique jubet, nè cum Judæi statuto tempore talia contingere conspexerint, dubitent, ut Deus præsciverit hasce calamitates populum suum quandoque perpessurum. *Et quærent multi Deum, & multiplex erit scientia*. Post hanc, inquit, quam prædixi tribulationem, illud continget, quod Babylonicam calamitatem sequetur, plurimorum scilicet in rerum divinarum cognitione profectus. *Et vidi ego Daniel: & ecce duo alii stabant ab utraque ripa fluminis*. i. e. Cum Angelus ille, qui mecum loquebatur, discessisset, & alveum fluminis ingressus vadum quærere videretur. Repentè duo alii apparuere, ripas hinc atque inde obsidentes. Porrò Angelus, dum fluminis alveum subit, & profluentem tutè calcat, personam sustinet scientis altitudinem mysteriorum Dei; perindè ut *alii duo ripam utramque insidentes*, symbolum præferunt concessæ sibi potestatis interrogandi de quæstionibus à Propheta prætermissis. Quamobrem tamquam potestate accepta interpellant alterum Angelum. *Usquequò finis horum mirabilium*? Quibus ille velut arcanorum divinorum conscius respondit. *In tempus, & tempora, & dimidium temporis consummabuntur hæc omnia*. Cum nimirùm occubuerit ille, qui immani hactenus crudelitate in populum Dei debac-

Ezech. 5. 3.

v. 2.

v. 3.

v. 4.

v. 5.

v. 6.

v. 7.

chatus

A chatus fuerat. *Et ego Daniel cum audirem,* v. 8.
non intelligebam; & dixi: Domine mi, quid erit novissimum horum? Non quæro, inquit, dicta, sed an supersit quidpiam dicendum de iis, quæ prædictorum consummationem exitumque erunt sequutura. *Et dixit ad me:* v. 9.
vade Daniel, quia obsignati sunt sermones usque ad præfinitum tempus. Sermones clausi signatique, alii pertinebant ad regnum statuto tempore casurum, quodque prædictum fuerat à Christo evertendum; alii ad ipsum Christum ejusdem eversorem. *Eligentur,* & v. 10.
dealbabuntur multi. Designat futuram Apostolorum electionem & Credentium ad eosdem audiendos concursum, quos prædicit Baptismi lavacro dealbandos. Judæos contra Christi interfectores severè judicandos & puniendos. *Impiè agent impii: & non intelligent* Luc. 23. 34.
omnes impii. Cohæret cum illo: *Pater, dimitte illis, non enim sciunt, quid faciunt. Qui faciunt bona, intelligent* summum utique Rectorem, cujus consilio nutuque fluunt tempora, hunc porrò agnoscent tum ex vaticiniis Prophetarum, tum ex signis illud tempus indicantibus. *A tempore, quo ablatum* v. 11.
fuerit sacrificium, & posita fuerit abominatio in desolationem dies mille ducenti & nonaginta. Designat Antiochi tempora, quibus impius Rex juge sacrificium sustulit, & abominationem desolationis induxit, populum Dei subvertere, & religionem corrumpere molitus. Porrò *dies mille ducenti & nonaginta* implent totum illud spatium temporis, quo Judæi maximis calamitatibus affecti sunt, templumque violatum fuit, intràque sacra adyta nefarii & scelerati homines ausi sunt aram suis excitare Diis. *Beatus, qui expe-* v. 12.
ctat, & pervenit ad dies mille tercentos & triginta quinque. Hac scilicet temporum exacta periodo Judæorum calamitates finem accipient, & ædes, in qua Dei populus vota sua reddere solebat, mundabitur, statæque ceremoniæ & sancta sacrificia restituentur. *Tu autem Daniel vade, requiesce in fi-* v. 13.
nem. i. e. Cæterum isthæc mala populo tuo olim obventura te minimè angant. *Resurges in tempore tuo in fine dierum.* E tumulo namque redibis ad vitam; nec idcircò revicturum te puta, quando filius Dei morietur, quod utique continget sub finem septuaginta hebdomadarum, sed in supremo Mundi die, quo unà cum cæteris mortuis ab eodem filio Dei in secundo suo de Cœlo adventu vitam recipies immortalem.

S. PATRIS NOSTRI

EPHRAEM SYRI

IN

HOSEAM PROPHETAM

EXPLANATIO.

Scholion. HOseæ Prophetæ patria fuit Beelmoth in Tribu Iſſachar, in eâque mortuus in pace, ſepultus eſt. Dominum in terras venturum prædixit, & ejus adventum expreſſo ſigno præmonſtravit; præceſſit autem annis triginta quatuor ſupra octingentos, ac tredecim ſupra centum prophetavit.

CAP. I. ℣. 1. VErbum Domini, *quod factum eſt ad Hoſeam filium Beeri in diebus Oziæ &c.* Indicat Hoſeas, ſe ſub Regibus Juda, Ozia, Joatham, Achaz & Ezechiam prophetaſſe. Geminam porrò populi ſui vaticinatus eſt captivitatem; alteram ab Aſſyriis propè imminentem; à Babyloniis alteram non multò poſt ſecuturam, hanc Judæis, illam reliquis Iſraëlitis ob commune ſcelus idololatriæ à Deo ſtatutam, quâ tandem ſolutâ reditum & in priſtinum reſtitutionem populo utrique pollicetur. ℣. 2. *Et dixit Dominus ad Hoſeam: vade, ſume tibi uxorem fornicariam, & fac tibi filios fornicarios.* Quærito, inquit, tibi uxorem, meretricem tamen, quo conſpicuum Iſraëli proſtet ſignum, qui in urbe Samaria Baali, & Vitulis ſe ſe apertè ac palàm proſtituit. Ex illa porrò ſuſcipies hæredem tibi, portentum autem Judæis futurum, qui palàm Dominum jurant, & clàm Melchom adorant. *Quia fornicans fornicabitur terra à Domino.* Terra utique Iſraëlitarum quando pulſis indigenis novos colonos accipiet à Rege Aſſyriorum: undè ſequetur, quod populo illi fuerat denunciatum. Deut. 28. 33. *Fructus terræ tuæ comedet populus, quem ignoras,* cuique factus eſt ignotus Deus tuus, ex quo ſuis adhæſit Diis. Idololatriam ſiquidem Hoſeas & alii Prophetæ vocabulis mœchiæ & ſcortationis deſignant. ℣. 3. *Et accepi mihi Gomer filiam Debelaim; & concepit, & peperit mihi filium: & dixit mihi Dominus: voca nomen ejus Jezrael, quoniam adhuc modicum, & ceſſare faciam regnum Iſrael.* Ad Iſraëlitarum quippè regum ditionem pertinebat urbs Jezraël. ſignificat autem Iſraëlitas eversâ ipſorum Republicâ Deum laudare deſituros, eo quod futurum erat, ut illorum ora ſervitutis ferro, duro velut camo ſtricta premerentur, adeòque nec jam liceret verba proferre, nedum conſueta ſuorum feſtorum car-

carmina modulari. Quod, ait: *requiram sanguinem Jezraël à domo Jehu*. Non Nabothi necem in agro Jezraëlitæo factam intelligit, quam idem Jehu Achabitarum cæde vindicaverat: sed ipsius Jehu culpam indicat. In multis quippè, quod justum erat persequendo, à justitia ipse exorbitavit, inprimis quod Ochoziam unà cum filio Achabi occidit, tùm gravissime quod ab Achabi viis minimè deflexit, quamobrem ejusdem familia postmodum à Deo repudiata, regno etiam spoliata fuit. *Et domui Juda miserebor*. Eo vid. tempore, quo Tribus Ephraim in alienas terras deportabitur. *Et non salvabo eos in arcu, & gladio* Assyriorum, qui quidem à Judæis in belli societatem adsciti fuerunt, cum ipsis tamen ad pugnam minimè progressi sunt, etsi pro ipsis contra Damascenos & Ephraimitas prælaturi arma sumpsissent. Quare hæc ad regis Achaz tempora referuntur. *Et concepit, & peperit filiam: & dixit mihi Dominus, voca nomen ejus: non consecuta misericordiam: & alium filium peperit, qui vocatus est, non populus meus*. Idcirco quod ab initio populus gentium Dei populus non fuit, nec ab illo dilectus, qui oderat peccatorem. Audi Hoseæ verba interpretantem beatum Paulum. *Vocavit nos non solum ex Judæis, sed etiam ex gentibus, sicut in Hosea dicit: Vocabo non plebem meam, plebem meam, & non misericordiam consecutam, misericordiam consecutam. Quia non addam ultrà misereri domui Israel*, quam vid. statui servituti captivitatique subjicere. *Et congregabuntur filii Juda, & filii Israel pariter*, nec duas ultrà scindentur in partes, quod malum sub Roboamo passi sunt. Hæc ad Israëlitarum à captivitate reditum pertinent, & multò veriùs de Messiæ adventu, & Gentium conversione exponuntur. *Quia magnus est dies Jezrael*. Eo quod magnarum calamitatum finem, & magnæ felicitatis initium sit allaturus; nam sicuti ultus est Deus *sanguinem Jezrael*, sanguinem vid. Nabothi, & Innocentium ab Achabo & Jehu interfectorum; sic vindicabit sanguinem populi sui à gentibus ad ejus perniciem conspiraturis. Videtur Zorobabelis & Nehemiæ temporibus excitatam à finitimis populis persecutionem indicare. Nihilominùs quod textui usquequàque respondet, dicendum hæc pertinere ad salutem à Christo assertam populo suo adversus Diabolum ejusque satellites Martyrum præsertim persecutores; hìc enim populus erat semen, quod saturus erat Deus per Christum, ut ait divinus Paulus, populum novum, æmulatorem bonorum operum; id enim ipsum vocabulum Jezraël significat. Quamquàm

v. 4.

v. 7.

Rom. 4. 25.

v. 11.

ex hac eadem urbe Gedeonem ſuas eduxiſſe copias, docet Judicum hiſtoria; atque indè cœptam ejuſdem de Madianitis, confœderatiſque populis victoriam. Quid? nùm Propheta hic Jezraël mentionem intulit, quo intelligerent Judæi fore, ut ſicut indè *dies magnus* illuxit Gedeoni, ſic futurum aliquandò ut ſimilis ipſis affulgeret dies de ſoluta Babylonica captivitate, utique fauſtiſſimus & verè magnus: quem tamen non ſibi ipſi, ſed Deus illis *ſaturus erat*, i. e. facturus: non enim Judæis, ſicut nec Gedeoni tantum bonum peperit propria virtus, ſed Dei clementia: ut verum ſit etiam in hoc ſenſu, quod ſuperius dictum eſt: *Et non ſalvabo eos in arcu, neque in gladio.* v. 7.

CAP. II. v. 1. *Vocate fratres veſtros populum meum*, non eo, quo notati ſunt nomine, *non populus meus*, *& ſorores veſtras dilectas*, non quo dictæ fuerunt, *non dilectæ*. Attende ut mutantur nomina, utque ignominiæ notas, quas æqui Judicis ſeveritas inuſſit, v. 2. pii patris clementia obliteret: *expoſtulate cum matre veſtra* factum cum Samaria vos Ephraimitæ, voſque Judæi cum Jeroſolyma, quas ut matres veſtras obſervatis & ſequimini. *Non enim uxor mea eſt*, quia vitulos adoravit, & idolis offert libamina. *Auferat fornicationem à facie ſua*, quoniam exarſit ad probrum & ſtuprum; *& mœchiam de medio uberum ſuorum*. Occultam Judæorum idololatriam fuiſſe indicat, Ephraimitarum contra patentem & publicam, quam proindè in facie poſitam dicit. Ut enim hæc pars corporis noſtri conſpicua eſt, ſic Samariæ ſtupra in propatulo tranſigebantur. Contra teguntur ubera, ſuo namque Jeruſalem meretricio cavebat ſecretum. *Nè dimittam eam nudam*, privando viris claris v. 3. Sacerdotibus & Regibus; *quia filii fornicatricis ſunt*; eo quod in flagitia matris ſuæ ſe v. 4. immerſerunt. *Ecce ſepiam vias tuas ſpinis*, crebris animadverſionibus peccantem caſtigando, atque potentes adverſarios tuis conv. 6. ſiliis opponendo. *Et ſequetur amatores ſuos, & non apprehendet, & quæret eos, & non inveniet*. i.e. Mater veſtra Samaria, ipſique confœderata Jeroſolyma ſocios populos appellabit, ut auxilium ferant periclitanti, at non impetrabit. *Tunc dicet: revertar ad virum priorem*, ad Deum nempè Patrum meorum Abraham, Iſaac, & Jacob, quoniam nec Dii, quos amavi, atque ab iis me amari putabam, nec eorum cultores populi laboranti ſuccurrerunt. Sed nec ipſi ſibi, victoribus enim victi ſerviunt. Et hæc quidem mater veſtra dicet tunc, nunc verò aliud. *Idcircò ceſſare faciam omne gaudium ejus* in captivitate Babylo- v. 7. v. 11.

A bylonica. *Et corrumpam vites ejus & ficus ejus* v. 12.
colonorum curâ deſtitutas, quos ſubactâ vaſtatâque provinciâ hoſtis coget in alienas terras tranſmigrare. *Et viſitabo ſuper eam dies* v. 13.
Baal, in quibus incendebat thura, tollebat inaures ſuas, & margaritas ſuas, & ibat poſt amatores ſuos, & mei oblivíſcebatur: dicit Dominus ſuos imitata Majores, qui meo munere Ægyptiorum aurum adepti, vitulum conflarunt, quem ipſe dederam, cultu ſe ornabat:
B meique oblita, quos inſaniebat Deos, quibuſque eo ornatu placere ſtudebat, aſſectabatur. *Propter hoc adblandiar ei*. Liberali- v. 14.
bus nimirùm, quas Prophetæ dabunt, promiſſis, eſto nullum effectum habituris. *Ducam in ſolitudinem*. Procul ab idololatrarum conſuetudine & contubernio. *Et loquar ad cor ejus*. Conſolabor caſu ſuo afflictam & mœrentem. *Et dabo ei vineas ſuas* v. 15.
C *ex eodem loco*. i. e. Fidem dabo me daturum, idque Prophetæ affirmabant, etſi dictum res ſecuta non eſt propter ejus perfidiam. *Et vallem Achor ad aperiendam intelligentiam ejus*. Quandoquidem ex hoc loco majoribus ejus primus apertus eſt aditus ad cernendam hæreditatem divinis ſibi promiſſis addictam. *Et erit in illa die, ait Dominus,* v. 16.
vocabit me, vir meus. Et cætera, quæ ſequuntur, eo tempore perfecta ſunt, quod ſupra beatus Paulus indicavit. *Sponſabo te mi-* v. 19.
D *hi in ſempiternum*, novo & æterno fœdere, quod Chriſti ſanguine ſancitum eſt. *Sponſabo*, inquit, *te ex commiſeratione & gratia*; neque enim inſontem repudiaram. *Exaudiam* v. 21. 22
Cœlos, & hi exaudient terram, & terra exaudiet triticum, & oleum, & hæc exaudient Jezrael. Annuam Cœlo, & pluviam dabit, terræ, & proventus ſuos proferet. Hæc Ju-
E dæis quidem præſtita fuere ſtatim à ſoluta captivitate & reditu, non tamen uſquequaque perfecta, niſi poſtquam cum gentibus ad Chriſtum converſis in unum coaluere populum, ad hunc enim certiſſimè pertinent quæcumque in extrema ſectionis hujus parte vaticinatur Hoſeas.

CAP. III.
D*Ilige mulierem adulteram*, quia *illi di-* v. 1.
lexerunt vinacia uvarum. Mulierem
F adulteram manifeſtè Propheta demonſtrat eſſe Synagogam, de qua intellige verba, quæ ſequuntur: *Dilexit Dominus filios Iſrael*. Ea ſiquidem divinæ diſciplinæ optimum ſaporem faſtidivit utique melle dulciorem, eique vinacia uvarum antetulit; quæ quidem ſymbola ſunt falſæ Dæmonum doctrinæ præbentis ſpeciem dumtaxat veræ ſuavitatis. Rurſùs ut uvarum vinacia nos minimè delectant, ſic nec tenere debent cogitationes nobis ex malis affectionibus adhærentes.

v. 2. *Et emi eam mihi quindecim argenteis*. Trifariam si dividas, numerus sacerdotes, Prophetas, & reges repræsentat. Istorum nempè opera Deus Synagogam à Barbaris servavit. Itèm quintadecima dies mensis exitum aperuit Hebræis in Ægypto terram Promissionis desiderantibus; Ecclesia autem non eo liberata fuit pretio, sed illius gratia, qui triginta argenteis emptus illam redemit: *& coro, & dimidio cori hordei*. Hordeum doctrinam Legis designat Judæis quasi jumentis datam tamdiù, dum adoptionem
v. 3. filiorum per Christum acciperent. *Et dixi ei: dies multos expectabis me*. Seipsum Propheta exponit, *quia*, inquit, *multos dies se-*
v. 4. *debunt filii Israel sine rege, & sine sacrificio, & non erit, qui induat ephod*: quia superveniente populi captivitate regnum erat casurum, & perturbandus status & ceremoniarum ordo. Porrò ephod, seu vestis judicii summi Sacerdotis indumentum fuit, byssо & purpura intertextum, & quatuor gemmarum ordinibus distinctum. Vestis autem Judicii dicebatur ex eo, quod cum quispiam Deum consulere volebat, Pontifex eo indutus amictu divini Judicii sententiam rogabat, consulentique referebat, ea porrò per aliquam ex prædictis gemmis ma-
v. 5. nifestabatur. *Et post hæc quærent Dominum, & David regem suum*, Zorobabelem Davidis nepotem. Et Zorobabelem quidem Judæi plurimi quæsiverunt, non multi Christum; quod etiam Esajas & Daniel præviderunt, & prædixerunt; hunc enim Hoseas designat, quem cæteri Prophetæ mutuato à figura nomine Davidem passim appellant.

CAP. IV. v. 1. *Judicium Domino cum habitatoribus terræ* Israël, severum, justum tamen pensata gravitate criminum, quæ statim subtexit.
v. 2. *Sanguinem sanguini miscuerunt*, quia Prophetas occiderunt. Nec ideò posuere sitim, quominus etiam Domino Prophetarum in propria venienti necem inferrent, ejusque sanguinem confunderent cum illorum cruore,
v. 4. qui prænunciabant de adventu Justi: *Alter alteri iniquus populus tuus æquè, ac Sacerdos contendit*. Nec talia audentes cohibuit metus. *Propter hæc lugebit terra* ab habitatoribus deserta suis. *Offendisti de die*, quicum-
v. 5. que in legem peccasti. *Et offendit etiam Propheta tecum de nocte* tenebrosa implicitùs visione tui cordis. *Tacere feci matrem tuam* Synagogam, obmutescentibus Sacerdotibus, quos illa, rejectis Dei cerimoniis, curare jussit sacrificia vitulorum. Ephraimitas designat, qui primi vitulorum cultum induxere,

xere, eosque hanc ob causam repellendos denunciat, nè inposterum sacerdotio fungantur, quod Ephraimitis, eorumque sociis Tribubus non multò post accidit: patrio quippè solo ejectis omnis sacrificandi facultas ipsis adempta est, & sacerdotalibus functionibus interesse penitùs interdictum. Quamquàm Judæos etiam tristi hoc vaticinio comprehendi contextus ipse docet. Ipsorum siquidem proprium factum est sacerdotium, ex quo templum Jerosolymæ ædificatum fuit, & ad eos Tribus Levitica à Joroboamo exauthorata profugit, licuitque Leviticis in templo sua munia exercere, & constitutum sibi censum à populo exigere: quare illud: *Repellam te, nè sacerdotio fungaris mihi*. v. 6. Ad Sobnam videntur Judæorum Pontificem referenda, huic certè Esajas Pontificatum adimendum denunciat illis verbis: *Dejiciam te ab honore tuo, & deponam te à statione tua*. v. 7. *Et gloriam suam in ignominiam commutarunt*. Idola Deo subrogarunt. v. 9. *Et erit sicut populus, sic sacerdos*. Arcanus sermo, quo significatur consummato Crucis mysterio Judæorum Pontifici auferendum esse donum, eundemque redigendum ad communem populi sortem, qui utique sacerdos non est. *Fornicatio, & vinum, & ebrietas abstulerunt cor*. v. 11. Quum in suorum Deorum delubris pro libidine talia exercerent. *Cum separatis à trivio sacrificabant*. v. 13. Scorta erant, & idolorum sacerdotes, quibus sacrificantibus idololatra populus se adjungebat. *Populus non intelligens amplexatus est meretrices*. v. 14. Nec enim voluit cogitare quem domi haberet hospitem, nec potuit ejus capere majestatem oppidò quam formidandam; ideò in infamis scorti amplexus invasit, *Tu autem Israel noli condemnare Judam*. v. 15. Phaceam regem intelligit, qui conjunctis cum Rasano copiis regi Achaz bellum intulit. *Et nolite ire in Galgala* ad certum exitium. *Et nolite ingredi in Bethaven*, ad captanda indè auguria. In urbe Bethaven prostabant idolorum aræ, à quibus auguria peti solebant. *Quoniam sicut vacca, quæ excussit jugum, declinavit Israel*. v. 16. A lege Dei deflexit. *Pascet eos Dominus sicut agnos in latitudine*, domum Juda. *Particeps idolorum Ephraim*. v. 17. Idola coluit, & de sacrificiis eorum participavit. *Ligabitur spiritus in alis eorum, & confundentur ab aris suis*; v. 19. quoniam Sacerdotes suos servare non potuerunt.

CAP. V. *AUdite hoc sacerdotes, & attendite domus Israel, & domus Regis auscultate, quia vobis judicium est, quoniam laqueus facti estis speculatoribus* Prophetis veritatis. *Et sicut rete expansum super Thabor*. Locus erat venationis. *Quia nunc fornicatus est Ephraim*. A diebus Jeroboam, & Rasen post idola declinaverunt; *Clangite buccina in Ramatha*, sicut soletis prælium inituri, aut victoriam adepti. *Clamate in Bethaven*, in domo vanitatis: *post tergum tuum Benjamin*, Lupus rapax rapacitati prædantium Assyriorum, mox etiã Chaldæorum exponendus. *Ephraim in desolatione erit* in die vindictæ, adventuque Assyriorum. *In generationibus Israel ostendi fidem*, dictorum factorumque meorum veritatem & æquitatem. *Calumniam patiens est Ephraim, & coangustiatus in judicio*. Utrumque patitur, postquam veritati vanitates antehabuit. *Et vidit Ephraim languores suos*, oppressionem suam, & *Judas dolores suos* suam servitutem. *Et misit ad regem Jareb*. Hosee rex Samariæ ad Saum regem Ægypti petens auxilium, qui tamen illum indemnem contra Assyrium præstare non potuit; sed nec ipse Assyrius voluit, sub cujus clientelam se ille receperat, sed transtulit in Hala & Habor civitates Medorum, postquàm Hoseam rebellasse rescivit. Simili exitu Jojakim rex Juda eorundem Ægyptiorum regem Nechao sibi auxilium laturum speravit contra Chaldæos; sed ab isstis utrique, Ægyptii & Judæi tandem oppressi sunt.

CAP. VI. *REvertamur ad Dominum, ipse percussit nos, & ipse curavit nos*. Percussit reos, quia justus est; curabit miseros, quia pius est. *Et die tertia suscitabit nos*. Celeriter, quemadmodum nos olim Ægypto, Pelagoque circumventos die tertio liberavit. *Et discemus tendere ad scientiam Domini* post reditum; *quasi ad auroram, cujus certus est exitus* ad transitum à baptismo veniet quasi per intelligibile lumen ad agnitionem Dei quisquis in Christum crediderit, & quasi imber fluet indè doctrina ejus super eos, qui illa digni habiti fuerint. *Et quasi imber serotinus* per revelationem spiritus ipsam animam præparabit, tum verò incipiet germinare, & fructum cœlestem producere. *Dolavi Prophetas & occidi eos in verbo oris mei*, quoniam propter prophetiam moriebantur. Cumque eos Deus mitteret juberetque populo denunciare sive adversa & molesta, sive commoda & prospera, jussioni minime refragabantur; propterea que populus in eos insiliebat, illosque lapidabat & occidebat. *Et judicium meum quasi lux egredietur*

A *dietur* ſupplicium, quo ſtatui in Prophetarum interfectores animadvertere, futurum volo cujuſvis manifeſtum; *quia beneficentiam volui, & non ſacrificium*: ſacrificium quidem placet, ſed magis miſericordia & benignitas in fratres; & *ſcientiam Dei plusquam holocauſta*, & opimas quaſvis hoſtias; quibus dum me placandum ſperatis, fratres opprimitis. *Galaad civitas operantium iniquitatem: hi participes fuerunt ſacerdotum in via* B *& interfecerunt Sichem*. Cum ſacerdotibus Bethel conſpirarunt ad cædem peregrinorum petentium templum Domini in Jeruſalem. Innuit crudele facinus Levi & Simeonis, qui ob injuriam non admodum gravem Dinæ ſorori ſuæ factam à principe Sichem, omnes urbis habitatores trucidarunt. *Ibi fornicatus eſt omnis Ephraim, & contaminatus eſt Iſrael*. Nec talia perpetrantes à ſa- C cerdotibus levi aliqua reprehenſione caſtigati fuerunt, qui gravi utique ſupplicio plectendi fuiſſent. *Sed & Juda pone tibi vindemiam*, eo quod Judæi poſt reditum gentes ſibi inimicas forent profligaturi.

v. 6.

v. 8. 9.

v. 10.

v. 11.

CAP. VII

CUM *curarem Iſrael*, Jehu Prophetarum dictis obſequente, & perſequente idololatriæ fautores, Jezabelem vid. ejuſque alumnos ſacerdotes: *revelata eſt iniquitas Ephraim, & malitia Samariæ*. Patuit immedicabilem eſſe populi Ephraimitarum & Samariæ Principum impudentiam & perverſitatem: *quia* nihilo minùs quàm anteà ſolebant, *operati ſunt mendacium in conſpectu meo. Et fur ingrediebatur, & latro ſpoliabat in plateis*. Privatorum & Prin- E cipũ avaritiam & rapacitatem oſtendit clam & palam graſſantem. *In malitia ſua lætificaverunt regem*, Jeroboamum vid. cui ejus nequitiæ homines idololatriam ſuadenti aſſenſi ſunt, quamquam & iſtud ad ejus ſucceſſores referri poteſt, qui jam perierant, Deo eorum impietatem adproperato letho vindicante, vel qui in præſenti regnabant, ſuaque poteſtate abuſi religionem peſſumdabant principibus & regiis conſiliariis F factum approbantibus. *Omnes principes eorum adulterantur, quaſi clibanus ſuccenſus ad coquendum*. Adeò ad ſtuprum & rapinam exarſerunt. *Propter hoc ceſſabit a civitate eorum, qui commiſceat fermentum, donec ſubacta farina fermentetur*. Eo quod hoſtes, decreta civium captivitate, maturare exitum cogant. Hoc ſcilicet eorum majoribus contigit in Ægypto, nam cum Hebræi redditam ſibi divino munere libertatem diſſimu-

v. 1.

v. 3.

v. 4.

larent, accurrerunt Ægyptii, cunctantesque presserunt adeò, ut nec moram brevem concederent, *dum farina modo subacta fermentaretur*. Rursus alio sensu: *Civitatem* hunc Mundum appellavit, *& subactam farinam* humanum genus, subigentem Deum Verbum: & illud *donec fermentaretur*, significat novissimo tempore Christum venisse, quum humana natura malitiæ suæ acitate
1. Cor. 5. 8. fermentata jam fuisset, quâ detersâ, eandem ab illo imbutam fuisse novo fermento. *Die Regum nostrorum, cœperunt prin-*
». 5. *cipes nostri furere a vino*, Reges suos deponendo, & alios subrogando, ebriosi nempe
». 8. sunt, & strenui potatores. *Ephraim cum gentibus commistus est*, illis sanguinis communione & conjugiis junctus. *Tota nocte perseveravit furor eorum*. Hausto mero furunt, sanguinem Judicum & Regum suorum inhiant, non quiete somni, non vini lætitia deferbuit concitatus furor, ut sani hominis in mo-
». 9. dum actus suos explicare queant. *Et factus est Ephraim quasi placenta, quæ, antequam coqueretur, devorata est*. Mysticè indicat brevem fuisse Adæ in paradiso moram: *sed & cani eruperunt ei, & ignoravit*. Hoc symbolo adumbrantur mores, qui in generis nostri capite apparuerunt post contractam senectutem, in Adamo inquam, post peccatum suum, suumque è paradiso exitum, quos profectò anteà ignorabat.
». 11. *Et factus est Ephraim, quasi columba parvula non habens cor*. Nec enim ablatos doluit natos; abductæ quippè fuerant Tribus duæ cum dimidia habitantes trans Jordanem, nec indè cautiores Ephraimitæ facti sunt, neque suum Salvatorem Dominum
». 12. agnoverunt. *Quocumque profecti fuerint, ibi expandam super eos rete*, gentem Assyriorum, *& dispergam eos in omnem ventum*, sic ut
». 16. Mosis prædictionem res ipsa sequatur. *Ista est depravatio eorum in Ægypto*. Vel quia vitulos & oves in Ægypto colebant, vel quia alliorum, ac cæparum, & carnium desiderio Ægypto hærebant.

CAP. VIII. ». 1. OS *tuum sit sicut tuba super domum Domini*. Tuba vocalis ac terrifica, ut increpes parricidas & adulteros, qui talia perpetrantes, nihilominus audent domus meæ limina terere; sed fortasse domum Domini ipsum Israelitarum populum appel-
». 4. lat. *Regnaverunt, & non ex me*: quia, quem regno præficerent, à me discere noluerunt. *Domini facti sunt, & non indicarunt mihi*. Quia Dominum minimè consuluerunt, sive Principes Ducesve sibi crearent, sive hostibus bellum pararent. *Ven-*
». 7. *tum*

tum seminaverunt, non est illis culmus, neque spica faciens farinam. Nec profectò ventus, nec spica ejusmodi alendis corporibus utiles sunt. Sed nec vituli Samariæ potentes sunt ad arcendam mortem, vitamque tuendā, aut ad suffulciendum collabentem murum. *Nunc facti sunt in nationibus quasi vas inutile*. Sed nec olim Ægyptiis utiles fuistis, Israelitæ: ipsi potius vobis magnoperè profuerunt, sed ut majora damna à vobis referrent. *Quasi Onager solitarius Ephraim*, domo sua ejectus ea etiam consolatione privabitur, quam vel ex domesticorum victu & consuetudine haurire solebat, vel ex aliorum miserorum communione & societate capere potuisset. *Et si traditi fuerint gentibus*. Judæos designat regnante Exechia ab Assyriis ex parte dispersos. *Congregabo eos*, dissipatis versâ vice Sennacheribi copiis. *Et quiescent pauliſper ab onere Regum & Principum* Assyriorum in diebus Ezechiæ. Vel eversa à Nabuchodonosore Republica, vacabunt deinceps à cura creandorum Magistratuum.

A
B
C

v. 8.
v. 9.
v. 10.

NOLI lætari, *Israel*, *eo quod aberrasti a Deo tuo*. q. d. Nulla tibi jam superest causa lætitiæ, Deo tibi averso, à quo inanes sequuta Deos discessisti. *Dilexisti mercedes ab omnibus areis*. Cujuslibet gentis idola coluisti, ut indè velut ex area victum colligeres. *Area & torcular non pascet eos*. Quoniam ex eo nefario quæstu alimenta sibi parare studuerunt; ideò concessis etiam suorum agrorum proventibus eos inposterum carere volo & fame premi. *Non libabunt Domino vinum*. Non enim placet ex rapina oblatum. *Sacrificia eorum quasi panis angustiæ*. Eo quod non inviti quidem, non libenter tamen, nec grato animo illa offerrent. *Omnes comedentes illum contaminabuntur*. Sacerdotes & quod propter proprium compendium immolarent hostias à populo præsentatas, intereàque ejus rapinas dissimularent, & quod aliunde quæsitum panem in domum Domini importarent, dum proprio parcerent. *Ægyptus congregabit eos, & Memphis sepeliet eos*. Congregabit dispersos, & interfectos humabit. *Sciet Israel demens stultum Prophetam*. q. d. Si quidem inter vos, Israelitæ, ut opinamini, adesset Prophera meo spiritu afflatus, & mente usquequaque integer, nosset utique mala, quæ ego contra te, Israel, cogitavi; aut certè haberet undè hanc hauriret notitiam, eamque nactus vehementer doleret præsentiscens, talia quandoque patefactum iri; dumque interim occultantur, eorum præscientia & expectatione oppidò angeretur.

CAP. IX
v. 1.
v. 2.
v. 4.
v. 6.
v. 7.

D
E
F

tur. *Speculator Ephraim cum Deo meo, Propheta laqueus offensionis factus est*. Enimverò fidelis speculator & Propheta cum Deo ad commune opus conspirat ; iste autem Ephraim Propheta est falsus, laqueum non operam Deo meo offert, quippè qui mergere nititur , quos ille cupit à naufragio
v. 9. salvos. *Profundè depravati sunt sicut in diebus Collis*. i. e. Contaminati sunt, & deliquerunt simili impudentia , qua olim cives Gabaa Benjamitæ uxorem Levitæ infanda vexatione ad mortem adegerunt, Tribusque provocarunt ad bellum parti utrique funestissimum : seu quando in Gabaa idola fa-
v. 10. bricaverunt. *Quasi uvas in solitudine inveni Israelem , & sicut ficum præcocem vidi patres eorum; & isti ingressi sunt ædem Phegor , & initiati sunt confusioni*. q. d. Quemadmodum uvæ per incultam solitudinem erranti incidunt gratissimæ, ita patres Israelitarum acceptissimi fuere mihi , cum advenæ morarentur inter gentes, inter Amorrhæos & Ægyptios , quos hìc per solitudinem designat. Contrà odi degeneres posteros, qui Phegor inani Deo se manciparunt, & ejus fana frequentant. *Confusionem* nempè vocat
v. 11. idolum omnium turpissimum. *Ephraim quasi avis avolavit gloria eorum a partu & ab utero*. q. d. Et natam prolem auferam, & nascituram in utero extinguam , adultos & cum hominibus conversantes ab hominum consortio avellam. Quoniam Ephraimitæ Jacob Patriarchæ prædictione elati longam & ingentem posteritatem sibi pollicebantur , hanc spem Deus illis adimit denuncians , speratam à sobolis multitudine gloriam, quasi avem avolaturam.

CAP. X. v. 1. *Vitis palmitum Israel*, quæ colonis suis Mosi & Josue qualemcumque fructum refudit . Sed postquàm usque ad mare extendit palmites suos , & in gentem magnam increvit, secundum sobolis suæ multitudinem, ubertatemque suorum agrorum auxit simulacra, & idolorum aras. Decreverunt pactum firmissimum cum vitulis Samariæ, quibus & maximè confidebant, &
v. 4. cultum perpetuò adhibere statuerant. *Germinavit judicium sicut vepres in agro terræ incultæ*. Pœna nocentes obruet, sicut vepres agrum ab inerte colono neglectum . Quin & ipsi peccatores, quo spinæ modo à superveniente agricola evelluntur, & dissipantur, quà ferro , quà servitutis ærumnosæ incommodis absumpti interibunt. *Et dicent montibus operite nos* , terribilem conspectum non sustinentes hostis incumbentis, & servitutem intentantis : & *collibus : cadite super nos*, & velut venumdanda mancipia

cipia nudatos, quæso, nos tegitote. *Ephraim facta est vitula docta trituram*, sed & rapinam. *Et ego equos conscendere feci Ephraim, & ut trituraret Judas, & prædas exigeret Jacob.* Extuli Tribum Ephraim ad regale solium, & opulentia, rerumque copia regibus feci parem, & Judam assurgere jussi ad assequendam justitiam, & Jacob ad diripiendas hostium suorum opes. v. 11.

Sic à me factum scitis; at vos interim *seminate vobis justitiam, & metite ex ore beneficentiæ*; sed quoniam consiliis vestris confiditis & viribus. *Consurget perditio in populo vestro, & omnia oppida vestra diripientur*, quorum nempe præsidiis spes tuas sustentabas, *quasi direptione Salmæ à Bethel*, ob cultum idolorum Bethel citra omnem armorum strepitum: nullo quippè resistente, silebunt arma: *quasi direptione illa Salmanæ principis à domo Jeroboal, qui in die prælii matrem cum filiis ejus alliserunt*, i. e. matrem cum filiis conciderunt. *Sic fecit vobis Bethel à facie malitiæ nequitiarum vestrarum.* i. e. Similem vobis commeruit cladem idolorum Bethel cultus: nec enim leviori supplicio animadvertendum fuit in homines tantorum scelerum reos. v. 12. v. 14. *Jud.* 8. 5. v. 15.

CAP. XI.

MANE obstupuit, & confusus est Rex Israel. Quoniam illuxit salutis dies, qui autem salutem afferat, nullus est, sed pro pace, quam dudum sperare licuit, erupit bellum. *Quia cum puer esset Israel, dilexi eum, & ex Ægypto vocavi eum filium meum, sicut vocaverunt eum* Moyses & Aaron, quibus nihilominùs obsequutus non est. *Sic abierunt à facie mea, & Baal immolaverunt, & sculptilibus incenderunt thura*, Ægyptiorum & Madianitarum Diis. *Et ego portavi Ephraim, & super brachia mea accepi eum.* Hoc dicit, qui filios Israel super alas Aquilarum sustulit, & in solitudinem traduxit. *In funiculis filiorum hominum traxi eos*, quo illorum ditionem ampliavi, & populum honoribus extuli, auxique multiplici sobole, non asperis restibus, quos è pilis caprarum ipsi conficere solent, sed *in vinculis charitatis*, i. e. nec ferreis catenis, sed *desiderio ventris*, quum caritatis convivia celebrare docui in Neomeniis & festis diebus, ut alter alterius prensâ manu in unum convenirent: & quomodo in deserto eos trahere conatus sum, quando carnes appetentibus, *desiderium eorum attuli eis. Infirmabitur gladius in civitate fortitudinis eorum, & comedent consilia sua*, quum venerit tempus, quo afflicti despectique mœrebunt. *Quomodo tibi succurram Ephraim,* v. 1. v. 2. v. 3. v. 4. v. 6. v. 8. *ut Adamæ, vel ut Seboim?* Porrigam ne tibi quoque

quoque manum, ſicut olim pio Davidi, ut jacentem relevem ; vel conſummationem faciam ſicut Adamæ & Seboim impiis civitatibus, quæ funditùs ſubverſæ ſunt? *Converſum eſt cor meum, & commota ſunt viſcera mea, non faciam furorem iræ meæ*, ut te diſperdam, quamvis non immeritam. *Et non convertar, ut diſperdam Ephraim* : ut Tribus Ephraim & Juda penitus exſcindam, ſicut Adamam & Seboim. *Quoniam Deus ego, & non homo, ſanctus in medio tui, non ingrediar civitatem*. Interim nolo in urbem intrare pollutam, ut à ſtatuta captivitate protegam, nec illam modo ſalvam volo, ſed tunc quando *poſt Dominum ambulabunt*, poſt ſolutam captivitatem, & reditum, tunc verò *quaſi leo rugiet*, terrebit voce, manuque potenti conteret adverſarios eorum, etſi viribus confiſi ſuis ejuſmodi minas contemnant. Et iſta quidem definito tempore exequi fixum eſt, intereà *trepidabunt quaſi aves* pars illa Iſraelitarum, qui profugi Ægyptum petent, *& ſicut columba avolantes*, qui ad Samariæ regnum pertinebant, & ab Aſſyriis capti in Aſſyriam migrarunt. *Circumdedit me Ephraim in mendacio*, idem ipſe, quem mea circumdabat veritas, quæcumque enim olim Iſraelitis pollicitus fueram, optimâ fide præſtabam, non etiam illi mihi: *& domus Iſrael & Juda in dolo* habentes me in ore, non item in corde; unde factum eſt, ut homines ſancti & fideles unà cum illis ſub eodem tecto deprehenſi, communem ſubire ſervitutẽ coacti fuerint, & Babylonem migrare, Daniel, Ezechiel, & ſocii.

CAP. XII.

Ephraim pavit ventum, & ſequutus eſt turbinem; ex quo Deos coluit inanes, & vana ſibi finxit numina, *tum fœdus iniit cum Aſſyrio*, pacto tributo pacem deprecatus: *& oleum ferebat in Ægyptum*, Ægyptios ſibi habere cupiens confœderatos. *In utero ſupplantavit fratrem ſuum Jacob*, cum plantam naſcentis Eſau tenuit, & cum adultus matris conſilio & operâ illum antevertit, eidemque decretas à patre benedictiones ſuffuratus eſt. *Et fortitudini Angeli prævaluit*, me luctanti vires ſubminiſtrante. Collata Patriarchis beneficia commemorat, quo oſtendat, eorum nepotes, ideò contraria pati, quod contrariâ via incederent. Ad iſtos quippè pertinent, quæ ſequuntur. *Chanaan in manu ſua ſtatera doloſa, calumniam dilexit*. Hebræos populum calumniatorem & Chananæum appellat, eo quod ſanctarum ſcripturarum ſenſum non æquâ veritatis trutina ponderarent & malè interpretarentur, ex quo tandem eo provecti ſunt, ut Chriſti etiam diſpenſationem & acta

A acta damnarent. *Et ego visionem multiplicavi* v. 10.
& in manu Prophetarum meorum assimilatus sum.
Quia nec per unum Prophetam, neque uno
modo, aut tempore eis Deus loquutus est.
In Galaad & in Galgala vanitati sacrificastis v. 11.
boves, i. e. idolis & simulacris cujusvis for-
mæ. *Altaria vestra sicut stipulæ in agro deserto.*
Quemadmodum neglectæ exarescunt, & in-
tereunt stipulæ in arvis demesso frumento re-
manentes, sic vestra altaria à sacrificorum ve-
B strorum turba deferentur, invadentibus ter-
ras vestras Assyriis, & cum delubris Deorum
vestrorum aras quoque vestras demolienti-
bus. *Fugit Jacob in terram Syriæ, ut serviret* v. 12.
pro uxore, eo quod egenti advenæ nil sup-
peteret, quo illam sibi pro more gentis sibi
desponderet. Sed inopiæ probrum compen-
savit ei Dominus suus, quando dicebat; *redu-*
xi eum cum quatuor turmis, ex Haran vid.
C ad propria revertentem. Nec minore cum
opulentia posteros ejus, deducentibus Pro-
phetis, ex Ægypto traduxit in Chananiti-
dem, agrisque donavit uberrimis: at illi dum
accepta tueri student, de Dei munere sibi la-
queum fecerunt, quo talibus distracti curis ad
peregrinas pariter religiones animum diver-
terent, Deique metum abijcerent. Arcanus
hujus loci sensus admonet eos, qui divinarum
scripturarum intelligentiam assecuti sunt;
D cavendum, ne opera mortua propria filio-
rum terræ, terrena dumtaxat sapientium
ipsorum corda occupent.

CAP. XIII.

L *Oquente Ephraim, tremuit*, i. e. Israel v. 1.
Ephraimitis idololatriam suadentibus
reliquæ Israelitarum Tribus refragari ausæ
non sunt, illorum potentiam metuentes, re-
verentesque Jeroboami maximam post obitũ
Salomonis auctoritatem; huic enim ea re-
E ligionum discordia placebat, quæ si aufer-
retur, videbat omnia ad unius Principis
regimen reditura. Vel alio modo ut sen-
sus sit Israelem Ephraimitis ad defectionem
provocantibus duplici metu affectum fuisse,
& quod Jeroboamum ejus consilii auctorem
offendere nollet, & quod Roboamum fa-
ctam sibi injuriam armis vindicaturum mi-
nimè dubitaret. Adeò, qui homines me-
F tuebant, Dei metus minimè cohibuit, ne
sacrificarent Baalim, i. e. Chananæorum
Deos colerent, deindè *vitulos* opus ar-
tificis ex Ægyptiorum disciplina *adora-*
rent. *Et dicebant eis immolantes homines*, vel v. 2.
isti Chananæi erant, qui humanas victimas
patriis Diis offerre assueti Israelitas inceffe-
bant, quod cum Abrahæ filii dici vellent,
vitulis nihilominùs libarent: vel ipsi Israe-
litæ idolo Moloch ejusmodi hostias immo-
lare soliti ea appellatione traducebantur à

genti-

gentibus in ipsorum ditione, vel circa illam habitantibus. *Ego sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti, & pavi te in deserto, in terra deserta absque habitatore.* Verumtamen etsi ex Ægypto revertenti viam muniverim, *ocurram quasi ursa discerpens*, extimulante fame appetens prædam, petenti Assyriam. *Et perforabo velamentum cordis eorum.* Cogitationes cordis tui vanas fuisse, & futilem spem contrario effectu ostendam. *Ubi est Rex tuus?* Quem à me postulasti, eo quod pigebat Samueli parere: dedique tibi regem Saulem in furore meo, quod ambitionem Principum Juda & Ephraim castigare volebam. *Mox in ira mea illum sustuli*, eo quod sacerdotes trucidasset, & Davidem persequeretur, atque hariolos, & non Dominum consuleret. *Colligata est iniquitas Ephraim, & absconditum est peccatum ejus.* Istud scilicet ipse sibi persuasit ignarus futuri, quando magno & insigni supplicio occultum ejus crimen patefiet. *De manu Inferi liberabo eos, de Babylone reducam eos, & de morte redimam eos* à Babyloniis intentata. *Ubi est victoria tua, Mors? Ubi est stimulus tuus, Inferne? Consolatio abscondita est ab oculis meis; veniet Oriens, & siccabit fontem ejus.* Pro expositione hujus loci sufficere puto divini Pauli testimonium prædicentis: Hæc in fine temporum complenda, quando veniet Oriens spiritus Domini ab ortu Solis, & venientem sequetur cum terribili pompa Cœlitum agmen; ipse dissipabit mortis venas, & fontes ejus siccabit, inditâ mortuorum corporibus immortalitate.

v. 4.
v. 8.
v. 10.
v. 11.
v. 12.
v. 14.
v. 15.

CAP. XIV.

Condemnabitur Samaria, quia ad amaritudinem concitavit Deum suum. Hæc vel Prophetarum more prædicit, vel Justorum zelo & divini honoris studio optat, & imprecatur, eo planè affectu, quo Elias huic ipsi populo peccanti, peccati pœnam prædixit & intulit. *Tollite super vos verba mea*, verba compunctionis. *Et sanabo pœnitentiam eorum*: i. e. pœnitentiam agentes sanabo. *Et diligam vota eorum*, i. e. post reditum: *& avertam meum furorem ab eis, & germinabunt rami ejus*: i. e. similes erunt olivæ decoræ fructibus: *& sedebunt in umbra ejus*, i. e. in umbra Domini. *Et dicet Ephraim: quid mihi ultra idola? Ego humiliavi eum, & ego glorificabo eum, quasi pharetram refertam.* Victorias designat jaculis ab eodem reportandas. *Quis sapiens est, & intelliget?* rectas esse vias Domini: *& Justi ambulabunt in eis*, i. e. Ezechiæ populus, qui istis reprehensionibus profecit, & correctus est. *Et prævaricatores offendent in eis*, Ephraimitæ in viis Domini. Ideò in captivitatem ducentur, quia moniti monentes Prophetas aspernantur.

v. 1.
v. 2.
v. 5.
v. 7.
v. 8.
v. 9.
v. 10.

ܠܝܘܐܠ ܕܗܘܐ

ܒܪ ܦܬܘܐܝܠ ܐܡܪ

ܗܘ ܕܗܘܐ ܡܛܠ ܡܠܬܐ ܕܡܛܐ ܥܠ ܒܝܬ ܐܝܣܪܝܠ

ܒܝܘܡ ܪܓܙܐ ܕܐܬܪܥܫ ܒܝܬ ܐܝܣܪܝܠ ܒܝܘܡ ܪܓܙܐ ܕܐܬܪܥܫ ܒܝܬ ܐܝܣܪܝܠ

ܠܝܘܐܠ ܒܪ ܦܬܘܐܝܠ ܐܡܪ ܗܘ ܕܗܘܐ ܡܛܠ ܡܠܬܐ ܕܡܛܐ ܥܠ ܒܝܬ ܐܝܣܪܝܠ

ܫܡܥܘ ܗܕܐ ܩܫܝܫܐ ܘܐܨܝܚܘ ܟܠ ܝܬܒܝ ܐܪܥܐ ܗܠ ܗܘܬ ܒܝܘܡ ܟܢܐ ܐܘ ܒܝܘܡ ܐܒܗܬܟ ܐܘ ܒܢܝܟ ܗܠ ܐܝܬ ܒܝܘܡ ܟܢ ܐܘ ܒܝܘܡ ܐܒܗܬ ܒܢܝܟ ܐܘ ܒܢܝ ܒܢܝܗܘܢ ܐܘ ܒܢܝ ܒܢܝ ܒܢܝܗܘܢ ܕܪ ܕܪ ܕܒܐ ܕܓܙܡ ܐܟܠ ܝܬܪܐ ܕܓܙܡ ܐܟܠ ܝܬܪܐ ܕܝܠܩ ܐܟܠ ܝܬܪܐ ܕܝܠܩ ܐܟܠ ܝܬܪܐ ܕܚܣܡ ܐܟܠ ܝܬܪܐ ܕܚܣܡ ܐܟܠ ܝܬܪ

ne veniunt Judæi & idololatræ, aliæque promiſcuè nationes, quæ Chriſti Evangelium repulere, undè pleno velut horreo haurire licuiſſet vitam, gaudium, pacem, & ſpem bonam; ſed propriæ voluntatis ductum ſequutæ, tenebras exteriores, & immortalem vermem, fletum & ſtridorem dentium incurrerunt. Similiter pomifera arbor hoc loco lignum Vitæ Crucem ſanctam repræſentat, quæ humano generi in-
Supr. 6. 7. corruptionis fructum protulit. *Populus aſcendit in terram meam*, populus Aſſyriorum: *vitem meam devaſtavit, & ficulneam meam conſcidit. Vitis* Synagogam, *ficulnea* omnem humanam naturam deſignat, & utramque Diabolo in paradiſo intrante, & Adamum in eo poſitum ſeducente corru-
v. 17. ptam. *Jejunaverunt juvencæ ſuper præſepia ſua, vaſtata ſunt horrea, diſſipata ſunt torcularia.* Famem deſcribit graviſſimam, quâ graſſante, quum decimæ & oblationes, ſacerdotum cenſus defeciſſent, ſubdit *ſimilam & libationem pariter interiiſſe de domo Dei.* Similam interiiſſe dicens ſignificat morum candorem uſquequàque ſublatum, dumque addit *libationem liquidorum ceſſaſſe*, oſtendit compunctionis lacrymas deficiente clara
v. 18. boni malique notitia, exaruiſſe. *Perierunt greges*, terra nullum ſubminiſtrante paſtum; *ingemiſcunt jumenta, & flent armenta bou*, conſumpto vetere fœno, & novum agro negante ſterili. Id porrò accidit Judæis circa finem regni Sedeciæ Chaldæis Jeroſolymam obſidentibus, & omnia circum loca devaſtantibus. Vel utrique Iſraelitarum populo Ezechiæ tempore, Aſſyriis utramque ditionem demolientibus, Salmanaſare, poſt etiam Sennacheribo Ducibus, quorum alter Samariæ regnum evertit, alter Judæam vehementer a[illegible]ixit. Myſticè: Gemitus armentorum omnem creaturam ingemiſcentem deſignat, & expectantem revelationem filiorum Dei, in præſenti enim, ut
Rom. 8. 19. divinus Paulus ait, *ſubjecta eſt vanitati non volens*. Item fames, quam indicato vinitorum ululatu, & ſacerdotum planctu, & pecorum interitu Propheta magnam fuiſſe declarat, illam repræſentat longè majorem quæ univerſum genus humanum ante Chriſti adventum inopiâ cœleſtis panis vexavit, & Evangelii promulgatione tandem ſedata fuit.

CAP. II.
v. 1.
v. 3.

C *Langite tuba in Sion*. Vocate ad pœnitentiam populum peccatorem. *Quaſi hortus voluptatis terra ante eum*, i. e. Regem Aſſyriorum, quo abſente, terra Juda paradiſi ſpeciem referebat, eodem præſente in ſolitudinem, & vaſtitatem redacta eſt.

A est. *Et non est, qui effugiat eum.* Hoc scilicet de se prædicabat ille Assyriorum rex, qui dicebat: *Numquid liberaverunt Dii gentium, unusquisque terram suam de manibus meis? A facie ejus commovebuntur populi* Ægyptii, Æthiopes, hisque confines populi. v. 3. *Et omnes vultus denigrabuntur ad modum ollæ.* Judæorum populus, & populus Gentilis Assyriorum conspectu perculsi ollæ colorem induent; quo metus magnus significatur. Eâdem locutione & in eodem sensu utuntur Esajas, & Nahum. *Non declinabunt à semitis suis.* Assyriorum vim & audaciam significat: quòd timidorum sit retrocedere, aut à cœpto tramite divertere. *Et per fenestras intrabunt quasi fures.* Vel istud illi sibi arrogabant, vel ad speciem minabantur, aut certè fecerunt in expugnatione munitissimarum urbium, ubi necesse fuit, eo quod alius non daretur aditus. *Sol & Luna obtenebrati sunt, & occidit lux stellarum*, in captivitate & exilio, quas calamitates subire coacti sunt populi utriusque Judæi, & Gentilis, reges & principes, Solis & Lunæ, atque stellarum symbolo designati. *Dominus dedit vocem suam ante faciem exercitus sui.* Ista namque mala per Prophetas suos prænunciavit, antequam exequeretur, si fortè peccatores pœnitentiam agerent, & evaderent pœnam. *Quia multa nimis sunt castra ejus.* Talia utique fuerunt Assyriorum, quibus Deus ad castigandam populi sui contumaciam utebatur. *Ei scindite corda vestra, & non vestimenta vestra.* Et vero si Ezechias rex, & Esajas Propheta, & Eliacim sacerdos cum suis collegis saccos induerunt, credibile est, viros etiam nobiles complures, & multum populi vulgus vestes mutasse. *Quis scit si ignoscat, & relinquat post se benedictionem*, reliquias de mensa sua, quodquod famis remedium. *Congregate senes, & sugentes ubera.* Hortatur ut Ninivitarum sequantur exemplum, & exigant ab infantibus, & senibus, & armentis mœstitiam & jejunium. *Inter vestibulum & altare plorabunt sacerdotes.* Aliam etiam causam suprà indicavit, *quia sacrificium & libatio interiit de domo Dei. Nè des hæreditatem tuam in opprobrium gentium.* Illud idem, quod Rabsaces ex sensu regis sui Judæis minabatur: *Quis est Dominus, qui eruat Jerusalem de manibus meis? Et zelatus est Dominus terram suam*, quæ ab incircumcisis proculcabatur. *Et propitiatus est populo suo*; vel qui ab Assyriis captus fuerat, vel intra mœnia Jerosolymæ clausus laborabat. *Ecce ego mitto vobis frumentum ut comedatis.* Afflictos relevat magnam rerum ad victum necessariarum copiam pro-

mittens, eandemque ad biennium, & quidem citra laborem ex granis ſponte decidentibus, & peracta meſſe remanentibus in eo agro, qui ipſis peccantibus fuerat
v. 20. maledictioni ſubjectus. *Et eum, qui ab Aquilone eſt, procul faciam à vobis*, i. e. Aſſyriorum regem. *Et exhalabitur fœtor à putredine ejus, & aſcendet nidor ejus*, cæſi per Angelum exercitus Aſſyriorum, deindè ipſius regis poſt paulò perituri, *quia elevavit ſe ad faciendum bellum adverſus virtutem Sancti in urbe Jeruſalem habitantis*. Cœlo quippè demiſſus Angelus ejus milites trucidabit; indè ſequetur cadaverum fœtor, quippè quæ præ multitudine, nec omnia à feris diſcerpi, nec ab hominibus humari
v. 24. potuerunt. *Et replebuntur areæ frumento*: benedictionem areæ veſtræ accipient, quæ maledictioni hactenùs ſubditæ fuerant. *Et redundabunt pariter torcularia vino & oleo*. Magnam frumenti, vini, & olei copiam pollicetur Deus Judæis, tunc exhibendam, quum placatus illorum hoſtes Aſſyrios diſſipaverit. Arcanam hic locus habet ſignificationem, undè intelligas: quæcumque hìc promittuntur Judæis bona, Chriſtum contuliſſe populo, cui ſalutem contulerat, ſuæ vid. Eccleſiæ, frumentum, inquam, vinum, & myſticum oleum, frumentum, quod eſt myſterium Corporis ipſius ſanctiſſimi, & ſanctificantem ſanguinem ſuum in vino, oleum quoque ad ſuaviſſimum unguentum, quo baptiſmo jam initiati obſignantur, & induunt Sancti Spiritus armaturam.
v. 28. *Effundam ſpiritum meum ſuper omnem carnem*, i. e. ſuper univerſum populum regis Ezechiæ, quo prænoſcant futuram Sennacheribi cladem, ſibique paratam à Deo ſalutem, & utroque adumbratam typo, dandam per Dominum noſtrum gratiam, tunc quando per Spiritum Sanctum, qui ſuper Dei ſervos & ancillas effundetur,
v. 30. 31. à Diaboli ſervitute liberabuntur. *Et faciam prodigia in Cœlo, & in terra, ſanguinem, & ignem, & vaporem fumi, & Sol convertetur in tenebras, & Luna in ſanguinem, antequam adveniat dies Domini magnus & horribilis*. Et hæc quidem ex parte fient in diebus Ezechiæ, & denuò iterabuntur in diebus Sedeciæ, & in diebus Gog, perfectè verò abſolutèque complebuntur in priori atque in poſteriori Domini adventu.
v. 32. *Quia in Jeruſalem erit ſalvatio*: terras noſtras invadente Gog ſimili exitu, quo anteà Sennacheribus Aſſyrius.

CAP. III. *Congregabo omnes gentes*, i. e. Agmina
v. 2. Gog, *& deducam eas in vallem Joſaphat*, quod interpretare, Deus Judicii: *quia*
v. 3. *dede-*

A *dederunt pueros pro mercede proſtibuli, & puellam vendiderunt pro vino, & biberunt.* Adeòque tanquam nihilum æſtimatæ ſunt animæ filiorum hominum. *Quid reputamini mihi Tyrus, & Sidon, & omnis circulus Philiſthinorum?* At non iſtuc fecerunt vobis filii Iſrael, ſiccine etiam populum meum ſine miſericordia procul abigitis, & projicitis à finibus ſuis, *venundantes eos filiis Græcorum?* Iſtud porrò contigit in diebus Zorobabel, & annis ſequentibus, quibus Judæorum Reſpublica à gentibus vehementer peſſundata eſt. Græcorum autem filios appellat vicinarum inſularum habitatores, qui Tyriorum, & Sidoniorum, Paleſtinorumque portus negociationis causâ frequentabant. *Ecce ego expergefaciam eos de loco, in quo vendidiſtis eos.* Quandoquidem tota hujus ſectionis prophetia ad ſecundum Chriſti adventum uſquequaque pertinet; ad illud pariter tempus conferenda eſt, quæ hic promittitur expergefactio dormientium, i. e. beata Sanctorum reſurrectio, & quæ de impiorum punitione attexuntur. *Prædicate hoc in gentibus, ſanctificate bellum.* i. e. Veſtris ſociis gentes iſtùc miſſo præcone edicite, & coitione facta adproperate bellum, quod adverſus populum meum hactenùs coquiſtis. *Venite omnes gentes de circuitu, & appropinquate; ibi confringet Dominus fortitudinem veſtram.* Hoc loco Ducibus & Bellatoribus populi Gog bellum indicit, ſimul denunciat ſupplicium, prædicens in eadem acie teterrima clade divinitùs profligandos. *Mittite falces, quia maturavit vindemia:* quoniam hæc gentium opulentia lætiſſimam vobis parat vindemiam. *Ingredimini, & calcate, quia pleni ſunt lacus, & exuberant torcularia.* i. e. Inimicos veſtros profligabitis, & eorum opes diripietis vos, Judæi. *Fremitus tumultus in valle conciſionum*, quia indultum tempus patientiæ & longanimitatis finitum eſt, jamque certum eſt, eos in eodem loco concidere. *Sol & Luna obtenebrati ſunt, & occidit lux ſtellarum.* i. e. Caligaverunt ratio & mens, & obtenebrarunt præſente Domino: *& lux ſtellarum occidit.* i. e. Irradiatio illa per pias cogitationes fieri ſolita, quæ adinſtar ſplendentiſſimi ſideris iter ad cœleſtia monſtrabat, contracta eſt, ubi incubuit nox, quam ſibi animus ipſe facit. *Dominus de Sion rugiet* adverſus Aſſyrios. *Et commovebuntur Cœlum, & terra.* Adverſus eoſdem Mundus conſpirabit univerſus. *Et Dominus propitius erit populo ſuo*, ut adverſarios diſſipet. *Et erit Jeruſalem ſancta & alieni non ingredientur in eam.* Non movebunt gentes ad eam oppugnandam. *In illa*

v. 4. v. 9. v. 7. v. 9. v. 11. v. 13. v. 14. v. 15. v. 16. v. 17. v. 18.

illa die stillabunt montes dulcedinem, jucundissimam pacem, & suavissimorum fructuum copiam. Rursùs in proprio & vero sensu montes stillantes dulcedinem dicit Apostolos, & divina suavitate plenam illorum doctrinam. Ita *colles* Prophetas designant *lacte fluentes*, divinorum scilicet arcanorum puros latices offerentes. Item novos populi rectores, mitissimi regiminis specie Moysen & Samuelem referentes. Prætereà sacerdotium, quod populum universum suis asperssionibus purificat. *Vitis & ficus dedere dulcedinem suam*. i. e. Apostoli divinos calcarunt botros suos, & Prophetæ mysticum saporem suum prodiderunt. *Riui fluent aquis*. Ecclesiasticos Doctores rivos appellat, ferentes spiritualem doctrinam perenni fluxu. *Et fons de domo Dei egredietur, & irrigabit torrentem Setim*. Quia sicut torrens Setim subjectus est fonti, cujus influxu ipse fluit, ita homines velut in campum mundum, & humilem mutati aquas è domo Dei defluentes accipient, i. e. legem indidem exituram amplectentur, sicut scriptum est: *De Sion exibit Lex*. Iterùm fons egrediens de domo Dei sancti baptismatis fontem designat, diciturque fons vitæ, eo quod sit lavacrum regenerationis, filiorum sanctæ Ecclesiæ peccata detergens.

℣. 19. *Ægyptus in desolatione erit*, illud scilicet regnum, quod vos multiplici labore vexavit. Mysticè populi sancti persecutorum potentiam casuram significat, & opes dissipandas. *Et Idumæa in vastam solitudinem*, in desertam eremum hominibus ferisque vacuam, quia dixerunt Idumæi: *Revelate revelate usque ad fundamenta ejus*, i. e. urbem Jerusalem. *Judæa in sæculum habitabitur*, quoniam ad septuaginta annos mansit à suis habitatoribus deserta. *Requiram sanguinem eorum ab iis, qui illum fuderunt*, & qui fundentibus applausérunt. *Et Dominus commorabitur in Sion*, suumque repetet tabernaculum. Hoc idem Moses in suo cantico prædixerat.

ܡܢ ܒܬ ܥܡܘܗܝ ܕܐܡܘܨ ܕܗܘ ܒܚܕ ܡܢ ܒܩܥܝ ܕܬܩܘܥ ܐܬܪ ܗܘ ܚܙܐ ܥܠ ܐܘܪܫܠܡ ܒܝܘܡܝ ܥܘܙܝܐ ܡܠܟܐ ܕܝܗܘܕܐ ܘܒܝܘܡܝ ܝܪܒܥܡ ܒܪ ܝܘܐܫ ܡܠܟܐ ܕܐܝܣܪܐܝܠ ܩܕܡ ܕܐܬܪܓܫ ܒܪ ܥܡ ܕܐܝܣܪܐܝܠ ܒܝܘܡܝ ܬܪܝܢ ܪܓܙܐ ܕܐܪܥܐ ܘܐܡܪ ܝܗ ܡܢ ܨܗܝܘܢ ܢܓܥ ܘܡܢ ܐܘܪܫܠܡ ܢܬܠ ܩܠܗ ܘܐܒܠܘ ܢܘܗ ܪܥܝܐ ܘܝܒܫ ܪܫ ܟܪܡܠ ܘܐܒܠ ܐܬܪ ܗܘ ܚܙܐ ܥܠ ܐܝܣܪܐܝܠ

vorum ſuorum ulciſcetur, & vindictam retribuet in hoſtes eorum. Quamquàm & aliæ quatuor præter dictas, rationes Prophetæ occurrebant. Prima impiarum gentium Divinos confundere volebat, qui de ejuſmodi calamitatibus eſto jam imminentibus populares ſuos præmonere nequiverant. Secunda, quo oſtenderet illas non ſine cauſa vapulare. Tertia, quo eaſdem futurorum prænotione malorum ſalutari metu percelleret, ſi fortè reſipiſcerent, & pœnitentiâ pœnam præverterent. Quarta, ut Prophetæ, eo quo Moſes Spiritu afflati vicinis populis ſignificarent, quod Deus ſuis, ſuique populi hoſtibus fuerat comminatus pœnam. Illa autem verba, quibus Moſes ejuſmodi comminationes concludere ſolet, *ad tertiam & quartam generationem*, ſignificant pœnam impiis parentibus ibi intentatam ad nepotes & poſteros manaturam eodem vid. ſenſu, quo hoc loco Amos indefinitum ſcelerum numerum definito numero trium & quatuor expreſſit. *Et mittam ignem in domum Azael.* Nempè quia multis Syria Azaele regnante beneficiis affecta fuerat, nec tamen ullam referendæ gratiæ curam ſuſceperat; ideò decrevit Deus eandem ad priorem ſervitutem reducere. *Mittam*, inquit, *ignem in domum Azael, & devorabit arces filii Adad.* i. e. Aſſyrium adverſus Azaelis poſteros concitabo in diebus Sargon regis Aſſyriæ, & ædificia ejus diruet. *Et conteram vectes Damaſci, & diſperdam habitatorem de Campo Aven.* Planitiem Damaſco ſubjectam ſignificat, idolorum fanis celebrem, & *tenentem Sceptrum de domo voluptatis* ipſam Damaſcenorum urbem, & agrum ob eximiam amœnitatem, opulentiam, & ubertatem deliciarum ſedem appellat. *Et captivus ducetur populus Aram in Kir, dicit Dominus*, ab Aſſiyriis in loca ſuis ſubjecta regibus. *Super tribus ſceleribus Gazæ & ſuper quatuor non avertam manum meam ab eis*, quouſque Philiſtinorum excidium conſumem. *Eo quod abduxerunt captivitatem perfectam, ut eam traderent Idumeæ*; Philiſthæos Syris adjungit, quia illis regnum Achaz invadentibus ſe Socios addiderant, ſic ut ſimul Syri ab Ortu, ſimul Philiſthæi ab occaſu Judæam adorirentur. *Super tribus ſceleribus Tyri & ſuper quatuor non avertam ab eis, eo quod tradiderint captivitatem perfectam Idumeæ; & non ſunt recordati fœderis fraternitatis*, quod Davidis poſteri cum Hiramo Tyriorum Rege aliàs pepigerant. *Mittam Ignem in vias Tyri* Babyloniorum Regem Nabuchodonoſorem. *Et diſperdet Turres ejus.* Hoc idem repetit Ezechiel. *Super tribus ſceleribus Edom, & ſuper qua-*

v. 4.

v. 5.

v. 6.

v. 9.

v. 10.

A *quatuor non avertam ab eo, eo quod perse-* v. 11.
quutus est in gladio fratrem tuum, & viola-
vit misericordias ejus, & tenuerit in sæculum
furorem suum, & odium suum tenuerit in sæ-
cula. Vides gentiles populos captivorum
Israelitarum turbam Idumæos tradidisse,
sive ut eos perquam acerbe tractarent, sive
quia Hebræa mancipia Idumæi cariore pre-
tio emerent, non ut fratres redimerent,
sed ut filios patrui sui duriori adhuc jugo
B subjicerent. Ostendit autem Propheta istud
negotium eo animo fuisse transactum, dum
ait Idumæos fratrem suum persequutos fuis-
se bello, & odio. *Mittam ignem in The-* v. 12.
man, & devorabit ædes Bosræ, eosdem vid.
Assyrios & Chaldæos, quos ideo ignem
appellat, quod ad interitum & internecio-
nem usque sævirent. Theman & Bosra duæ
sunt Idumæorum Urbes celeberrimæ. *Super*
tribus sceleribus filiorum Ammon, & super
C *quarto non avertam ab eis, eo quod dissecue-*
rint prægnantes Galaad. Ab Idumæis ad Am-
monitas transit, eosque à Chaldæis pari-
ter excindendos prædicit, eo quod Syrorum
immanitatem sequuti per mulierum præ-
gnantium viscera ferrum exegerint. *Et*
mittam ignem in Vicos Rabbath & devorabit
ædes ejus in clamore, in die belli. i. e. in
vociferatione populorum præliantium, &
D *in die caliginis*, i. e. mœstitiæ & lu-
ctus, quum adinstar atræ caliginis capti-
vitas opprimet inopinos. *Et abibit Mel-*
chom in captivitatem. Ammonitarum is erat
Deus. *Et Sacerdos ejus, & Principes simul:*
dicit Dominus.

CAP. II.

E HÆC *dicit Dominus: super tribus sceleri-* v. 1.
bus Moab &c. Ammonitis confines
succedunt Moabitæ, quos Propheta pariter
excindendos prædicit ab Assyrijs, & Chal-
dæis, eo quod populus idolorum cultui alio-
quin addictissimus, *incenderit ossibus Regis*
Edom. i. e. incensum & holocausta obtu-
lerit lipsanis Regis Edom; simulacro vid.
quod ex insignis cujuspiam Idumæorum re-
gis cineribus Moabitarum populus finxit,
fecitque sibi Deum. Sic per eam, quam
F impii hominis cinerum suscepit curam, re-
surrectionem mortuorum visus est mortali-
bus nunciare voluisse. *Mittam ignem in Mo-* v. 3.
ab, & devorabit ædificia Carioth propter eos,
quibus hæsere, Deos. Carioth inter præ-
cipuas Moabitarum urbes recensetur etiam
Jeremias. *Super tribus sceleribus Judæ, &* v. 4.
super quatuor &c: eo quod abjecerit legem Do-
mini. i. e. Nec populum Juda impunitum
dimittam, eo quod legem Domini contem-
pserit, vanaque sui capitis commenta illi

v. 6. prætulerit. *Pro eo quod vendiderit juſtum pro argento*, i. e. Nec Iſraeli parcam, eo quod nec ipſe juſto pepercerit. Juſti argento venundati, Domini Noſtri Myſterium expreſſerunt, quem triginta argenteis emptum Judæorum Pontifices gentibus tradiderunt. Nam etſi naturæ violaverint jura, nec meis legibus paruerint, quin & pro illarum obſervantia inſiſtentes Prophetas necaverint, tria hæc tamen ſcelera quidem ipſis condonare paratus eram. Nunc vero pro eo, quod Dominum argento emerint, & tradiderint occidendum, jam non avertam ab eis

v. 7. manum meam, & *pauperes pro calceis, quibus terunt pulverem terræ*. Senſus eſt, vel quod ipſi pauperes fame & nuditate preſſi, dum potentiorum famulatui ſponte ſua ſe ſubijciunt, quaſi legitima mancipia ab illis diſtrahebantur; vel quod, ſicut à Tyriis & Sidoniis pueri pro mercede ſcorto ſolvenda, & comparando vino vendebantur, ſic ab Hebræis Hebræi egentes concives ſui pro calceis venundati dicuntur, i. e. cuilibet emptori viliſſimo pretio offerebantur; tale vid. eſt pretium quo calcei venire ſolent, ac talis uſus, ad calcandum ſcilicet terræ pulverem. Atqui, ſi pro comparandis calceis pauperes vendebant, multo magis calceis ſuis pauperes ſpoliabant, ſicubi bene calceatos reperirent. *Et viam inopum declinaverunt*, ſive cogentes alias capere cogitationes & conſilia, ſive impedientes, quominus ea quæ cogitaverant, & volebant, liberè exequerentur. *Et vir & pater ejus ibant ad meretricem*, conceſſa nimirum diei ſeptimæ vacatione impie abutentes, poſtribula frequentabant. Sive, quum in cunctis oppidis idolorum fana ædificaſſent, templi cuſtodes fecerant feminas, quas volebant commiſſæ ædis negotium agere ſui corporis quæſtu. Hinc porro fiebat, ut pater & filius ad ea delubra venientes illorum ſpecie ad flagitium traherentur. *Et ſuper veſtes ſtringebant funiculos ad omne altare*, explicantes pallia & paxillis juxta altare, vel ipſi altari illigantes, meretricibus thalamos excitabant, quo liberius libidini & ebrietati vacarent. *Et vinum vetus bibebant*, in æde Deorum, commiſſa curæ talium feminarum, quas habere volebant unà ſecum convivantes. *Ego autem exterminavi Amorrhæum à facie eorum, cujus altitudo Cedrorum, altitudo ejus, & fortis ipſe quaſi quercus, & contrivi fructum ejus deſuper, & radices ejus ſubter*. Periit Amorrhæus, ejuſque ſimul periere reliquiæ. Utitur hac ſimilitudine etiam Beatus David.

Pſ. 36. 35. *Vidi impium ſuperexaltatum & elevatum ſicut quercus ſaltus & tranſivi, & ecce non erat, & quæ-*

A *& quæsivi eum, & non est inventus locus ejus.* v. 10.
Duxi vos in Deserto quadraginta annis, per vastam solitudinem vobis iter facientibus, cibum & potum suppeditavi; insuper & ab æstu protexi, dedique vobis omnes Amorrheæ terræ opes & delicias. *Et suscitavi de* v. 11.
filiis vestris Prophetas, qui inimicarum gentium ruinam prædicerent. *Et de juvenibus vestris Nazaræos*, puta Samsonem, qui vestras injurias vindicarent. *Ecce ego premam* v. 13.
B *vos, sicut premitur plaustrum aristis plenum.* Sicut plaustrum nimio pondere gravatum stridet, ita vos vociferabitis hostibus à tergo prementibus, & sicut aristæ in aream conjectæ trituram non effugiunt, ita nemo vestrum vindictam evadet, non pedum pernicitate celer, non fortis lacertorum robore.

CAP. III.
C *Omede ibi panem, & prophetabis ibi.* Hæc ut infra habetur, dicebat Amasias Prophetæ insistens, ut in Judæam se v. 1.
reciperet, ibique prophetaret, & victum ex officio quærere pergeret; quasi verò is prophetiæ obtentu ventris negotium ageret. Hanc refellit calumniam Propheta, dum subdit: *Numquid ambulabunt duo pariter in* v. 3.
via, nisi convenerit eis. q. d. Si fieri nequit ut uno parique passu duo homines perpetuò simul incedant, quin una aliqua causa ambos ad ejusmodi coitionem impel-
D lat. Quì ergo factum putes, ut ego, & Oseas, atque Esajas, aliique non pauci idem omnes vaticinaremur, si non Dei verbum nos in unam convenire sententiam cogeret? Quandoquidem perspicitis, quod tametsi non uno in loco simul versemur, uni nihilominus operi omnes constanter insistimus. *Numquid rugiet Leo in sylva, dum* v. 4.
E *nulla adest præda?* i. e. Neque Leo rugiet nulla præsente præda. Quare nec Deus loquetur, nisi dictis facta respondere decreverit. Repetit dictum supra: *Dominus de Sion rugiet*, quod ad vaticinia Esajæ ibidem in urbe Jerosolyma dicta referendum est. *Numquid clanget tuba in civitate, &* v. 6.
civitas non expavescet? aut numquid erit malum in civitate, quod Deus non fecerit? Discant ergo Civitatem nullum hactenus pertulisse damnum, quod Prophetæ non multo ante prædixerint, desinant proindè Deo
F obtrectare Impii dicentes, malum quod talem locum oppressit, quisnam Prophetarum futurum prænuntiavit? *Malum* autem hìc dicit bella, captivitates, & plagas varias, atque diversas calamitates. *Leo ru-* v. 8.
giet, quis non timebit? Quum Deus per Prophetas iniquis tanta mala intentet & minitetur, vos nihilominus immoti in proposito persistitis. *Clangunt tubæ*, & viros ad arma

vocant undique, nec ideò vos trepidatis. *Dominus Dominantium loquitur, quis non prophetabit?* q. d. Quomodo secreta occultare possumus, quæ Deus hoc ipso, quod nobis patere voluit, eadem propalare docuit. Quod si putatis, Prophetas ex proprio sensu mala vobis vaticinari certè pati debetis, eos nunciare, quæ Dei voluntati consona esse non ignoratis. *Auditum facite in ædibus*
v. 9. *Azoti, & in ædibus terræ Ægypti, & dicite congregamini omnes super montes Samariæ. Audite, & contestamini in domo Jacob.* q. d. Testes appello ædes contra ædes, loquantur Azotiorum, & Ægyptiorum domus utrum vestræ, o Israelitæ, suis sint similes ædes, plenæ rapinis: hac certè nequitia utuntur passim Israelitæ ad coacervandas sibi ex pauperum oppressione divitias, assueti proprias
v. 11. istorum spoliis implere domos. *Tribulatio obsidebit terram* ad castigandam incolarum luxuriam. *Et diripient alieni ædes vestras*, quas opplevere spolia fratrum vestrorum.
v. 12. *Quomodo si eruat pastor de ore leonis duo crura, aut extremum auriculæ, sic eruentur filii Israel, qui in Samaria commorantur.* Ad hanc paucitatem *in baculo subito* contrahetur habitatorum Samariæ frequentia, postquàm vos sustulerit virga Assyriorum, quæ vos nec opinantes propediem cædere inci-
v. 14. piet. *Et visitabo super aras Bethel, & amputabuntur cornua altaris.* Celeberrimi vitulorum Bethel, quæ nimirum vos hostiarum cruore soletis imbuere, rati vestram spem & salutem in eorum cultu consistere.
v. 15. *Et perdam domum hyemalem cum domo æstiva*, quas ad vestram luxuriam & delicias ædificastis. *Et peribunt domus eburneæ.* Domum innuit, quam Achab eburneam eis struxisse narrant libri Regum; sive intelligit domos supellectile instructas eburnea putà lectis, & reclinatoriis ex ebore.

CAP. IV. *AUdite verbum Domini juvencæ Basan,*
v. 1. i. e. vaccæ saginatæ & pingues. Israelitidas feminas designant, vel quia à Basan provincia idololatris frequente ducebant originem; sive insignem ipsarum impudentiam in vaccis Basan expressit ob notam
v. 3. istarum ferociam. *Projiciemini in montes Armon*, vos qui in domibus eburneis habitabatis in editissimorum montium juga, stabula ferarum abigemini. Montes Armeniorum intelligit. *Afferte mane victimas vestras*
v. 4. *& tribus diebus decimas vestras.* q. d. Religionem nil profuturam suscipitis erga Deos
v. 6. ad ferendam vobis opem impotentes. *Undè ego dabo vobis stuporem dentium &c.*, quia comedistis bona, nec horum largitori ullam habuistis gratiam, ut quod minimum est,

A est, ejus saltem benefacta laudaretis. *Prohibui a vobis imbrem, cum adhuc tres menses supereſſent usque ad messem*, quo trimestri siccitate triduanam illam decimarum oblationem castigarem. Hoc dicit qui potest plectere nocentes. *Misi in vos mortem in via Ægypti, & occidi in gladio juvenes vestros, usque ad captivitatem equorum vestrorum.* Responderunt Israelitæ: *Si auferantur equi, super veloces ascendemus*, i. e. vehemur Camelis, quos ob nimiam velocitatem *Dromadas* vocant. Interim Propheta ex præteritis futura præsagiens, denuntiat simili, quâ patres eorum ipsos pariter severitate puniendos, donec unà cum rebus suis procul à patrio solo abjiciantur. *Et ascendere feci fœtorem putredinis vestræ in ora vestra.* Indicat sepulcra concupiscentiæ & Israelitarum in deserto stragem. Indè minatur simili fœtore ipsos in Ægyptum profugientes afflatum iri putrescentibus in eadem solitudine sociorum cadaveribus. *Faciens auroram caliginem.* Sensus est: exhortor te Israel, ut ad pœnitentiam te præpares, quoniam, qui ventos creat, & jubet aliàs flare, aliàs subsidere, tremefacit montes, cum jubet, hominique manifestat laudem suam; idem iste Deus, nisi pœnitentiam egeris, auroram tibi in atram caliginem convertet, *gradiens super summitatem terræ*, i. e. super humum terræ, summa perindè atque ima calcans, *Dominus potens nomen ejus.* Quod hìc comminatur malum, intulit Deus Judæis Christo nascente, & adinstar Luciferi Mundo referente diem, siquidem in teterrimam caliginem ipsi sibi auroram verterunt, ne Christum agnoscerent, quod maximum illorum supplicium fuit. Idem est *gradiens super summitatem terræ Dominus potens nomen ejus*, nam cum sit rerum omnium arbiter cuncta suis nutibus habens subjecta, non ideò in imis ambulare dedignabitur, ut inopem populum gentium de terra suscitet, & dejectis loco Judæis, collocet eum cum principibus populi sui cum Abraham, & Isaac, & Jacob.

v. 7.

v. 10.

v. 13.

CAP. V. v. 1.

DOmus *Israel cecidit, & non adjiciet ut resurgat.* Occidit regnum Israelitarum: qui verò collapsum erigat, nullus est; militum quippè copiæ, & armatæ acies rei publicæ statum tuentur, & relevant casum; nullæ autem Israelitis poterunt comparari copiæ, postquam ad tantam redigentur paucitatem, ut *in urbe, de qua egrediebantur mille, relinquantur in ea centum.* *Quærite Dominum, & vivite.* Non itaque Deos quos ipsi feciſtis: sed qui fecit vos, Deum quærite, *me quærite, & vivetis*, quod enim

v. 3.

salvi estis, & modo vivitis, meum est.
v. 8. *Reliquerunt eum, qui fecit Arcturum, & Orionem.* Et coluerunt Deos, quos execrari debuerunt. Insistit Propheta illis Jere-
Jer. 10. 11. miæ verbis: *Dii, qui Cœlos & terram non fecerunt, pereant de terra, & de his, quæ sub Cœlo sunt. Qui convertit in mane umbras mortis*, sive miseriam in felicitatem,
v. 9. sive mœrorem in lætitiam, *qui infirmum dominum potentis facit, & humilem super sublimem attollit*, i. e. Ezechiam, & populum ejus humilem & mansuetum super As-
v. 11. syrium arrogantem & superbum. *Domos, quas quadrato lapide ædificastis, non habitabitis in eis*, quas ad vestram luxuriam, ædes operosè & magnificè molimini, vos non vobis ædificastis. Culpa scilicet vestra id fiet, quia illarum limina egenorum gressibus non benedicuntur. Quippè estis injusti,
v. 12. *& pauperem deprimentes in porta*. Oppressiones populi principibus objicit, quod infra
v. 13. iterùm regerit. *Ideo prudens in illo tempore tacebit sibi*. i. e. Sibi vacabit, vacuus à cura ædium & agrorum, animam suam possidebit, per pœnitentiam, & per opera
. 14. misericordiæ seipsum ædificabit. *Diligite bona, & erit vobiscum Deus*. Nè scilicet dicerent Dominum esse pacis inimicum, clamat Propheta: Quin ergò vos, quod justum & bonum est, non diligitis, ut vobis Deus pacatū se & propitium exhibeat? Rursùs, ne illud regererent, quod aliàs usurpare solebant, ridentes superiorum Prophe-
v. 17. tarum minas; *Appropiet, & veniat consilium*
v. 18. *Sancti*. Subdit: *Væ desiderantibus diem Domini*, & garrientibus vana, isthæc esse Prophetarum commenta, nec facta respon-
v. 20. dere dictis. *Dies Domini obscura non lucida*, proindè quæ, contra quam vos opinamini, acerbum luctum allatura est, eademque datura dolores pro festivitatibus lætitiæ,
v. 21. *quas ego projeci, & non capiam odorem in torcularibus vestris*, i. e. in vino libami-
v. 23. num vestrorum. *Aufer à me sonitum carminis tui*, quoniam Judæi hostias & festa Dei sustulerant, solemnem eorum dierum psalmodiam sibi non placere ille respondet. Quin & psalmorum quoque silere cantum volo, quippè quem in festis meis, perindè atque in vestrorum idolorum nefastis diebus usurpare
v. 25. soletis. *Numquid hostias & sacrificia obtulistis mihi in deserto quadraginta annis?* Ostendit congesta plenâ manu in solitudine beneficia non sacrificiis ipsorum, quæ nulla fuerunt, esse adscribenda. Jam pro his
v. 26. nullam mihi habetis gratiam, *sed gestastis Tabernaculum Melchom, & idolum vestrum Chevon*. q. d. Pro eo quod super alas Aquilarum vos sustulerim, nube, quæ à meo

Taber-

ܐ ܕܐܗܠ ܒܡܫܟܟܟܘܢ ܘܐܬܬܡ ܐܬܬܡ ܐܬ ܟܘܟܒ ܐܠܗܟܘܢ ܕܥܫܬܘ ܠܟܘܢ ܘܐܬ ܟܘܢ ܡܠܟ ܡ ܘܐܬ ܟܘܢ ܨܠܡ

tur hìc divites, ſunt ſpiritualia præcepta Doctorum, quæ nihilominùs in captivitate, & in injuſtitia detinentur, ſi
v. 9. facta dictis minime conſentiunt. *Quod ſi reliqui fuerint decem viri in domo una, morientur*. Superſtites juſti mortuorum oſſa
v. 12. efferent. *Et percutiet Dominus domum ſublimem, & ſuccutiet eam*. i. e. ſuperbam domum Iſrael, Samariam, & *domum parvam*, Regis Syrorum *Raſen* Damaſcum, & *exſcindet*, quia in captivitatem abjiciet utramque. *An current equi in petris, aut ducent per eas jugum boum?* i. e. Sicut nequeunt equi explicare curſum ſuper cautes & ſcopulos, ſic nec gentes Iſraelem ſubjicere potuiſſent; & ſicut non ſubiguntur ſaxa vomere aratoris, ſic nec Hebræi Syrorum ferro cæſi fuiſſent.
v. 13. Sed quoniam *converterunt judicium in amaritudinem; & lætantur in nihilo*, i. e. in idolis, & in Raſen Rege Damaſci, imo
v. 14. furni verriculo. *Et dicunt: Numquid non in fortitudine noſtra cœpimus nobis civitatem?* i. e. Quid? Num milites & ſtipendia non nobis ipſi paravimus? Aut non ipſi propria virtute noſtras vindicavimus ur-
v. 15. bes? *Idcircò ſuſcitabo ſuper vos domus Iſrael*, ambo regna Iſraelitarum. *Dicit Dominus Deus fortis gentem* Aſſyriorum, deindè Chaldæorum. *Et exterminabit vos ab introitu Emath uſque ad torrentem Deſerti*. Duo termini Iſraelitarum ab Aquilone ad Auſtrum. Sic nimirùm Dominus baculo ſuo confringet cornua, capita inimicorum ſuorum ſibi, ſuiſque viribus animosè confidentium: adeòque populus ille, qui aliàs Dei virtute fultus quatiebat & profligabat gentes, à gentibus vice versâ conteretur, cum pro ſuis ſceleribus ab illo deſertus fuerit. Iſtùc porrò in Diabolum optimè convenit, cujus caput Domini Cruce contritum fuit.

CAP. VII. v. 1. *SIC oſtendit mihi Dominus Dominantium creationem locuſtarum in principio germinationis ſerotini imbris*. Scilicet tales futuri erant Iſraelitæ comparati cum populo, qui eos poſteà invaſit Phulbelocho Aſſyriorum rege, i. e. quaſi ſerotina germina oblata locuſtis. *Et erat ſerotinum germen poſt tonſionem Regis*. i. e. Poſtquam Regis juſſu detonſa prata repullulare cœperant, locuſtas porrò Aſſyrios per Iſraelitarum loca palantes appellat, eo quod illorum opes, pauperum aliàs oppreſſione congeſtas, magis appeterent, quàm ipſos; quare pretio mille talentorum vexatio illa redempta fuit; nec enim hominibus locuſta infeſta eſt, ſed
v. 4. herbis & plantis. *Et ecce vocabat judicium per*

per ignem Dominus Dominorum. Suſpenderat Deus ad Prophetæ preces locuſtarum plagam, eo quod hìc diceret, parvo populo grande malum intolerabile eſſe: nunc etiam ignem Iſraelitarum terras populantem cohibet. Nam poſt hæc Teglathphalaſarem Aſſyrium inhibuit, qui cum ingenti exercitu, eorum ditiones ingreſſus, omnia in modum vaſtiſſimi incendii abſumpturus videbatur. Ideò ſubdit: *Etiam averte hoc, Domine, ne fiat: Ecce Dominus ſtans ſuper murum ad amuſſim directum, & in manu ejus amuſſis. Stans*, ait, i. e. inſiſtens veritati, & veritatem dijudicans, & dicens. Porrò *amuſſis* Aſſyrius fuit, quem Deus aſſumpſit ad redigendum in ordinem rem publicam Hebræorum: Salmanaſar quippè Aſſyriorum Rex Iſraelitas Samariæ captivos abduxit, ipſam civitatem evertit, & univerſam ditionem in ſolitudinem & vaſtitatem redegit. *Deſolabuntur fana riſus, & Sanctuaria Iſrael evertent* Aſſyrii, ridenda Deorum inanium delubra, & quas Iſraelitæ ſuis idolis ſacrarunt, ædes demolientur Teglathphalaſar, & Salmanaſar. *Et conſurgam ſuper domum Jeroboam in gladio*. Domum Jeroboam Samariæ regnum appellat, eo quod à Jeroboamo fundatum fuit, & ab eodem propagatum in annos plures ſub ſequentibus Regibus. *Reſponditque Amos, & dixit ad Amaſiam &c.* Amaſias Sacerdos Bethel, quod videret conſiliũ occidendi Amos ob Regis indulgentiam minimè procedere, Prophetam ipſe aggreditur: At tu, ajebat, quin quæris in Judæa locum, ubi prophetandi officium tibi utile efficias, mercedem prophetiæ tuæ oris tui panem accepturus? Res nempè erat, quam neuter ignorare poterat, Prophetas ſcilicet à Tribu Juda in magna ſemper exiſtimatione habitos fuiſſe. Cui Amos, *Sum*, reſpondit, *paſtor colligens ſycomoros*. Hoc nimirum dicebat Propheta religioſus Dei ſui cultor Sacerdoti fana Deorum ſuorum depeculanti. q. d. Hanc ego artem non didici; ſycomororum fructibus, cibo cuilibet obvio vivere aſſuetus. *Tu dicis, non prophetabis. Propter hoc hæc dicit Dominus, uxor tua fornicabitur in civitate*, i. e. palam in medio populi tui: hæc ſcilicet ſceleri tuo pœna rependitur, qui Domini Synagogam à ſuo ſeparaſti conditore, Diiſque tuis proſtituiſti. *Et filii tui in gladio cadent*. Quoniam dum tu tuorum idolorum cultum ampliare contendis, filios Dei prodidiſti Barbaris obtruncandos. *Et humus tua funiculo dividetur*, eo quod populum tuum ſcideris, quo peregrinam religionem induceres. *Et tu in terra polluta morieris*, qui impuris idolorum ceremoniis vitam plurimis eripuiſti.

v. 7.

v. 9.

v. 14.

v. 16.

v. 17.

CAP. VIII. OStendit mihi Dominus *signum finis*, i. e. prognosticon quoddam excidii, & disperſionis Hebræorum Samariæ. Quod quidem regnante in Judæa Rege Ezechia ad effectum perductum eſt ab Aſſyriis.

v. 1.

v. 4 *Audite hæc, qui deſpicitis pauperes terræ.*

v. 5. *Væ iis, qui contemnunt pauperes, & dicunt: quando tranſibit menſis, & venumdabimus agrorum reditus, & ſupponemus menſuras doloſas.* Ex duplici ergo capite peccabant, tùm quòd bonas quidem merces venderent, ſed menſuras falſarent; tùm quòd horreorum purgamenta, terram proindè pro frumento diſtraherent, & utroque modo pauperes depecularentur.

v. 6. *Et poſſidebimus in argento pauperes*, vel quod egentium pecuniam habere vellent, ideoque fundum horreorum, ut dixi, verrentes terram frumento commixtam divendere cogitarent, vel quod poſtquam eos in frumentis poſſederant, i. e. ipſis frumenta abſtulerant, iterùm pecunia ſpoliabant. *Et pauperes pro calceamentis & quiſquiliis horrei vendemus.* i. e. Vili quovis pretio eo ſenſu, quo ſuperiùs dixerat, Tyrios vendidiſſe pueros pro mercede proſtibuli: vel quod ipſi pauperes potentiorum avaritia ad extremam inopiam redacti ſe illis quovis pretio in mancipia

v. 8. tradere cogerentur, ne fame perirent. *Et aſcendet finis ejus quaſi fluvius, & quaſi fluvius Ægypti.* i. e. Veniet Aſſyrius Nilo ſimilis, non quum placidus aſcendit ad irrigandos agros felici alluvione famis mortiſque depellente metum: non hoc modo occurrent vobis Aſſyrii, ſed adinſtar Nili ab immodico incremento exundantis, ſic illi in terras veſtras inſilient, voſque impellent & rapient, patrioque ſolo divellent.

v. 9. *Et occidere faciam Solem in Meridie.* i. e. Eo die, quo vos inopinos Aſſyrii oppriment, & in ſervitutem redigent; *& faciam tenebreſcere terram in die luminis*, i. e. eo tempore, quo compellemini in alienas terras tranſmigrare. Quamquàm arcanus ſenſus ulteriùs adhuc nos promovet ad contemplandam ſcilicet Dominicæ Paſſionis diem, noctemque illam, quæ Univerſum mirabiliter texit, Sole medio in curſu deficiente, quo nempè Judæi intelligerent ereptum ſibi diem gratiæ, eo quod immani auſu tentavere magnum in Cruce Solem extinguere. Et quoniam traditæ ab illo diſciplinæ lucem accipere noluerunt *in die luminis*, quo vitam Joannes & Apoſtoli affulſiſſe nunciabant; ideò faſtidientibus

v. 10. diem incubuit ignorantiæ nox. *Et ſuper omnia capita veſtra calvitia* in tempore tribulationis. *Et faciam eam quaſi luctum Uni-*

v. 11. *geniti* in diebus captivitatis. *Et mittam famem*

mem in terram, non esurientis panem, neque sitientis aquam, sed desiderantis audire verbum Domini. Prædicit Hebræos opera Prophetarum destitutum iri, qui aliàs Domini sermones & responsa ipsis referre solebant.

CAP. IX. v. 1. VIDI Dominum stantem super altare, Christum stantem super muros Ecclesiæ, nec modo stantem, imò ipsam portantem, quoniam *super volam manuum mearum posui te*. *Et dixit: percute cardinem*, i. e. aream aristarum, & *commovebuntur postes* quatiente concussi fame. Rursus mysticè vaticinatur famem & sitim, quæ torruit gentes jam fide imbutas, atque adeò cupientes audire præcepta Evangelii impertientia vitam in Christo. Itèm *cardinem* appellat Corpus Domini, & *postes* complexionem ejusdem: commotum quippè fuit illis, quæ ipsi acciderunt naturalibus passionibus. *Qui ædificat in Cœlo* omnes Superos, Angelos, & Vigiles. *Ecce Palæstinos ascendere feci de Cappadocia*. q. d. Si in vestro exitu de Ægypto gloriamini, & non in me, cogitate Palæstinos de Cappadocia à me pariter eductos, & Aramæos de *Kir*. i. e. Charras, quæ & Haran. *Ecce oculi Domini Dominorum super regnum sceleratum*. Ergò sicut gentes istæ propter sua scelera excisæ sunt & dispersæ, sic & vos ipsis in culpa non absimiles, similem feretis exitum, non tamen parem, quia *non conteram domum Jacob*, sed veniet dies, in qua *suscitabo tabernaculum David, quod cecidit, & reædificabo aperturas murorum ejus, & quæ corruerant, restaurabo*. Hujus vaticinii mysterium Judæorum à captivitate reditus expressit; veritatem dies Crucifixionis exhibuit: Tabernaculum itaque Davidis totius generis humani corpus repræsentat, quod per prævaricationem mandati prostratum Christus relevavit, nobisque vitam amissam restituit, & quod amplius, Passione & Morte pro nobis tolerata regnum paravit sempiternum. *Et reædificabo illud sicut in diebus antiquis*, Ecclesiam suo sanguine redemptam; oppressum namque Credentium populum recreavit, & vitam, quæ eidem in prima sua conditione data fuerat, reddidit, tradidit autem in præsenti sæculo pignus, rem ipsam in novo perfectissimè repræsentaturus. *Et comprehendet area vindemiam, & vindemia sementem*. Et quidem ista juxta obviam significationem verborum, Zorobabelis tempora respiciunt: secundùm subtiliorem verò intelligentiam Spiritus, declarant cœlestia charismata, & dona divina nobis post Christi Resurrectionem communicata. *Et*

v. 6. v. 7. v. 8. v. 11. v. 13.

fluent montes dulcedinem. Prophetæ ſub Zorobabele Duce, à quibus populo Judæorum legalis doctrinæ dulcedo manavit. Rursùs per montes ſanctas Eccleſias hoc loco deſignat, dulcedinem autem vocat earundem ſuavem diſciplinam. *Et colles jucundabuntur*. Cœnobia ſignificat in montibus plerumque locata, & Anachoretarum ſpeluncas, in quibus timentes Deum lætiſſimè florent, in cantandis divinis laudibus jucundiſſimè occupati. Quamquàm hiſtorico ſenſui propiùs videtur Prophetam Præſides Hebræorum ſignare, dum ſubdit; *Et ædificabunt civitates deſertas*, quas diruerunt Aſſyrii & Chaldæi, ipſi poſt reditum inſtaurabunt. *Et plantabunt vineas, quas earum inimici extirparunt. Et plantabo eos, & non evellentur* uſque ad ſeptuagenas hebdomadas annorum quietis.

v. 14.

v. 15.

A

B

ܕܥܒܕ ܒܚܕܝܐ ܢܒܝܐ
ܒܡܠܝܐ ܒܐܕܘܡ
ܚܙܝܢܐ ܡܢ ܩܕܡ ܐܠܗܐ
ܫܪܝܐ ܠܥܡܡܐ ✣

ܐܒܕܝܐ ܡܢ ܫܟܡ ܒܪ ܝܘܟ ܐܬܢܒܝ
ܥܠ ܐܕܘܡ ܘܚܙܐ ܗܘ ܐܦ ܐܢܘܢ ܕܐܬܐ ܡܢ ܩܕܡ ܐܠܗܐ
ܠܡܫܕܝܗ ܒܝܕ ܢܒܝܐ ܕܐܠ ܐܡܪ ܗܘ ܐܠܐ ✣
ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܐܢ ܐܠ ܢܥܒܕ ܡܪܝܐ ܡܠܬܐ ܐܠܐ ܓܠܐ ܪܙܗ ܠܥܒܕܘܗܝ ✣

ܫܡܥܢ ܫܡܥܢ ܡܢ ܡܪܝܐ ✣ ܘܠܐ ܥܒܕ ܡܪܝܐ ✣ ܡܕܡ ܕܠܐ ܓܠܐ ✣
ܪܙܗ ✣ ܠܥܒܕܘܗܝ ✣ ܢܒܝܐ ✣ ܘܠܐ ✣ ܐܡܪ ✣ ܐܠܐ ✣
ܠܡܫܕܝ ✣ ✣ ✣

ornabas, & convivia. *Et perdam ſapientes de Idumæa*, cunctis irruente malorum mole ſtupentibus; *& prudentes de monte Eſau*, incolis acerbitate ſupplicii conſternatis. *Et diripientur fortes Theman*, debilitata virtute, & fracto animo, ut nulla ſuperſit ſalutis ſpes. *Operiet te confuſio* Judæis, quorum ruina gaudebas, ad priſtinum gradum revectis. *Et peribis in æternum*. Quippe poſt communem utrique genti à Chaldæa reditum, vos Idumæos Judæi ſub jugum mittent, diuque vexabunt, nempè uſque ad externarum gentium adventum, quæ Judæos quidem profligarunt, Idumæorum verò genus & nomen penitùs excindent. Hanc Prophetæ adverſus Idumæos prædictionem ad effectum perduxere Romani ſubacta ante Judæa, & Judæis per orbem diſperſis. *In die, cum ſtares adverſus eum*, illumque verbis amaris inceſſeres *die*, *qua ceperunt extranei virtutem ejus*, i. e. proventus, & opes proprio labore quæſitas. *In die, qua ingreſſi ſunt portas ejus, & ſuper Jeruſalem mittebant ſortes*. Captæ, direptæque urbis ſpolia inter ſe partientes Chaldæi. *Neque ſtabis in exitibus ad perdendos eos, qui evaſerunt*; ſicut hactenùs feciſti, *neque trades reliquos ejus in die angustiæ*. i. e. Non dedes neci communi gentis excidio ſuperſtites. *Quoniam prope eſt dies Domini*, quando omnes gentes, quarum auxiliis confidebas, meritas dabunt pœnas. *Sicut feciſti, fiet tibi*: & quas intuliſti fratri, injurias referes. *Quomodo enim bibiſtis ſuper montem ſanctum meum* de calice iræ, quem miſcuere vobis David & Achab. *Bibent omnes gentes jugiter* opera Aſſyriorum & Chaldæorum ſub diebus Ezechiæ, & filiorum ejus. *Et in monte Sion erit ſalvatio* Ezechiæ, & populo ejus. *Et erit domus Jacob ignis, & domus Joſeph flamma, & domus Eſau ſtipula, & non erunt reliquiæ domui Eſau*. i. e. Idumæos Hebræi ut ignis ſtipulam ſic conſument, ſi quid reſederit, diſſipabunt. Quod quidem à Davide & Amaſia cœptum, abſolutum fuit à Judæis poſt reditum, cum plurimi Iſraelitæ à Perſide reduces ſe ipſis adjunxiſſent, Idumæis omni dominationis ſpecie exutis, & compulſis religionem mutare, & Judaicos ritus amplecti. *Et tranſmigratio filiorum Iſrael poſſidebit omnia loca Chananæorum uſque ad Sareptam, & tranſmigratio Jeruſalem, quæ in Hiſpaniam migraverat, poſſidebit civitates Auſtri*. Utriuſque regni Samariæ & Jeruſalem captivos indicat, illos etiam, qui in regiones longè diſſitas abierant; ideò autem meminit tranſmigrationis in Hiſpaniam, quod provinciæ à Judæa remotiſſimæ nomen

v. 8.
v. 10.
v. 11.
v. 14.
v. 15.
v. 16.
v. 17.
v. 18.
v. 20.

A
B
C
D
E
F

ܘܡܝ ܐܘܟܝ ܘܐܡܪ ܗܘ ܕܢܟܢܫ ܐܝܬ ܠܗ
ܠܗܘܢ ܥܡܐ ܕܐܠܗܐ ܡܢ ܟܠ ܐܠܗܐ
ܘܠܗܘܢ ܟܒܝܪ ܐܠܗܐ ܘܟܬܒ ܗ .
ܠܡܫܝܚ ܕܐܠܗܐ ܕܝܥܩܘܒ ܗ ܐܡܪ
ܡܠܟܘܬܐ ܕܐܠܗܐ ܘܢܗܘܐ . ܘ ܐܡܪ ܘܐ
ܕܡܢ ܟܠ ܡܠܟܘܬܐ ܕܥܡܡܐ ܡܬܟܢܫ ܐܝܬ
ܠܗ ܘܢܗܘܐ . ܐܡܪ ܗ ܕܐܠܗܐ ܘܡܠܟ
ܥܠ ܟܠ ܥܡܡܐ ܐܠܗܐ ܝܬܒ ܥܠ ܟܘܪܣܝ
ܩܕܫܘܗܝ ܘܢܗܘܐ . ܕܐܡܪ ܗ ܕܐܠܗܐ ܘ
ܕܝܠܗ ܗ ܐܪܥܐ ܘܢܗܘܐ ❖

A men eſt; quo oſtendat hunc eſſe cœtum, quem Deus promiſerat iterùm congregandum à quatuor ventis Cœli. *Et aſcendent ſalvati de Babylone in montem Sion, judicare montem Eſau* ad profligandam & excindendam Idumæorum gentem. *Et erit Domino regnum*. Omnes quippè gentes ſubjugabuntur, & ſubjicientur populo Domini, i. e. populo, *quem faciet Dominus*. v. 21. Pſal. 21.30.

S. PATRIS NOSTRI

EPHRAEM SYRI

IN

MICHEAM PROPHETAM

EXPLANATIO.

CAP. I. v. 2. *Audite populi omnes*. Populos dicit Israelitarum Tribus. *Et attendat terra & plenitudo ejus*. Terra meis Israelitis concessa, & ob eorum impietatem mox auferenda. v. 3. *Quia ecce Dominus egredietur de loco sancto suo* de Jerusalem: *& calcabit super excelsa terræ*, proteretque superbæ Samariæ fastum. Mysticè. Istùc vaticinium Christus implevit, quando è cœlesti solio suo sine mutatione loci, Cœlum enim & terram ipse implet, venit in orbem nostrum, & opera Spiritus Sancti ex Sancta Maria Virgine Corpus assumens, Homo factus est, atque in humano corpore excelsa terræ pedibus calcavit, *Cant. 2. 8.* *saliens in montibus, transiliens colles*. v. 4. *Et liquefient montes subtus eum*. Rex Samariæ, & Principes ejus illo jam præsente quasi cera solventur. Itèm Diabolus cum suis Legionibus adventum Filii Dei odoratus tabescet, ejusque tyrannicum imperium occidet, potentiaque profligabitur. *Et valles scindentur*, privati, & plebeii quilibet. Valles itèm appellat tenebrosas Infidelium mentes, aptum & satis amplum Diaboli operationibus locum. Ejusmodi porrò valles sciissæ sunt, postquam Christi præsentia discisso simulationis tegmine revelatæ sunt ex multis cordibus cogitationes, sicut Simeon prophetavit: *sicut cera à facie ignis*: i. e. Populus Samariæ cum sociis, appropinquante Assyrio, fundentur velut ignis ardore cera. *Et sicut aquæ, quæ decurrunt in descensu*, quum ruunt præcipitante cursu, sic eos in captivitatem rapiet violentus hostis. v. 5. *Quod scelus Jacob? nonne Samaria?* i. e. Samariæ reges & populus, qui occiderunt Prophetas veritatis, & Baalis Ariolos saginarunt. Hi filiis Jacob auctores fuerunt, ut patrum religionem abjicerent, & vitulos, Ægyptiorum Deos adorarent. v. 6. *Et ponam Samariam quasi acervum in agro*, quia Prophetis Dei cognitionem inferere conantibus restitit. *Et faciam eam plantationem vineæ*. i. e. Urbe diruta, indèque patefacto serendis vitibus spatio; quandoquidem noluit esse vitis in cornu loci pinguis. *Et congregabo lapides ejus in aggeres, & revelabo fundamenta ejus*. i. e. Congeram in tumulos dirutorum ædificiorum lapides, vel sculpta marmora, simulacra vid. & statuas, & domos

mos amica manu extructas inimicus ignis consumet. *Et omnia sculptilia concidentur, & omnia idola ejus igne cremabuntur*, illa nimirùm numina, quorum ope se tutam fore sperabat, fictique Dii, in quibus salutem suam consistere putabat: & cives captivitatem non effugient. *Quia de mercede meretricis provenerunt, & usque ad mercedem meretricis revertentur*. Vel quia impiæ Jezabelis auro conflata fuerant, vel eadem Samariæ cives scelere, quæsitâ pecunia, fabricaverant, ædesque simul ipsis construxerant. Hæc ait: *ad mercedem meretricis reditura*, i. e. in potestatem Assyriorum ventura, hominum vid. quibus idololatriæ crimen scorti nomen proprium faciebat, & labor in castigandis Dei inimicis mercedem merebatur, sed qualem meretrici solvere dignum est. *Super hoc plangam, & ululabo, & incedam excalceatus & nudus*. At quàm opidò magis vos plangere & ululare oportet, quibus, quorumque Diis istæ impendent calamitates: *luctum itaque facite*, at non communem & vulgarem, sed *quasi luctum canis silvestris, & filiæ canis silvestris, quia acerba est plaga tua, quia venit ad Judam, & tetigit portas Jerusalem*, Sennacheribo Judæam vastante, & admotis castris in Jerosolymam imminente. *In Geth nolite annuntiare*. Samariæ ruinam, & incolarum captivitatem. *Lacrymis ne ploretis super eam*. Nolite flere super eam, sed super vos ipsos flete, utraque civitate, Samaria, deindè Jerosolyma privandi, & in captivitatem ituri. *In domibus Ophræ*, civitas pulveris, *pulvere vos conspergite*. Oppidum fuit, attributum posteris Gedeonis, qui hac eâdem ruina oppressi interierunt. *Transi tibi Saphir* civitas decoris. i. e. Vide ut per pœnitentiam decora fias, ne quod Ophræ accidit, tua ædificia diruantur. *Nuda egressa est, & non erubuit, quæ habitat in Soane*, altera urbs Samariæ regibus subjecta. *Luctus Bethasil*, oppidum pariter in provincia Samariæ positum, cujus habitatores in captivitatem pariter abducti fuerunt. *Accipiet à vobis plagam*. Cives ad luctum provocante, ô Samaritæ, vestra seu pœnitentia, seu pœna. *Quoniam infirmata est ad bonum, quæ habitat*. Egit pœnitentiam, & humiliata est, quam Jerosolyma quoque secuta est eo, *quod descendit malum ejus à facie Domini ad portas ejus*. i. e. resipuit, calamitatem, quæ Samariam, eique subjectas urbes corripuit, cernens imminere sibi, & velut jam ad portas stantem. *Aptavit habenas curribus suis, quæ habitat in Lachis*. Alludit ad historiam Amasiæ Regis

v. 7.

v. 8.

v. 9.

v. 10.

v. 11.

v. 12.

v. 13.

gis Juda, qui Jerosolymitanorum seditione coactus inde Lachis profugere, ibi ab insequentibus conjuratis comprehensus etiam interfectus est. Per hanc ergò occasionem cives Lachis junxere currus, sive ad interficiendum Regem, sive ad efferendum interfecti cadaver, & Jerosolymam transferendum : *Asportaverunt eum in equis*, ait Scriptura, *sepultusque est in Jerusalem*. Videtur proindè Propheta similem rerum perturbationem portendere. *Principium peccati est filiæ Sion*, eo quod Judaicarum urbium prima Lachis suscepit invectam à Jeroboamo idololatriam, eamque suo exemplo reliquis persuasit. *Propterea tu quoque sicut soror tua Samaria dabis remissionem hæreditati Geth*. Eo quod Philisthæi non essent inposterùm illis servituri, quandoquidem ipsi similiter in servitutem forent abducendi. *Domus vanitatis factæ sunt in vanitatem*. Vanitatem appellat vanos & inutiles Deos, ut qui orantium vota percipere non possent, nec expectationem explere. *Adducam ad te hæredem, quæ habitas in Marasa*. Aut hostes urbem occupaturos minatur, aut ipsos Marasæ cives, solutâ captivitate, in patriam reducendos promittit.

v. 14.

v. 15.

CAP. II. VÆ *iis, qui machinantur fraudem, & astruunt malum super cubili suo, & prævertunt diluculum*, ut quod excogitarunt per noctem, ante lucem sine mora exequantur. *Concupiscunt agros, & domos, & rapiunt*. Utrique Hebræorum regno excidium & captivitatem denunciat ; causam indicat hìc & alibì præter idololatriam fore prædæ & rapinarum cupiditatem, & pauperum oppressionem. *Idcircò hæc dicit Dominus* : *Ecce ego cogito super familiam istã malum*. Familiam dicit universum Israelitarum populum. *In die illa sumetur super vos parabola*. i. e. Tunc quando ad effectum perducet Deus, quod cogitavit adversus vos malum, assumet super vos parabolam Ezechiel vester futurus in captivitate socius, & cantabit canticum lamentabile, factumque stupens dicet : *Depopulator depopulatus est nos*, & partem, quam à tribus Regibus accepimus Saule, Davide, & Salomone, iste unus nobis auferet, ut dispertiet in saccos, quos attulit ab Assyria ; nec verò adest quispiam, qui restituat agros nostros, eo quod nullum habemus

v. 2.

v. 3.

v. 4

mus Salvatorem, qui terram ab Assyriis occupatam recuperet, & quod olim fecit Josue, illam nobis sorte dividat. *Nolite fundere lacrymas cum strepitu verborum*, vos filii Juda, qui remansistis, siquidem à lacrymis temperare nequitis, cavete tamen, ne quid contra Dei providentiam obloquamini, ne fortè vos pariter involvat decreta domui Jacob, decem vid. Tribubus captivitas & transmigratio. *Ecce verba mea bona sunt cum iis, qui rectè gradiuntur*, i. e. cum Justis; veruntamen *sermones meam explicantes indignationem complebuntur in populo isto*, qui, ut vides, more latronum insurgunt adversus pacem suam. *Pellem ejus detrahitis, & transfertis spem ejus*. i. e. Substantiam pauperis aufertis, in qua spes ejus consistebat. *Et reparatis bellum*, & confiditis vos victores è prælio reversuros. *Mulieres populi mei ejicitis de domo deliciarum suarum, & parvulis earum*, quas ad petras alliditis, *aufertis laudem in perpetuum*. Propter hoc *surgite, ite, quia non est requies*. Ostendit gentem non sanctam in terra sanctorum morari non debere, imò & ipsam terram utpote incolarum sceleribus pollutam, eorundem cruore fore expiandam, cæsorum proindè cadaveribus opplendam; id enim significant illa: *Quia abominatio corrumpendo corrumpet, & ejus corruptio roborabitur*. Vel Propheta prædicit nullam ipsis in captivitate futuram requiem, quam in patrio solo tueri noluissent, ob incommoda & ærumnas, quas à sævissimis Dominis erant perpessuri: vel significat Dei judicium post decem Tribuum captivitatem minimè quieturum, sed aliam adhuc satisfactionem excidio Tribus Juda requisiturum. *Quia*, inquit, *abominatio*, i. e. gentium exercitus, *corrumpendo corrumpet, & roborabitur corruptio*: i. e. geminabitur ruina, quumque Samariam oppresserit, obruet itèm Jerosolymam. *Vir, qui graditur in spiritu in dolo & mendacio*, Assyrius. *Ipse stillavit tibi vinum & ebrietatem*. Tibi, aio, sibique: te siquidem, & se idem perdidit. *Et erit postquam stillabitur populo huic*. i. e. Post populi hujus excidium Assyrii pariter à Babylonio vapulabunt, ut Hebræi ab ipsis Assyriis. *Congregatione congregabo Jacob totum te* intra mœnia Jerosolymæ. *Et ponam eum quasi gregem in angustia*. Ostendit captivorum multitudinem in unum compactam oppidum in modum gregis in caula, *absconditam ab homine*, i. e. à suis deserti Pastoribus & Rectoribus. *Ascendit pandens iter ante eos*, ducens hostium agmen ad aperiendam quatefacto muro viam in urbem. *Et ingressus est per eam*

Deus. *Et transivit Rex eorum coram eis* Sedecias. *Et Dominus in capite eorum* quasi totius agminis Ductor Regem comprehensum suis persecutoribus traditurus.

CAP. III. *QUI comederunt carnem populi mei, & pellem eorum desuper excoriaverunt; tunc clamabunt ad Dominum, & non exaudiet eos.* In populi Principes & Duces Propheta invehitur prædicens, fore ut, quoniàm plebem suis spoliatam facultatibus, proptereaque pauperes de injuria expostulantes repellebant, ipsi pariter, incidente captivitate, quantumvis licet ad Dominum clamarent, minime tamen exaudirentur.

v. 5. *Hæc dicit Dominus super Prophetas, qui seducunt populum meum, qui mordent dentibus suis, & prædicant pacem. Si quis jecerit in os eorum quidpiam, prædicant ei pacem, & si quis non paverit eos, prædicant super eum bellum.* Pseudoprophetas arguit, eorumque nequitiam aperit, quippè qui Dei Prophetas haberi studerent, & ejus spiritu plenos, ut siquidem offenderent, sibi minus amicum, & minus liberalem, quasi Dei & Prophetarum contemtorem haberi vellent, funestisque proindè prædictionibus

v. 8. terrerent. *Verumtamen ego plenus sum fortitudine spiritus Domini, judicio & virtute, ut annunciem Jacob scelus suum, & Israel peccatum suum.* Non ut prospera divinem huic, illi autem adversa pro quæstu & libidine, sed ut avocem à suis flagitiis Prin-

v. 9. cipes & populum Israel. *Audite ergò Principes, & Duces Israel,* qui justitiæ antepo-

v. 10. nitis munera, & pro lucro pervertitis jura. *Qui ædificatis Sion in sanguine,* qui ædes vestras in Sione positas amplificatis, vicinas domos occupantes, injusta dominorum

v. 12. nece jam vacuas. *Sion quasi in agrum redigetur.* Ruinæ causa est avaritia sacerdotum in ea diversantium sacram divinæ Legis doctrinam venalem habentium. *Et Jerusalem erit deserta.* Prophetarum culpa, qui prophetiam in quæstum converterunt. *Et mons domus in silvam lancearum transibit.* i. e. σηνάς indicat armatas acies templum vel obsidentes, vel occupantes. Hoc addidit, quo vanam spem esse demonstraret, quam in sancta Civitate ac templo posuerant, quod crederent Deum neutrius excidium permissurum, iis porrò salvis, ipsos neutiquàm perituros.

CAP. IV. v. 1.

A ET erit : *In novissimis diebus erit mons Domini præparatus in vertice montium, & sublimis super colles*. Eadem legis apud Esajam. *Et congregabuntur ad eum omnes gentes*. i. e. Soluta post annos septuaginta captivitate Babylonica, à Judæis in patriam postliminio reversis, reædificabitur templum in vertice montium in quibus Jerosolyma : ita novo hoc ædificio auctus mons Domini sublimis assurget, cunctosque circa colles supereminebit. Tum verò ad eum confluent omnes gentes : quæ omnia Esajas, & alii Prophetæ vaticinantur. Cæterùm quæ hîc & alibì dicta leguntur de templo à Judæis à servitute jam liberis instaurato & ad tempus duraturo, Ecclesiæ nostræ in sempiternum mansuræ aptissimè congruunt, quippè quam verè affirmamus in novissimo dierum ædificatam fuisse, atque ad illam omnes gentes verum adorare C Deum convenisse. Sublimiore tamen adhuc sensu ipsum Emmanuelem Ecclesiæ Fundatorem è Sancta Cruce in carne sua pendentem, velut in imagine ædis fastigio montis impositæ hîc repræsentat, quem supra symbolo editissimi montis adumbravit. *Et* v. 3. *non sumet gens contra gentem gladium, & non discent ultra bellum*. Prædicit hoc loco pacem Judæis post reditum reddendam, D quamquàm nec usquequaque perfectam, nec diu mansuram. *Et sedebit quisque subtus vites suas, & subtus ficus suas*. Explicat eisdem obventuram in ea temporum tranquillitate bonorum copiam cum severitate conjunctam, *nec erit*, inquit, *qui noceat eis*. *Congregabo remotas*, Judæorum v. 6. Synagogam patrio solo ejectam, & ultimis Babyloniorum terris relegatam, & *dispersos reducam propè*, Hebræos in varias E Mundi plagas distractos. At verò magnifica isthæc promissa Judæis, tametsi ex parte, ex toto tamen reddita non fuerunt, quare nec de illis solummodo dicta fuerunt, sed germanus prophetiæ sensus ab exitu colligendus, ut dicamus ad populos Gentiles ista potissimè pertinere; quos per totum orbem dispersos, & ab invicem opinionum varietate dissidentes, Christi Evan- F gelium congregavit, & in unum composuit cœtum, Deum verum in spiritu & veritate adorantem. *Et tu turris, pastor nebulose filiæ Sion tempus tuum advenit*. Hæc ad v. 8. Sedeciam impium regem referuntur, quem *turrim* ideò vocat; quod sub umbra ejus Judæorum populus confederat; *pastorem* verò propter regni administrationem, & *nebulosum*, propter eum, quo tenebatur, idolomaniæ errorem. Rursùs juxta arcanum verborum sensum pulchrè vocat Diabolum

bolum *paſtorem nebuloſum*, animam quippè Sione figuratam ferè nunquàm niſi nebuloſo cœlo aggreditur, captam verò procul à lumine abducit; qui enim malè agit, odit lucem: hanc porrò tyrannidem ſuo adventu extinxit ſupremus & legitimus myſticæ Jeruſalem Princeps, & paſtorem cœcum expulit. *Dole & ſuſtine Sion quaſi parturiens, quia amodo egredieris de Civitate, & habitabis in ſolitudine, & ibis uſque ad Babylonem, & ibi liberaberis.* Senſus eſt: In captivitatem ibis, populo Sion, Babylonem abducendus, ſed poſt annos indè reduceris, nec tamen cum inſiſtente à tergo milite, ſed illo duce, qui aſcendens in altum captivam duxit captivitatem: hunc ſequeris cum illis Pauli commilitonibus & militiæ noſtræ Principibus, captivantibus omnem intellectum in obſequium Chriſti. *Congregabuntur ad te gentes multæ.* i. e. Interea tamen invadet te plurium gentium colluvies Duce Gog. *Rurſus abominatio erit in Sion, & aſpiciet oculus in eam.* i. e. Profanabuntur ſancta Sion, & erunt deſpecta illis nimirùm, qui non cognoverunt ſe velut ariſtas collectas *in area* ab ultrice Dei juſtitia fore proterendos. *Quia cornua*, quæ fregere Babylonii, *ponam ferrea, & comminues populos multos, & anathematizabis ſubſtantiam eorum Domino.* Tunc ſcilicet quando agris & pecuniis eorundem potita, decimas Domino vniverſæ terræ de more perſolves. Tantæ proſperitatis, ut dixi, Deus velut ſpeciem Judæis Babylone reverſis oſtendit, rem ipſam Eccleſiæ ſuæ reſervabat.

CAP. V. *Modo egredieris cum milite filia militum fortium.* Filia Abrahæ, & Moyſis, Joſue, & David poſtquam contriti fuerint. *Qui ſurrexerunt contra nos, & virga percuſſerunt maxillam Paſtoris Iſrael.* Hæc ad Sedeciam referuntur, quem ideò à Chaldæis virga maxillam cæſum Propheta dicit, quod illum peſſimis deſpicatum habuere modis, & cum maxima ignominia tractarunt. Juxta altiorem ſenſum, hæc eadem ad Dominum verum Iſraelis Paſtorem pertinent; in eo quippè ad effectum planè perducta ſunt, & ipſo opere completa tunc, quando in Paſſione ſua multoties dedit percutienti ſe maxillam, ſicut etiam Eſajas & Jeremias de illo prædixerant. *Et tu Bethlehem minima ut ſis in millibus Juda, ex te exiet Dux, ut ſit Princeps ſuper Iſrael; & egreſſus ejus ab initio à diebus ſæculi.* Sermo eſt de corporali Dei Verbi Nativitate ex Virgine in Bethlehem Ephrata naſcituri. Non dicit ex te eſt, ſed ex te exiet, i. e. exiet

exiet ex te in corpore; nam in quo eſt ab æternitate Deus, egreſſum neutiquam à te cepit: in eo autem, in quo ab æterna ſubſtantia ab initio exit, atque in hoc, in quo exit ex te, unus eſt. *Complebit ea uſque ad tempus, in quo parturiens pariet.* i. e. Decreta ſua Deus ad effectum perducet, interim dum expectatur partus Virginis. *Reliquiæ fratrum ejus convertentur ad filios Iſrael.* i. e. Poſt illum partum, prædicti Ducis diſcipuli ad erudiendos filios Iſrael ſe convertent. Alludit ad illa Domini verba: *Ite ad oves, quæ errarunt domus Iſrael.* Matth.10.6. Ipſos Chriſti Diſcipulos ejuſdem fratres dicit. *Et ſurget, & paſcet in nomine Domini Dei ſui* in anno illo acceptabili. *Et in gloria Domini Dei ſui convertentur*, Gentiles à cultu idolorum ad colendum & laudandum Dominum Deum ſuum. *Et inde magnificabitur ad terminos terræ.* Ex eo quod parvitas Evangelii in tantam magnitudinem increvit, ut totum Orbem impleverit. *Et erit pax*, quam nimirùm Dux ille conciliabit inter ſummos & infimos, quod etiam cœleſtes Vigiles ipſo die Nativitatis ejus nunciarunt, canentes: *Gloria in Excelſis Deo, & in Terra pax hominibus.. Cum venerit Aſſyrius, in terram noſtram ſuſcitabimus ſuper eum ſeptem paſtores.* Aſſyrius eſt Sennacherib, Teglatphalaſar, & Salmanaſar. Septem paſtores ſunt Eſajas, Oſee, Joel, Amos, Abdias, Jonas, & ipſe Micheas. *Et octo Principes hominum*, Ezechiam, & Eliacin, & reliquos Juſtos populi Juſtorum Primates. *Et paſcent terram Aſſur in gladio*, i. e. percutient, nam deglutire fuſtem, eſt fuſte percuti. *Paſcent*, inquit, *terram Aſſur*, percutient *in gladio* non ſuo, *& terram Nemrod*, Chaldæam *in lanceis*, non ſuis, ſed *ejus*. Non enim Judæorum ferro Aſſyrii ceciderunt, ſed ſuo ab Angelis cæſi ſunt, nec Sennacheribus Judæorum lanceis confoſſus eſt, ſed à filiis quaſi ſuo obtruncatus eſt gladio. Hunc in modum Deus à Juſtis exoratus, reipſa præſtitit quod hîc Propheta vaticinatur, ſubdens: *Et cum venerit Aſſur in terram noſtram, ab illo nos ipſe liberabit*: nam & Sennacheribi exercitus in Judæa cæſus eſt, & Rex dum belli exitum in Ægypto præſtolatur, nunciatâ ſuorum clade, indè confeſtim in Aſſyriam iter adproperare coactus eſt. *Et erunt reliquiæ Jacob in medio gentium.* Velut cœtus hominum circumcluſus, *quaſi ros coram Domino, & quaſi ſtillæ ſuper gramen*. Quia ſicut ros, & cadentes cœlo ſtillæ neminem morantur, ita reliquiæ Jacob, non expectatâ dimiſſione, caſtra relinquent, ubi captivi detinebantur, Aſſyriis, à qui-

A
B
C
D
E
F

v. 3.
v. 4.
v. 5.
v. 6.
v. 7.

à quibus manumissionem præstolari debebant, partim cæsis, partim fuga dilapsis. Alio iterum sensu Propheta loquutus describit Emmanuelis quietum & tranquillum descensum, ideoque nec animadversum, nec agnitum, eodem, quod Esajas & David ante adhibuerant, symbolo roris & stillicidii, quod ante additur. *Non expectat virum, nec filium hominis præstolatur*. Significat nec viri nec filii hominis operam in administratione immaculati Conceptus Filii Dei requisitam fuisse. *Et erunt reliquiæ Jacob in gentibus in medio populorum, quasi leo inter animalia ovina, & quasi catulus leonis in grege pecorum, qui eum discerpserit, & dilaniaverit, & fregerit. Non est, qui eruat.* Hoc etiam congruenter dicitur de Ezechia circumcluso ab Assyriis, perindè atque de Judæis, qui ab iisdem capti in castris, aliisve locis sub custodia tenebantur, in Assyriam quamprimùm deportandi. Steterunt nimirum impavidi in medio inimicarum gentium, easdemque opera Angelorum ceciderunt, nemine eas eruere audente, nec
v. 9. verò valente. *Exaltabitur* itaque *manus tua super hostes tuos*, tua, Ezechia, manus super Sennacheribum, & exercitum ejus, & *omnes adversarii tui interibunt*, Rabsaces,
v. 10. & collegæ ejus Assyriorum Duces. *Auferam*
v. 11. *quadrigas & equos de medio tui, & perdam incantatores de manibus tuis; & divini non erunt tibi, & evertam omnes civitates tuas*. Redit ad Assyrios, prædicens post exercitus cladem
v. 13. urbem quoque Regum sedem casuram. *Et auferam lucos tuos*; quandoquidem gens Assyriorum suorum militum interitu correcta non est, nec tot calamitatibus attrita resipuit, regia urbe, atque lucis, & delubris Babyloniorum manu multabitur.

CAP. VI. *Surge, contende judicio adversus montes,*
v. 1. *& audiant colles vocem tuam, audiant*
v. 2. *montes judicium Domini, & fortia fundamenta terræ*. Testes citat in præsenti judicio Deus contra populum suum, montes inprimis, quos filii Israel fumantes spectarant, &
v. 3. *fundamenta terræ*, maria & flumina, quæ dississa viam patefecerant transituris. *Populе meus, quid feci tibi? Contestare me*. Primo loco recenset, quæ ipse patravit miranda opera manu servorum suorum ad asserendam illis libertatem, & muniendum ab Ægypto exitum, quosve eisdem dedit Rectores sanctissimos Moysen, Aaronem, & Mariam. His præsumptis eosdem accusat uti ingratos, & acceptorum beneficiorum prorsùs

prorsùs immemores, atque instat, & quærit, *in quo molestus fui tibi? contestare me.* i. e. Judiciali jure persequere, si qua tibi occurrat injuria, de qua mecum expostules, aut contra si quam de te benemerendi occasionem ipse prætermiserim? Ex quibus tandem concludit omnem in ipsis hærere culpam, justoque judicio ab Assyriis & Chaldæis tribulationem & persecutionem sustinere. *Populе meus memento, quæso, quid* v. 5.
cogitaverit adversum te Balach. q. d. Recole tempus illud, quando Moabitarum Rex Balach Balaami harioli execrationibus, deindè consiliis exitium tibi machinatus est, & quomodo molitiones Gentiũ dissipavi, quotve insuper beneficiis deinceps te affecerim *de Settim* Moabitarum confinio usque ad Galgala terræ promissæ januam. *Et quid responderit ei Balaam filius Beor: quia cognovit*
justitiam Domini. Respondit autem: *quomodo maledicam, cui non maledixit Deus? Non* Num. 23. 8.
est Deus quasi homo, ut mentiatur, nec filius hominis, ut consilium capiat, ipse dicit & facit, & verbum ejus manet in æternum. Hæc respondit: *Quia cognovit justitiam Domini*, i. e. fidelitatem, & constantiam, adeò ut nec mutaret quod semel statuerat, nec quod promiserat, negaret: promiserat autèm Chananitidem filiis Israel se daturum.
In quo antevertam ad Dominum, & placebo v. 7.
Altissimo? Non est beneplacitum ei in millibus arietum, neque in myriadibus armenti juvencarum. Si offeram primogenitum meum crimini est mihi, si fructum ventris mei, peccatum est animæ meæ. Non enim jussus sum hujusmodi hostiis mihi placare Dominum.
Ostendi tibi, o homo, quid prosit, quod a v. 8.
te requirit Dominus. Jam tibi Dominus, ô homo, præmonstravit, quid utile sit tibi: & hoc est illud, quod requirit Dominus de manibus tuis: *utique ut facias judicium, & beneficentiam diligas*, i. e. ut justitiam inter te & proximum tuum observes, sisque paratus ad sequendum Dominum Deum tuum. *Vox Domini ad Civitatem*, ad Jeru- v. 9.
salem. *Audi Tribus Juda, quia venit testis dicens: Ecce ignis in domo scelerati. Quo-* v. 10.
nam pacto justificabuntur filii tui in stateris iniquitatis, & in marsupiis ponderum fraudulentorum, & in horreis iniquitatis, & in
mensura dolosa? Et ego incipiam percutere te, v. 13.
& destruam te propter peccata tua. Peccantibus exitium comminatur, & egestatem, rerumque privationem, quibus gloriabantur, seque cæteris nationibus antepone- v. 14.
bant. *Et comedes, & non saturaberis.* Quandoquidem concupivisti aliena, de propriis comedes, & non saturaberis. Mysticus sensus populum Israel appellat, ut qui didi-

cerit Scripturas, nec earum doctrina profecerit. *Et erit transitus in viscéribus tuis.* Sic nimirùm Judæorum populus sacram Scripturarum doctrinam velut in transitu percurrit, demissamque per aures transmittit, nec enim illis credit. *Et quod assequeris, non servabis, & quidquid servabis, tradam gladio.* Et quoniam auris tua, Judææ, facta est velut trajectus, & quæcumque per Prophetas populi tui tibi dicta sunt, audivit, nec ideò attendit. *Propter hoc seminabis semen tuum, & non metes, & non ungeris oleo olivarum tuarum, & non bibes de vino tuo.* Nec enim dignus es lætitia, quæ conditur in prophetia, *quia observasti omnia statuta Amri, & omnia opera domus Achab. Idcircò exponam illam stupori, & cives ejus sibilo, & opprobrium populi mei reportabitis.* Proponit Deus acerbas calamitates, quas Jerosolymæ, & universæ Tribui Juda inferre cogitabat.

CAP. VII. ℣. 1. VÆ mihi, *quia factus sum sicut spicilegium æstatis, & quasi racematio vindemiæ.* Hæc scilicet dicere debuit Jerosolyma in diebus Jeremiæ, eademque futura prædixerat Esajas, *Nullus extat botrus ad comedendum, & præcocem fructum concupivit anima mea.* Non hunc Propheta botrum expetit, sed illum, qui pependit in palmite Crucis in Calvariæ Monte, & quasi fructum primitivum ejusdem Evangelium cupiebat. Hunc porrò botrum declarat, de populo periisse subdens: *Periit sanctus de terra, & rectus inter filios hominum non est.* Ecquis enim sanctus præter Dominum? Ad literam, *Periit*, inquit, *sanctus de terra; & rectus inter filios hominum non est*, in eum sensum, quo Dominus loquitur apud Jeremiam. *Quærite*, ait, *an inveniatis virum, qui faciat judicium & justitiam, & propitius ero ei. Dies speculatorum tuorum, & salutis jam venit.* Hoc scilicet ajunt Pseudoprophetæ tibi: *Nolite credere amicis vestris, & propinquis vestris ne fiditote.* Nimirùm inimici hominis facti sunt domestici ejus. Eadem Judæis regerebat Jeremias Propheta, ut sibi in hac parte caverent: *In omni fratre*, ait, *nolite confidere, quia omnis frater dolosè agit, & omnis amicus fraudulenter incedit, & quisque socium suum decipit. Ego verò ad Dominum aspiciam.* Corda Justorũ ista loquuntur. *Ne læteris inimica mea.* Hæc Babyloni Jerosolyma post casum suum. *Ne læteris*, inquam, *quod cecidi, adhuc resurgam*; nec quod captiva facta sum, tandẽ aliquando liberabor. *Si in tenebris sedi, Dominus illuminabit me.* Si modo in tenebris jaceo, lucem iterùm referet mihi Dominus in Sion. *Plagam Domini tolerabo, quia peccavi ei.* Patienter feram captivitatis malum ab eo missum,

Jer. 6. 9. Es. 24. 13. ℣. 2. Jer. 5. 1. ℣. 4. ℣. 5. Jer. 9. 4. ℣. 7. ℣. 8.

A ſum, quandoquidem cum pacem dediſſet, in eundem iniqua fui. Hæc porrò non ineptè cogitantur dicta de Eccleſia, dum ab initio inter gentes errore oppreſſas diverſaretur, captivamque Diabolus duro premeret jugo, ita ut intelligantur dicta ad Synagogam ipſi iniquè adverſantem, contendentemque Deum Judæorum eſſe tantum, & non Gentium. *Donec videam juſtitiam* v. 9.
ejus ex juſto & æquo judicantem cauſam
B meam, transferentemque vice versâ calicem ad authores doloris mei: nam etſi peccavi, illeque tantiſper iratus eſt mihi, ipſi exaggeravere malum meum. *Et aſpiciet inimica* v. 10.
mea gloriam meam ſimul & ignominiam ſuam. *Et tunc erit in conculcationem, ſicut lutum platearum* ſub utroque regno Chaldæorum, & Medorum, quo tempore omnes ferè Judæorum hoſtes à Chaldæis, mox
C ipſi Chaldæi à Medis conculcati ſunt & oppreſſi. *Dies eſt reficiendi macerias tuas*. Hi ſunt muri tui Jeruſalem. *Dies eſt, in quo* v. 11.
ſubtolleris in humeros gentium. Hoc nimirùm eſt, quod Eſajas etiam vaticinatur, prædicens Eccleſiæ ædificationem, & honorem ejuſdem filiis à cunctis gentibus deferendum, dicens: *Honorem Gentium ſugetis, &* Eſ. 66. 12.
ſuper grabatis portabimini, & ſuper genibus nutriemini. Quæ tamen de futura filiorum
D Eccleſiæ felicitate exponenda ſunt: his nempè planè datum eſt, honorem & amorem omnium gentium ſugere, omnibus totius orbis populis eos tollentibus in humeros, v. 12.
& in eorundem amplexum ruentibus. *Dies eſt, quo veniat tempus tuum redeundi ab Aſſyria, & urbibus munitis gentium, a Tyro ad flumen uſque, & a mari uſque ad mare, & uſque ad montem Hor*. Idem per alios Prophetas promiſerat Deus illis verbis: *Si*
E *fuerint diſperſi tui Iſrael in extremis terræ, inde congregabo eos, dicit Dominus*. Quod quidem abundè præſtitit in ſancta Eccleſia; hanc enim congregavit die, quo Chriſtus apparuit. Totum quippè tempus œconomiæ Chriſti, diem unum appellavit. Collecta verò fuit Eccleſia ex omnibus gentibus errantibus, & ex omnibus finibus terræ, mariſque fretis, ad quas profecti Apoſtoli, v. 13.
F ipſis Evangelium annunciarunt. *Paſce populum tuum in virga tua*. Juxta hiſtoricum ſenſum Zorobabeli dictum accipitur, qui Dux populi conſtitutus fuit poſt Judæorum à captivitate reditum. *Paſce*, inquit, ô Zorobabel. i. e. Vide ut ſuavi utaris mitique dominatu. Juxta allegoriam completum eſt in Chriſto vero Paſtore, qui populum ſuum cum manſuetudine & clementia moderatur: *Habitent ſoli*. i. e. Non quaſi grex ovium ob vicinorum multitudi-

nem intra anguſtos clauſus limites, ſed adinſtar armenti per lata & pinguia Carmeli arva liberè errantis. *Paſcantur in Mathnin, & in Galaad.* i. e. Otio fruantur, & deliciis velut redeunte jam tempore ſuæ de terra Ægypti egreſſionis. *Quæ cum aſpexerint gentes, obſtupeſcent, & more talparum perturbabuntur à ſemitis ſuis.* Populus vid. Gog, qui cæſus fuit, & interiit, & quas menſus fuerat vias, non eſt remenſus. *Non eſt, o Deus, ſimilis tibi.* Sermo eſt Juſtorum Babylone revertentium: *qui condonas iniquitatem, & peccatum populi tui:* ſolutâ, quâ tenebatur, captivitate. *Neque retines iram in perpetuum,* ſed in tempus, quale quantum exigit juſtitia tua. *Revertetur, & miſerebitur noſtri* ſecundum miſericordiam, quæ facta eſt ſuper nos à principio. *Et colliget iniquitatem noſtram, & projiciet in profundum maris omnia peccata noſtra,* quibus exacerbavimus eum. Et parcet, & propitius erit iniquitati populi ſui. *Dabis veritatem Jacob, miſericordiam Abraham, quæ juraſti patribus noſtris a diebus antiquis,* à principio in diebus, quibus ſtatuiſti pactum cum illis, dicens: *Semini veſtro dabo terram hanc.*

v. 14.
v. 16.
v. 18.
v. 19.
v. 20.
Gen. 15. 18.

A
B
C

ܗܘ ܐ ܐ ܐ

& ipse Josedech, hoc est, Dei Justi, ductus est in desertum à Spiritu sancto Angelo Domini, ut tentaretur à Diabolo Satana. Quod autem idem Summus Sacerdos amictus apparet sordidis vestibus, id verò
Es. 53. 6. exposuit Esajas illis verbis: *Et in eo posuit Dominus iniquitates omnium nostrum*. Dum autem immundo amictu Angelo jubente idem exuitur, Jesu Christi pariter imaginem delineavit, qui totius Mundi peccata
1. Jo: 2. 2. tulit, & abstulit cum *factus est propitiatio pro peccatis nostris, nec pro peccatis nostris tantum, sed etiam pro totius Mundi*. Et per propitiationem ab ipso factam sordida illa indumenta nobis detracta fuerunt. Postremùm Jesus optimis induitur vestibus, mundamque cidarim accipit: id porrò Spiritus Sancti gratiam per divinam adoptionem nobis participatam adumbrabat. Subdit itaque: *Dixit autem Angelus iis, qui stabant coram se*, tegebantque latus summi
v. 5. Sacerdotis pro dignitate Sacerdotii. *Ponite cidarim mundam in capite ejus*. Scilicet dictum fuerat Pontifici, qui imminente jam
Es. 22. 25. captivitate hoc officio fungebatur. *Auferam à te thiaram*, i. e. ornamentum capitis tui. Ideò contrarium reponitur Pontifici Babylone revertenti, auditque Angelum juben-
v. 7. tem: *Ponite cidarim super caput ejus. Si in via mea ambulaveris, & mandata mea servaveris, tu judicabis domum meam, & custodies atria mea*. i. e. Tu præeris domui meæ, daboque tibi filios in locum tuum, meumque ministerium summittendos.
v. 8. *Audi Jesu, & amici tui viri admirabiles, qui habitant coram te: Ecce adducam servum meum Orientem*. Zorobabelem futurum orienti Soli similem, lucemque ministrabunt insignes victoriæ & facta illustria. Et hæc ex mystico sensu referuntur ad Jesum verum Salvatorem, qui nihilominus servus hoc loco appellatur, indè vid., undè per assumptam carnem exinanivit semetipsum, formam servi accipiens, nostramque similitudinem propter salutem nostram sua voluntate suscipiens. Orientem tamen appellavit, quo doceret, esse eundem paternæ gloriæ splendorem, & figuram hypostasis ejus. *Viri* proindè *admirabiles* Pontificis Jesu familiares Christi Apostolos ejusdem Discipulos repræsentant, quibus spiritus propheticus clarissimè Christum indicat, dicens: *Ecce ego adducam servum meum Orientem*. Quamquam alii per *viros admirabiles* designari hoc loco Prophetas opinantur. *Ecce*
v. 9. *lapis, quem dedi coram Jesu; super lapidem istum sunt septem oculi*. Lapidem dicit Principatum, quem tamen datum coram Sacerdote Jesu sic accipe, quomodo coram

Sa-

A Samuele adductum fuisse Davidem legimus. *I.Reg.16.13.* *Et septem oculi sunt in lapide*. Hi sunt antè memorati septem *viri admirabiles* ad regni custodiam excubantes, & quasi principis oculi, omnes reipublicæ partes circumspicientes. Rursùs. Septem oculi super unum lapidem, Ecclesiam designant ad septem spirituales contemplationes intromissam.

Ecce lapis, quem dedi coram Jesu. Super lapidem istum septem oculi sunt. Quem hîc audis lapidem, illum esse cogita Summi Sacerdotis insigne, laminæque aureæ inserebatur Pontificis caput cingenti adinstar coronæ. Idem unus erat, Deique nomen insculptum ferebat: hunc Propheta vidit exhibitum illi typico Jesu septenis subjectum oculis, ubi oculorum symbolo totidem Spiritus Sancti operationes designat. Hujusmodi porrò lapidem pro nobis, nostrique gratiâ accepit Jesus ille verus Salvator, atque Deus noster, noster Redemptor, Deique Verbum; venit quippè, & requievit super eum Spiritus Domini, sicut etiam per Esajam Prophetam idem Spiritus de ipso prædixerat illis verbis: *Egredietur virga de radice Jesse, & requiescet, & habitabit in eo Spiritus Dei, Spiritus sapientiæ & intellectus, Spiritus consilii & fortitudinis, Spiritus scientiæ & timoris Domini, & replebit eum Dominus Spiritu timoris Dei*. Hoc fert arcanus hujus loci sensus, undè etiam discimus cum Sacerdotii gratia septem Spiritus Sancti operationes esse conjunctas. *S.Jac.Edes. v.9.* *Es. 11. 13.*

B *Ecce ego aperiam portas ejus*, i. e. Jerosolymæ, *in perpetuum*. Diuturnam pollicetur pacem & securitatem. Atenimverò longè sublimiore modo patefactæ sunt fores Ecclesiæ juxta illud Esajæ vaticinium. *Aperientur portæ tuæ jugiter, & non claudentur, ut ingrediantur salvati à Domino*. *Ecce aperiam portas ejus, dicit Dominus potentissimus, & attrectabo, & tollam iniquitatem terræ illius eo die, & vocabit vir fratrem suum* C *subter ficum, & subter vitem*. i. e. Ad vastitatem & solitudinem redigam terram, & iterùm ad pristinam opulentiam & incolarum frequentiam referam, mihi tamen, ita vid. ut ad meum pariter obsequium reducam. Quamquam juxta aliam traditionem ita scriptum est: *Ecce fodiam foveam, dicit Dominus omnipotens, & attrectabo omnem iniquitatem terræ illius in uno die. In illo die, dicit Dominus potentissimus, vocabitis unus-* *v. 10.* *Es. 60. 11.* *v. 10.*

quis-

quisque amicum suum subter ficum & vitem. Secundum allegoriam fossionem foveæ aperitionem sanctissimi lateris dicit, illam cogita, per quam Dominus attrectavit, & vidit, i. e. planè manifestavit, & velut oculis omnium subjecit impietatem & injustitiam à maledicto & perfido populo Judæorum in Christum exercitam, & hactenùs occultatam. Fossionis ergò vocabulum mysticè usurpat pro transfixione seu perforatione lateris Christi Davidem exscribens:
Ps. 21. 17. *Foderunt*, inquit, *manus meas, & pedes meos*, i. e. *perforarunt*. Per istam itaque sanctissimi lateris sui aperitionem Christus totius Mundi peccata delevit, simul omnem patefecit Israelis nequitiam *in die uno*, illo nempè, quo in Cruce pependit, ejectisque primis illis vinitoribus novos substituit agricolas: idcircò ficus quoque & vitis mentionem intulit, quo vineæ culturam indicaret. *Et vocabitis unusquisque amicum suum subter ficum & vitem.* Spondet unumquemque proximo suo in multis utilem futurum, grata scilicet & jucunda communione bonorum, quæ sibi ipse collegerit.

CAP. IV. v. 2. *ET dixi: vidi candelabrum aureum, & lancem super summitatem ejus, & septem lucernas super illud.* Aureum quidem candelabrum juxta obviam interpretationem regnum significat, cætera portans omnia, lanx verò summitati ejus superposita Sacerdotii symbolum est, & septem lucernæ totidem in administranda republica adjutores, quales fuerant, regnante Ezechia, tales porrò erant hoc tempore septem viri Holdai, Tobias, Idajas, Josias, Aggæus, Malachias, & ipse Zacharias. Nihilominùs juxta spiritualem intelligentiam idem candelabrum typum sanctæ Crucis nobis describit: lanx verò ejus capiti inferta, Ecclesia est: septem autem lucernæ designant septem Rectores in Dei Ecclesia constitutos, putà Apostolos, Prophetas, Doctores, Patratores miraculorum, Antistites, quibusve credita sunt dona curationum, & Adjutores.
v. 3. *Et ora septem singulis lucernis. Duæ quoque oleæ erant ad dexteram, & ad sinistram lancis; & dixit mihi, isti sunt filii pinguedinis, qui adstant coram Domino universæ terræ.* Ideò singulis lucernis septena adduntur ora, quo intelligatur laborem singulorum singularem non fuisse, cunctis curam communicantibus cum singulis. Geminæ porrò Oleæ ad dexteram, & ad sinistram lancis utrinque dispositæ geminos populi Principes designant Jesum, & Zorobabelem, quorum alter unctus fuit ad Principatum, ad Pontificatum alter.

A alter. At ſpiritualis ſenſus per ſeptena ora ſingulis lucernis adjuncta, notat Eccleſiaſticarum inſtitutionum ordinem ad populum, atque ejuſdem moderatores erudiendos compoſitum. Geminæ proindè Oleæ dexteram & ſiniſtram lancis tegentes, ambo teſtamenta deſignant, & utramque politiam, Sacerdotum, & Principum, & duo filii pinguedinis, i. e. filii unctionis, utrumque populum Judæorum, & Gentium.

B

Filii pinguedinis ſtantes coram Domino univerſæ terræ. Univerſo Iſraeli præſidentes Regem & Sacerdotem filios unctionis appellavit. Reges quippè & Sacerdotes ſacro oleo linebantur futuri totius populi moderatores; Prophetæ verò ſicubi ſacra unctione inſtituebantur, hæc ceremonia nec abſolutæ nec univerſalis poteſtatis ſignum fuit, ſed ſingularem aliquam Spiritus Sancti operationem ſignificabat, quemadmodum Paulus diſtinxit, & docuit ſcribens: *Diviſiones gratiarum ſunt, & huic datur talis operatio, & illi talis altera*. *S. Jac. Edc. v.* 14. *I. Cor.* 12. 6.

C *Hic eſt ſermo Domini, qui factus eſt de Zorobabele: neque vi, neque robore, ſed tantum ſpiritu meo, dicit Dominus potens.* i. e. Quæ Zorobabel meditatur, etiam perficiet, attamen non ſuâ virtute, ſed ſpiritu meo in ipſo agente, ejuſque conatus ſecundante, quod olim etiam Samſoni accidit. *Quid es tu, mons magne, coram Zorobabele? niſi quaſi planities.* i. e. Quanti es tu, populE Gog, ut magno monti te ſimilem dicant, quidve contra Zorobabelem agere te poſſe reris? Dum in illum incurſas, quaſi diffractus mons; magnus mons tibi videris, vallis es. *Et protulit lapidem primarium æqualitatis & miſericordiæ.* *Æqualitatis* quidem futurum namque erat, ut omnes Tribus, poſitis odiis, unâ mente Zorobabelem Ducem ſequerentur. *Miſericordiæ* verò, quo indicat ejuſdem dominationem ſubditis gratam futuram, quippè mitem, & admodùm utilem ob victorias eo Duce reportandas. *Manus Zorobabel poſuerunt fundamenta domus hujus, & manus ejus perficient eam, & ſcietis quia Dominus omnipotens miſit me ad vos.* i. e. Quadraginta annorum labore inſtaurabitur domus Domini curâ, induſtriâque Zorobabelis. Et verò juxta rerum geſtarum hiſtoriam, quæ tamen gerendarum figura erant: Propheta loquitur de templo, quod reduces Babylo- *v.* 6. *v.* 7. *v.* 9.

D

E

ne Judæi Zorobabele Duce reædificarunt; verus tamen ſenſus, & à ſpiritu intentus Chriſtum in Zorobabele repræſentat; ab ipſo enim ſecundum aſſumptam humanam naturam originem duxit, filius enim Davidis per Zorobabelem Chriſtus fuit. In templo autem Eccleſiam exhibet, cujus ædificium per fidem in Chriſtum conſummatum eſt in cunctis ubique gentibus: in Chriſtum namque credentes, Diaboli, mortiſque ſervitute liberatæ in unam coivere domum in Chriſti Eccleſiam. *Iſti ſunt ſeptem oculi Domini, qui intuentur univerſam terram.* Illi vid. oculi, quos vidiſti ſuper lapidem, ſuntque ſeptem Reipublicæ Moderatores, qui divinæ voluntati obſequentes ſua excercent officia, ut decet ſanctos. Juxta ſpiritualem verò ſenſum ſeptem oculi univerſum Mundum ex ſe pendentem circumſpicientes, ſeptenæ ſunt operationes, quibus ſpiritus præſentiam ſuam declarat. *Et videbitis lapidem diſcretionis in manu Zorobabel.* Senſus eſt: *Videbitis* vos Judæi *lapidem diſcretionis*, lapidem vid. ſtanneum, quo utuntur artifices ad diſcernendam aſſurgentium parietum rectitudinem & obliquitatem. Hoc ſcilicet ſymbolo fortia & admiranda opera deſignat à Zorobabele perficienda. Cæterùm mihi videtur lapis ille ſpiritum Domini ſignificare: ſubdidit enim Angelus: Hi ſunt oculi Domini. *Roſtra effundentia aurum*, ora Sacerdotum ſunt & Regum, modò vera nuncient.

v. 10.

CAP. V. v. 2. 3. VIDI *volumen volans, longitudo ejus viginti cubitorum, & latitudo ejus decem cubitorum; & dixit mihi: hæc eſt maledictio, quæ egreditur ſuper faciem omnis terræ.* i. e. Ad diſſipandam omnem terram propter incolarum ſcelera. Volumen Propheta videt, & Emmanuelem contemplatur, ejus nempè carnem de Cruce pendentem. Si quis contrà opponat affictum volumini maledictionis nomen, is porrò

Gal. 3. 13. acquieſcat Apoſtolo dicenti: *Ipſe factus eſt pro nobis maledictum.* Quod autem longitudo ejuſdem cum latitudine computata ad tricenos cubitos procederet, quodve Judæorum terram in ſolitudine & vaſtitate tenuerit ad annos ſeptuaginta, itèm myſterium eſt, indicans crimen triginta argenteorum à Judæis proditori ſolutorum, hujuſque delicti pœnam Civitatis deſolationem uſque ad finem perſeveraturam juxta Danielis oraculum. *Et dixit, quia quicumque furatur, ab eo ſecundum ipſum juſtificabitur*, i. e.

Dan. 9. v. 4. juſto judicio plectetur. Iſtud ergo *volumen educam, dicit Dominus, & ingredietur domum furis, abſumetque ligna & lapides ejus.* Ex

Ex his porrò colligitur quisnam fuerit hoc loco Prophetæ scopus. Hebræi nimirùm postquàm solutâ captivitate redierunt ad propria, etsi ad observantiam divinæ Legis frequenter excitarentur, Sacerdotes tamen talia suggerentes auribus picatis & obtusis audiebant, nec ideò minùs furabantur, pejerabant, & fraudes fraudabant. Dei porrò mandata ejusmodi flagitiis obsistentia excogitatis pro libidine interpretationibus elidere conabantur. Non hoc vitio nobis vertetur, ajebant, quod inviti compellimur inopia, concipere fraudes, & furta facere; ex necessitate namque furantes & fraudantes non requirit Deus. Idcircò *volumen* per aera *volans* talia perpetrantibus ostendit Angelus, tanquam à Deo missum, descriptamque in eo pœnam declarat furibus & perjuris statutam. *Rursus ostendit mihi Angelus, qui loquebatur in me, mensuram, dixitque mihi, hæc est mensura, in qua continentur peccata totius terræ: & ecce talento plumbeo sublato, mulier quædam sedebat in ea mensura*. Kiolto aridorum mensura est ex affini, & ferè synonymo vocabulo Kailo derivatum. Ejusmodi porrò Prophetæ oblata species arcanam ejusdem notionem inspicienti significat peccatorum numerum, & pondus, atque mensuram. Quocirca scriptum est: *Nec dum completa est mensura iniquitatum Amorrhæorum*, & Dominus ad Judæos, *vos*, ajebat, *implete mensuram patrum vestrorum*. Hujus igitur arcani velut proprium symbolum ordinariam aridorum mensuram Prophetæ Angelus ostendit, & statim adjecit, eadem claudi, continerique hominum peccata. Cæterùm causam, ob quam illa ostensa fuerit, hanc fuisse reor. Quum filii Israel Babylonico carcere exempti, patrioque solo restituti, nihilo minùs infestos haberent vicinos populos, ita animis ceciderant, ut palàm dicerent: Nostra, Majorumque crimina nobis adhuc usque hærent, ut vix sperandum sit, fore aliquando ut Deus noster nostri misertus inimicarum gentium incursationes à nobis prohibeat. Quonam ergò operæ pretio ædificandæ civitatis ac templi laborem suscipimus, utique nihil profuturum, cœptum ædificium hostibus continuò disturbantibus? Idcircò Deus Prophetæ simul ostendit mensuram, eique insidentem mulierem peccati symbolum, simul planè denunciat, hanc nequaqàm in eo, in quo apparebat, loco mansuram, sed asportatum iri Babylonem, quæ nempè filios Israel admodùm vexaverat, & illi hæsuram usque ad interitum. Interea verò dum circa peculiare Israelitarum peccatum quid sibi statutum sit, Deus declarat

rat, innuit communem generis humani noxam se omninò deleturum, hoc scilicet significat mulieris Babylonem deportatio & perpetuum exilium. Lapis ergò plumbeus mulieris ori impositus, Dominum nostrum adumbravit, hic enim unus peccati fauces obstruxit, impedivitque quominus exinceps
v. 9. viventium animas devoraret. *Et ecce duæ mulieres egrediebantur, & spiritus in alis earum*, quæ dum mulierem peccati symbolum efferunt, & Babylonem asportant, Dei judicium & justitiam nobis repræsentant; itèm geminos Prophetarum & Apostolorum ordines, istorum quippè opera peccatum amotum fuit, & in mysticam Babylonem relegatum. *Habebant autem alas similes alis Ciconiæ. Et dixi, quonam deferent hanc mensuram? Et dixit mihi, ut astruant ei domum*
v. 11. *in terra Babylonis, & stabiliant eam, & ibi collocent*. Alas mulierum Ciconiæ pennis similes fuisse dixit, quo ostenderet in utroque regno Judæ & Israelis, horum nempè symbola erant, talem fuisse peccandi libidinem & consuetudinem, ut quâcumque datâ occasione flagitiis sceleribusque, velut proprio nido involare viderentur. Consequenter ergò respondet Angelus, *ut extruant ei domum in terra Babylonis* &c. Quibus notat Hebræorum nequitiam & infidelitatem, Apostolorum & Prophetarum opera dispulsam, etiam post captivitatem ipsis ex parte hæsuram, & duraturam usque ad Antichristum Babylone regnaturum.

CAP. VI. ET *Ostendit mihi quatuor currus, & duos*
v. 1. *montes æneos, quorum de medio prodibant currus*. Videtur ejusmodi quadrigarum species non male congruere cum interpretatione quatuor animalium currus Cherubici, & erumpentium de medio Paradisi fluminum. Arcanam tamen hujus symboli
v. 5. notionem statim exponit Angelus: *Hi sunt*, ait, *quatuor venti Cœli*, &c. quatuor scilicet Monarchiæ, quorum opera Deus uti decreverat ad vindicanda hominum scelera, dum peccatores, quod ventis accidit, inter se confligunt, & colliduntur, ut pereant. *Vidit autem stantes coram Dominatore totius terræ* ire paratos quoquoversum ab eo
v. 6. mitterentur: *vidique in quadriga prima equos rufos*, i. e. Chaldæos primæ Monarchiæ conditores: *& in secunda equos nigros*, Persas egredientes in terram Aquilonis, *& pone sequentes equos albos*, Macedones, à quibus duobus populis eversum est Chaldæorum imperium, & Babylon funditùs excisa: Hæc porrò Prophetæ ostenta per speciem offerebantur, quæ possent dejectos Judæorum animos erigere, quum indè intelligerent nihil ipsis inpo-

A inpoſterum à Chaldæis metuendum: *& varios egredientes ad terram Auſtri*, i. e. ad regiones Chananitidi Auſtrales, puta Idumæam, Arabiam, & Ægyptum; ſignificat præter Judæorum Duces, etiam Imperatores Romanorum, alioſque populos, à quibus Idumæi, Arabes, & Ægyptii malè conciſi fuere, & quidem non immeriti, poſt diſturbatam Jeroſolymæ inſtaurationem. Conſtat ſiquidem eas præ cæteris nationes B Judæis Babylone reverſis hoc tempore maximè infeſtas fuiſſe. *Et rufi quæſiverunt*, v. 7. *& inducti ſunt ad obambulandam terram*. Hæc ſunt conferenda cum illis. *Faciam ultiones meas in Idumæa. Ad obambulandam autem terram inductos* dixit, quo intelligerent Judæi tempus Idumæorum, atque aliarum ſibi inimicarum gentium punitioni definitum adventare, ac propè adeſſe.

Quadrigæ quatuor quatuor regna ſignificant naſcitura ex Macedonum Monarchia, qui Perſis ereptum orbis imperium ad Græcos tranſtulerunt; quod tamen longè poſt Zachariæ Prophetæ ætatem contigit. Porrò iſta quatuor regna de medio duorum montium æneorum proditura dixit, quoniam Alexandri regnum apud Danielem æri comparatum fuerat. Alexander enim eſt ille, qui in ſtatua Nabuchodonoſori oſtenſa per ventrem & femora ærea deſignabatur, & ipſi Danieli ſub ſpecie arietis ſeu hirci præmonſtratus fuerat, atque in altera viſione beſtiarum appellatur Pardus quatuor alarum. Ea autem prodire, traducique, *Sancti Fac. Edeſſeni.*

ait, ex duobus montibus, quia conditum ab Alexandro imperium à duobus præcipuè populis maximè propagatum fuit Græcorum vid., & Ægyptiorum, qui Græcis juncti Persas profligarunt. Cæterùm quatuor regna quatuor ventos idcircò videtur appellasse Angelus ille interpres, quod quatuor plagas terræ Israelitarum essent occupatura. Primum namque Orientem obtinuit, totum nempè illum terrarum tractum, qui ab urbe Antiochia ad Indorum fines porrigitur. Secundum Australes provincias, Alexandriam vid., & omnes Ægypti regiones Æthiopiam usque. Tertium Occidentales, Epirum scilicet, & adjacentes maris insulas. Quartum Boreales, Macedoniam, ipsique subjectam ditionem. Ista videntur significare quatuor quadrigæ egredientes & stantes coram Domino totius terræ juxta historiam, & rerum gestarum veritatem nostris sensibus patentem, quæ tamen spiritualis intelligentia sicut cæteras hujus loci visiones ad Apostolos transfert, tum quum à suis abstracti domiciliis Christo se obtulerunt, qui universæ terræ sic verus est Dominus, ut verus est Conditor, & ab eodem missi sunt ad promulgandam Evangelii legem illis verbis: *Ite, docete, & baptizate omnes gentes*. Indèque profecti sunt ad quatuor Cœli ventos, quemadmodum prædixit Angelus, dum sub specie quatuor curruum, quatuor Evangelistarum symbola Prophetæ monstraret. Iidem porrò ab urbe Jerosolyma ad Aquilonares provincias procurrerunt, ad Græcorum terras, ubi Dæmonum, & Diaboli error maximè invalescebat, & contra Deum
v. 8. efferebatur. Istos ergò Deus designat, dum ait, *Ecce qui egrediuntur ad terram Aquilonis requiescere fecerunt furorem spiritus mei in terra Aquilonis*. Hæc esto loci hujus expositio paucis pro modulo epistolæ indicata.

v. 9. *Et factum est verbum Domini ad me di-*
v. 10. *cens, sume tibi à transmigratione ab Holdai,*
v. 11. *& à Tobia, & ab Idaja, & ingredere in domum Josiæ filii Sophoniæ, qui venit de Babylone, & accipe hujus argentum & aurum, & confice coronam, & impone capiti Jesu filii Josedech Sacerdotis magni*. Iterùm Pontificiæ dignitatis amplificandæ resumit curam, summoque Sacerdoti Jesu coronam auream decernit, coronæ materiam aurum à Justis Babylonica defunctis captivitate donatum accipit. Nam etsi opus in ædibus Josiæ cœptum dicitur, omnes tamen, quos antè nominavit, eidem perficiendo operam & aurum contulerunt, tum quòd Pontifici ejusmodi decus optarent, tum quòd sibi vellent in templo Domini pium hoc monimentum extare. *Ecce vir, & nomen ejus*
v. 12. *Oriens*. Zorobabel est, cui spiritus vaticiniis & auctoritate Aggæi & Zachariæ gloriam, & quasi orientis Solis splendorem contulit. *Et ipse de sub orietur*: vel quòd à Dario absolutam potestatem hactenùs non accepit, & posteà accipiet; vel quod à populi Gog ruina assurget, & magis convalescet. *Et ipse extruet templum Domini*,
v. 13. sumptus vid. & expensas sufficientibus populi Gog spoliis. *Ipse accipiet gloriam* à victa, dissipataque gente Magog. *Et sedebit, & dominabitur super solio suo*, firma & stabili dominatione, quâ nemo illum dejiciat. *Et Jesus erit Sacerdos super solio suo, & consilium bonum erit inter illos duos*. Significat concordiam & pacem timore Domini firmatam inter Jesum filium Josedech, & Zorobabelem populi Principem & Ducem. Cæterùm quæ hîc de Zorobabele per varia

sym-

ſymbola prædicantur, per allegoriam prædicta accipiuntur de Chriſto, quum ipſe ſit verus Oriens, & ortus ex Patre ſplendor: ex quo autem nobis corporali ſpecie apparuit, appellatus eſt *Oriens*, & ex quo humanam carnem aſſumpſit, dictus eſt *Vir*: dicitur verò oriturus *ab infra*, eo quod de Virgine erat naſciturus, idemque domum Domini ædificavit, quæ eſt Eccleſia, & gloriam, & excellentiam accepit, & ſedem, & dominabitur in ſolio ſuo in ſempiternum. Quæ autem ſequuntur: *Et erit Sacerdos ſuper ſolio ſuo, & erit conſilium pacis inter illos duos*. Per quandam comparationem accommodare licet ad Diſcipulos ipſius *Orientis*, quos idem Sacerdotes inſtituit, & dixit amicos, ipſiſque promiſit in regno ſuo thronos, & poteſtatem judicandi Tribus Iſrael. Coronam itaque ex auro argentoque fabrefactam à quatuor Principibus donatam, Evangelii doctrinam vitæ pharmacum eſſe intellige à quatuor Evangeliſtis ſcripto traditam, & voce promulgatam: ea autem componitur ex duplici tractatione, quarum altera circa naturam humanam Chriſti verſatur puro argento puriorem: altera circa ejuſdem divinitatem terſiſſimo auro adumbratam. *Et qui procul ſunt venient, & ædificabunt templum Domini*. Arabes vid., & Ammonitæ, & Azotii, qui Judæos ſubſannabant, dicentes: Undè & quorumnam opera vos illud ædificabitis? Myſticè ſignificat populos, qui procul aberant à ſcientia Dei, quâ cum imbuti fuiſſent, convenerunt, atque in Chriſti Eccleſiam ædificati ſunt per fidem. *Et ſcietis quia Dominus fortis miſit me ad vos, ſi audieritis vocem Domini Dei veſtri*. In his verbis tres perſonas Trinitatis vides, Spiritum, qui per Prophetam loquitur ex perſona Filii, & Filium, qui ſe miſſum dicit, & Patrem Dominum fortem, à quo miſſus eſt. v. 15.

CAP. VII. v. 1. *ET contigit anno quarto Darii Regis, ut eſſet ſermo Domini ad Zachariam in quarta menſis, qui eſt Conun* (December). Quoniam Judæi Babylone morantes ob templi, ac urbis excidium quædam ſibi indixerant jejunia menſibus ſcilicet quinto, qui noſtro Julio ex parte reſpondet, quo templum incenſum fuerat, & ſeptimo, quo Godolias Dux reſidui in Judæa populi à Chaldæis creatus, à ſuis fuerat interfectus, miſſis Jeroſolymam Legatis Prophetas, & Sacerdotes conſulebant. Num ſolutâ captivitate, ea jejunia continuare deberent? Non enim ſibi fas eſſe opinabantur, Babylone lugere, fratribus in Judæa gaudio exultantibus.

tibus. Legatis reſpondet Deus per Zachariam Prophetam, jubetque ſuis, à quibus miſſi fuerant popularibus iſta referre: falli eos, qui crederent ſe ideò captivitatem illam ſuſtinere, quod ea facerent, quæ Deus non juſſerat, tantæ ergò calamitatis eam ſolam cauſam fuiſſe, quòd illa, quæ idem juſſerat, & obſervari volebat, Judæi negligerent. Hoc nimirùm declarant illa
v. 5. Dei verba: *Jejunaſtis, & planxiſtis in menſe quinto, ut dicitis, jam per ſeptuaginta annos: Numquid jejunium jejunaſtis mihi?* Quum ego tale jejunium neutiquam præceperim. Non ego de jejunio verba feci per Prophetas ante vel poſt captivitatem, ſed illud ubique majoribus veſtris etiam atque etiam
v. 9. inſtiti inculcare, *ut verum judicium judicarent, & gratiam, & miſericordiam ſibi mutuo facerent* &c. Quod utique illi non fecerunt. Quamobrem iratus ſuis eos expuli terris, & in alienas abjeci; repulique vocantes me in captivitate, quandoquidem ante captivitatem vocanti mihi obſecuti non ſunt.
v. 11. Id nempè ſignificant quæ ſequuntur. *Humerum ſuum rebellem reddiderunt, & aures*
v. 12. *ſuas obturaverunt, & cor ſuum fecerunt ut adamantem.*

CAP. VIII. HÆC *dicit Dominus: Conſolabor in Sion, & habitabo in medio Jeruſalem.* Exponit quod dixerat: *Zelatus ſum Sion* affli-
v. 3. ctam *in indignatione magna*, quam habeo adverſus ejuſdem everſores. Miſericordia motus revertar ad Sion, miſeriis & calamitatibus oppreſſam ſublevaturus, & Jeroſo-
v. 25. lymam inhabitabo. *Multiplicabuntur in ea ſenes, & plateæ Sion implebuntur.* Judæos mœrentes malis, quæ in patriæ excidio, ſuaque captivitate perpeſſi fuerant, Propheta conſolatur, prædicens inimicos exterminandos, ipſos verò ab hoſtili infeſtatione & cædibus tutos fore: ſed & mox ſuccreſcente ſobole, præteriti ante captivitatem temporis numerum, civiumque frequentiam reparaturos: vitæ inſuper ſpatia ad extremam uſque ſenectutem producenda promittit, domoſque Jeroſolymæ implendas ſenibus, & fora pueris, puelliſque tripudiantibus, choroſque ducentibus, quod in ampliſſimo ſtatu collocati, fortuna, vitaque periclitari deſiiſſent. *Ecce adſum liberaturus populum meum ab Oriente, & occaſu*
v. 7. *Solis; & erunt mihi populus in Jeruſalem,*
v. 8. *qui cunctis gentibus ſervi fuerunt. Sementis erit in pace, & vitis dabit fructus ſuos.*
v. 12. Sicut fuiſtis in maledictionem uſque ad diem, quo jacta ſunt fundamenta Domus Domini, ita deinceps benedicemini; confortentur itaque manus veſtræ, & adverſarios omninò

nò ne timeatis. Hæc, Judæorum Legatis præsentibus, Propheta locutus, viaticum abeuntibus adjecit solutionem propositæ quæstionis, ex sermone Domini sic eos affatus: *Jejunium quartum, jejunium quintum, jejunium septimum, & jejunium decimum erunt Judæis in exultationem, & lætitiam, & in fausta solemnitates*. i. e. *Jejunium quartum & quintum* &c. Judæis peculiariter indicta fuisse, non item gentibus, eadem nihilominùs non luctum, & mœrorem ipsis allatura, sed exultationem & lætitiam. *Amodo venient populi, cives urbium multarum; & ibunt cives unius ad alteram, & dicent: agite eamus ad orandum coram Deo*. Hîc narrare incipit pium populorum ad Deum conversorum studium post contritionem populi Gog. *Iis diebus prehendent decem viri fimbriam viri Judæi* &c. Postquam à Solymitis dissipatus fuerit populus Gog, hujusque victoriæ fama longè latèque manaverit, sicut septem mulieres unum virum prensabant, cum eversa à Chaldæis Judæorum republica, virisque magnam partem cæde, fame, ac tabe consumptis, feminæ in captivitatem ducerentur, sic decem homines infideles hominis Judæi fimbriam prensabunt cum ad fidem conversi fuerint.

v. 19.
v. 20.
v. 21.
v. 23.

CAP. IX.

Sermo Domini de terra Hadrach, & Damasci oblatione ipsius. Oblatam Deo hostiam dicit habitatores Hadrach & Damasci, siquidem Domino curæ est totius generis humani administratio, nihilo minùs quàm Tribuum Israel gubernatio. *Emath quoque se illi confinem junget*: sociam se addet in hoc scelere, quod Damasceni perpetrabunt. *Et ædificavit sibi Tyrus munitionem, & coacervavit argentum quasi humum. Propterea Dominus perdet eam, & projiciet in mare divitias ejus*: quam scilicet olim proculcandam dedit *equis rufis*, qui antehac *egressi sunt, & perambulaverunt terram*; iterùm *equis albis* subjiciet, i. e. Macedonibus sub Alexandro, *quia dereliquit Dominum* suis confisa præsidiis. Similiter opes, quas suorum negociatorum, nautarumque opera ex aquis collegit, perdet aquis, vicino pelago hauriendas. *Et peribit Rex à Gaza*. Exponit quod dixit: *Gaza infirmabitur admodum*. Indè fiet, ut quibus assuevit vitiis, inposterum absistat. *Et Ascalon non habitabitur*. Habitatoribus aliò migrantibus, quod Tyri casum intuentes, similem sibi exitum præsagirent. *Et habitabunt exteri in Azoto, & perdam superbiam Philisthinorum, auferamque sanguinem eorum ex ore ipsorum, & immunditiam eorum è dentibus ipsorum; & manebunt ipsi quoque*

v. 1.
v. 2.
v. 3.
v. 4.
v. 5.
v. 6.
v. 7.

Domino noſtro: *Et Accaron erit ſicut Ebron*. Populos Accaron, & Azoti, & eorundem Gentiles Paleſtinæ incolas Eccleſiæ Chriſti tandem aggregandos prædicit, quorum ſuprà pudefactam ſpem, & confuſam arrogantiam dixit: puduit nempè ipſos Diis ſuis deinceps confidere, poſtquam unà ſecum
v. 8. in captivitatem abductos aſpexere. *Et conſtituam ſuper domum meam præfectum contra tranſeuntem & revertentem*, qui nimirùm ultrò, citròque diſcurrentes hoſtes cohi-
v. 9. beat. *Exulta vehementer filia Sion*. Duas civitates ſignificat, illam nempè Sionem, cuivis aſpectabilem, quam David Solymæ adjecit, ſuamque dixit civitatem; & myſticam, Eccleſiam vid. terreſtrem, & cœleſtem. Quod ergò ait: *Exulta filia Sion* &c. Ad Sionem ſuis præſentem oculis Propheta dirigit, huic namque ſuprà prænunciabat capiendas, atque funditùs exſcindendas civitates Philiſthinorum, puta, Azotiorum, Aſcalonitarum, &c. qui filios populi Dei, Jeroſolymæ præſertim cives vexabant, templique ædificium, & dirutæ urbis reparationem diſturbabant. Potiora adhuc Eccleſiæ prænunciat, certum de ſua ſalute gaudium & lætitiam, prædicens ipſum Dominum venturum ſalutis humanæ reparatorem, atque inter homines ſui imperii ſedem & domicilium collocaturum. *Ecce Rex tuus veniet tibi*: Venit utique, & intravit Jeroſolymam, à qua tamen receptus non eſt; quare ad Eccleſiam divertit, & in medio gentium domum, ſedemque delegit, quippè quæ & per fidem agnoverunt venientem, & liberaliter ſuſceperunt. *Juſtus, & humilis, & Salvator*. *Juſtus* planè, *qui peccatum non fecit, nec inventus eſt*
Eſ. 53. 9. *dolus in ore ejus*, ſicut Eſajas de illo te-
*I.Pet.*2. 22. ſtatur, & ipſe Judæis dixit: *Quis ex vo-*
*Jo.*8. 46. *bis arguet me de peccato?* Idem verè *humi-*
*Matt.*11. 29. *lis*, vera namque ſunt, quæ de ſe ipſe affirmat, *mitis ſum, & humilis in corde meo*. Itèm *Salvator*, cunctis nempè populis, & populo ſalutem attulit. *Sedens ſuper pullum filium aſinæ*. Et iſtud teſtantur Hebræi, & Gentiles, quicumque ad diem feſtum Jeroſolymam convenerant, & Dominum pro ſua humilitate pullo vectum ſpectarunt. Myſticè, pullus deſignat novum populum, ex variis gentibus coalitum, & in unam conſentientem fidem, quâ credimus in eum, qui propter noſtram ſalutem eo ſe demiſit, ut ad infima noſtra deſcenderet: hac igitur certiſſima perſuaſione ducti ſubmiſere cervices, ejuſque imperio ſubjecere, ut verum ſit Chriſtum in Gentibus, & ſuper Gentes
v. 10. inſediſſe & requieviſſe. *Et diſperdet quadrigam ex Ephraim, & equum de Jeruſalem*.

Ipſi

A Ipſi Hebræi cauſam dedere, quando in Chriſti adventu exultare & jubilare noluerunt vel invitati. *Quadrigam* hîc & *equum* appellat imperium, & imperii nervos, exercitum, & pecuniam: conſtat enim quo tempore manifeſtatus eſt Chriſtus, Hebræos regno ſpoliatos Gentili populo parere, & vectigalia pendere coactos fuiſſe, ut perindè verum ſit, ipſis eodem tempore *ablatum fuiſſe arcum ſuperbum* bellicæ virtutis.

B Ephraim porrò & Jeruſalem Propheta junxit: duo ſiquidem regna olim fuere, quæ in unum poſteà coaluere paulò ante Chriſti adventum. Cum enim ſub Roboamo filio Salomonis in duas partes ſciſſi fuiſſent filii Iſrael, decem Tribus, excuſſo jugo Judæ, & familiæ juſti Davidis, Jeroboamum ſibi Regem crearunt, qui in urbe Samaria regni ſui ſedem fixit, quo tempore Jeroſolymæ regnavit Roboamus, coactus con-

C tinere ſe intra fines propriæ Tribus, quæ ſola in fide permanſerat. Huic tamen poſtremo, ut dixi, tempore reconciliatæ ſunt Ephraimitarum familiæ, filii Joſeph, & in unum omnes Tribus Iſrael iterùm coivere populum. *Et loquetur pacem cum gentibus*. Hoc teſtatur Crux ejus, in qua pependit propter peccata gentium; hiſque iterùm locutus eſt pacem, miſſis Diſcipulis,

D qui Evangelium ſalutis ipſis annunciarent, & Baptiſmi gratiam conferrent. Rurſùs per ſuam in Cruce mortem inter populos & populum, Judæos, & Gentiles pacem compoſuit, & inferos ſuperis reconciliavit. *Et* v. 11. *tu in ſanguine Teſtamenti tui ſolviſti vinctos de lacu, in quo non eſt aqua*. Adamum, & Evam inferno detentos carcere, in quo non eſt vita, vinculis exemiſti, & eduxiſti de lacu interitus per pium ſanguinem,

E quem fudiſti de latere tuo in Cruce Teſtamenti tui. *Manete in munitione vincti Eccle-* v. 12. *ſiæ, & pro uno die duos rependam vobis*. Pulchrè quidem *munitionem* appellat ſuorum præceptorum ædificium; *vinctos* autem quoſlibet, qui fide & caritate corpori Eccleſiæ coaluerunt; æquiſſima verò liberalitate rependit duplicem mercedem, leges, quibus nos adſtrinxit, minime negligentibus.

F *Quoniam tetendi arcum meum ſuper Judam,* v. 13. *& implevi eum ſuper Ephraim, & ejaculatus ſum filios tuos, Sion, in filios tuos, Græcia*. i. e. Dedi *arcum meum* filiis Judæ, poſtquàm decrevi Sionis filios ſupra filios Græcorum, Antiochi milites attollere. *Feci te Juda & Ephraim quaſi gladium acutum*, quo alacres, intrepidique gentes adoriamini, & diſſipetis. *Et Do-* v. 14. *minus Deus ſuper eos manifeſtabit ſe, & exibit jaculum ejus ſicut fulgur*, utique contra

tra gentes populo ſuo inimicas. *Et abibunt, & ſubjicient ſicut lapides in funda.* i. e. Diſperdent gentes, diſpergentque quaſi projectos funda lapides, *quaſi anguli in altari.* i. e. Quemadmodum protegitur altare, in quo locatum eſt Propitiatorium Arcæ fœderis ſuperpoſitum, ſic Dominus populum ſuum in ſuæ tutelæ præſidium adſciſcet: *quia lapides erant ſancti.* Erant planè electi, & ſancti, de ſancta quippè rupe exciſi, de ſtirpe vid. Abrahæ nati, ſed in præſenti velut inutile ſaxum in terram projecti, diſperſique luunt ſcelerum ſuorum pœnam. *Quàm bonum, & quàm pulchrum adoleſcentibus frumentum, & vinum virginibus afferens jucunditatem.* Animas deſignat Cœlibes, quæ ſatorem vitiorum Diabolum repulerunt, propriæque formæ venuſtatem incorruptam ſervarunt, his nempè botri in Cruce pendentis vinum reſervatur, admirabilem utique jucunditatem ipſis allaturum.

CAP. X. *Divini viderunt mendacium, & in vanitate conſolabantur*, per ſomniorum deliramenta populum inani ſpe pacis lactantes. *Contra paſtores iratus eſt furor meus, viſitabo eos*, ad pœnam, *quum ad gratiam viſitavero gregem meum*, domum Juda; *viſitabit enim Dominus gregem ſuum domum Juda. Et faciet eos quaſi equum ſuperbum in bello*, i. e. intrepidos, ut nullum deinceps pertimeſcant hoſtem. *Ex ipſis erit angulus*, Sacerdotes: *ex ipſis clavus*, Reges: *& ex ipſis arcus*, Duces & milites: *& ex ipſis egredientur omnes Principes eorum.* Myſticus ſenſus repræſentat Diſcipulos Chriſti, & multiformis gratiæ ejus bonos diſpenſatores, quos divinus Paulus enumerat. *Et pudefient aſcenſores equorum, & liberabo familiam Joſeph.* Equites Græci ſunt, Syriæ Domini, Judæorum hoſtes. Propheta domum Joſeph vocat Tribum Ephraim, & huic fœderatas Tribus Samariæ Regibus olim ſubjectas. Hanc etiam Hebræorum partem Deus ſe liberaturum promittit ab invaſione Græcorum, & victores Jeroſolymam revecturum: dixerat nempè eoſdem divino adjutorio protectos *bello dimicaturos, & pudefacturos aſcenſores equorum*, eâ planè fœlicitate, quâ Joſue ex eâdem Tribu Dux fortiſſimus Chananæos olim vicit, & diſſipavit. *Et multiplicabuntur ſicut antea multi fuerunt.* Multiplicata ſobole in eam copiam propagabuntur, quâ, Davide regnante, floruerunt. *Et educabunt filios ſuos, ut creſcant*

v. 15.
v. 16.
v. 17.
CAP. X. v. 2.
v. 3.
v. 4.
I. Cor. 12. 9. v. 6.
v. 8.
v. 9.

A *ſcant in mille millia, & reducam eos de terra Ægypti*, quotquot hactenùs exules fuerunt, *& ex Aſſyria, & de cunctis terris. Et congregabo eos, & ad terram Galaad, & Libani adducam eos, & non ſufficient eis.* In eam quippè ſuboleſcent multitudinem, ut ipſis propriæ hæreditatis terra haudquaquam ſuffectura ſit. *Per mare tranſibit anguſtia.* Affliget Dominus gentes, quas hìc per mare deſignat. *Convertet in mari* B *fluctus.* Qualiter concitatum ventorum vi ſalum devolvit undas; ſic Dei præcepto exagitatæ gentes populum ejus reddere compellentur. *Et confundentur profunda fluminis.* i. e. τα δογματα Edicta Principum inhibentia captivis Hebræis ab ipſorum ditione receſſum. *Ceſſabit faſtus Aſſur*, quo tumebat, quum Hebræos in ſuis terris captivos teneret. *Et imperium* C *Ægyptii deficiet*, quod uſque ad hoc tempus in Hebræos exercuit.

v. 10.

v. 11.

CAP. XI. v. 1. *Aperi, Libane, portas tuas* clauſas mihi huc uſque fores reclude, populе Gentilis: *&* D *comedet ignis Cedros tuas*, quæ obumbrant, & occæcant immiti dominatu populum meum. Seleucidas Syriæ Reges deſignat, in Hebræos animis, armiſque maximè infeſtos, quorum nihilominùs potentiam à Machabæis primùm labefactatam Romani tandem profligarunt. *Ululabit Abies,* v. 2. *quia cecidit Cedrus.* Dolebit utique regnum veſtrum, & cadet, ô Seleucidæ; Abies nempè eſt, Cedri fuere imperia Aſſyriorum, & Babyloniorum, atque Perſarum, quæ E nihilominùs occiderunt, & deleta ſunt. *Et potentes direpti ſunt*, potentiſſimi reges, & regna opulentiſſima Aſſyriorum, & Babyloniorum, iiſque profligatis & deletis, populi mei captivitas ſoluta eſt. *Ululabunt quercus Baſan, quia cecidit ſaltus munitus.* Simili comparatione Græcorum reges, ipſiſque ſubjectas provincias cum quercubus Baſan proceritatis & magnitudinis eximiæ componit, & utriſque ut antè caſum prædicit ſimilem. *Vox ululatus paſtorum*, prædictorum Regum: *quia vaſtata eſt magnificentia eorum.* i. e. Profligata eſt gloria & majeſtas illorum, quando populo meo libertas vindicata eſt. *Vox leonum rugientium.* Et nunc tantis conflictati malis vociferantur adinſtar leonum rugientium. *Paſce oves tenues.* Hæc, & quæ ſequuntur, v. 4. ad Chriſti diſpenſationem inprimis pertinent, quem infrà Paſtorem expreſsè Pro-

v. 3.

pheta vocat, & ipſe ſe Chriſtus appellat miſſum ad requirendas oves, quæ perierunt domus Iſrael. Sed ante in malos Paſtores, impios vid. Sacerdotes Propheta invehitur, in eos præcipuè, qui ſub Machabæorum tempora ſacerdotium à Græcis nundinabantur, pernicioſoque exemplo populum corruperunt, qui idcircò etiam *grex tenuis* hîc dicitur, tùm ob imminutam hominum frequentiam, tùm maximè ob auctam ſcelerum colluvionem. Hac ſcilicet de cauſa *gregem occiſionis* mox appellat, i. e. oves propter peccata ſua occiſioni deſtinatas. Quamquàm per *gregem tenuem* populum Credentium commodè etiam intelligere poſſumus; nam & hunc dixit Dominus *puſillum gregem*. *Qui emebant illas, occidebant eas, nec reputabantur rei, & qui vendebant, dicebant: Benedictus Dominus, qui ditavit nos.* Levitæ ſiquidem à regibus Syriæ emebant, ut poſt iniquis exactionibus, & ærumnis conficerent; quos tamen Reges adeò non arguebant, ut eos magnoperè laudarent, quorum induſtria fiebat, ut Sacerdotum ſacerdotia nundinantium pecunia ipſi evaderent locupletiores.

Luc. 12. 32. v. 5.

v. 6. *Propterea non parcam ultra habitatoribus terræ,* terræ utique Iſraelis. Negat Deus ſe deinceps clementia uſurum in Hebræos, qui talia perpetraſſent. *Et tradam eos hominibus alterum in alterius manum, & in manum Regis ſui.* Sacerdotes inprimis ſacerdotii nundinatores, alterum ſiquidem alterius Sacerdotis collegæ ſui poteſtati ſubjiciam, ut ipſe intruſus ab illo ſimili ſcelere extrudatur, & *in manum Regis ſui.* Seleucidas intelligit Syriæ reges, ſive Cæſarem, dixerunt enim: *Non habemus Regem niſi Cæſarem. Et dividentterram in direptionem* propter incolarum peccata: & *non eripiam illam de manu diripientium eam.* Græci Syriæ reges ex parte, ex toto Romani Judæam diripuere, ſuiſque vacuatam habitatoribus in ſolitudinem redegerunt. *Et pavi gregem tenuem*, quem ſuprà oves tenues dixit: *tenuem* autem dicit, tum propter rationes ſuprà indicatas, tum propter eam, quam Moyſes ſignificavit, & attentè conſideran-

Joſ. 19. 15.

v. 7.

Deut. 7. 7. dam Hebræis propoſuit illis verbis: *Te elegit Deus tuus, non quia cunctas gentes numero vincebatis, quum omnibus populis ſitis pauciores. Propter congregationem ovium*, propter juſtos, & pios, qui in illo populo Deo placuerunt. *Et aſſumpſi mihi duos baculos, unum vocavi ſuavem.* Symbolum ſuavis regiminis, quale exhibuere David, & Zorobabel: & *alterum vocavi funiculum*, per quem deſignabatur Iſraelis populus, qui & funiculus hæreditatis Domini dictus fuit.

Et

Et perdidi tres paſtores uno menſe. Quamquàm non ego, ſed ipſi Hebræi ſuis peccatis & perverſis moribus illos perdiderunt, Sacerdotum vid. ordinem, Regum, & Prophetarum. Niſi hæc fortaſſe referenda putes ad improbos Rectores, Sacerdotes nempè ſacerdotii nundinatores, hujuſque licitatores Græcorum Reges, & iniquos populi moderatores. Et verò qnantaquanta fuit Judæorum poteſtas per varia decrementa, futurorum umbras paulatim imminuta fuit, donec Chriſti adventu penitùs extincta eſt. Idem in die Crucis tres illos Paſtorum ordines, Sacerdotum, Regum, & Prophetarum unà cum veteri lege refixit. *Et faſtidivit anima mea populum*, propter eas, quas dixi rationes: *& animæ eorum vociferatæ ſunt contra me*. Quod ipſis viderer perniciem gregis petere, ne dum curam negligere. *Et dixi: non paſcam vos*. Mœrens dixi, quod Paulus & Barnabas Judæis dixerunt. *Vobis oportebat primùm loqui verbum Dei, ſed quia repellitis illud, & indignos vos judicatis æternæ vitæ, ecce convertimur ad gentes: ſic enim præcepit Dominus. Quæ peritura erat, pereat*. Nam quæ periere oves domus Iſrael de manibus Apoſtolorum utique requirendæ non fuerunt, quando pro illis ſervandis ipſi *facti ſunt ſicut oves occiſionis*. *Et quæ reſidua fuerit, comedet carnes ſociarum ſuarum*. Hoc eſt, quod Moyſes ad Judices Iſrael dixit: *Excidat unuſquique proximos ſuos, qui initiati ſunt Belphegor*. Id verò adumbratum in deſerto, poſteà completum eſt in Judæa, quum obſidentibus Romanis Jeroſolymam, in eam urbem contracti ſuperſtites Judæi ſe mutuis rapinis & cædibus conſumpſerunt. *Et aſſumpſi baculum meum ſuavem, & fregi cum*, ſuavem Principum gubernationem, & pacta ſub ipſorum regimine fœdera Hebræis apprimè utilia. *Ut irritum fieret pactum meum cum omnibus populis*. Illud planè quod adverſus omnes gentes per Moyſen ſtatuerat illis verbis: *Faciet te Dominus excelſiorem cunctis gentibus, quæ verſantur in terra*: quodque opere etiam præſtitit tempore Salomonis: *Magnificatus eſt enim Rex Salomon ſuper omnes Reges terræ*. *Et in irritum deductum eſt in illa die*, quum fregero baculum ſuavem, promiſſio Judæis facta caſſa fiet. *Et cognoverunt humiles Congregationis obſervantes me, quia verbum Domini eſt*. Atque iſtud à me decretum fuiſſe intelligent juſti de Synagoga Judæi. *Et dixi: ſi bonum eſt in oculis veſtris, date mihi mercedem, an denegaretis mihi?* Mercedem iniquitatis, quam debetis mihi, mei ſanguinis pretium. Nam iſta ex perſona Chriſti

v. 8.

v. 9.

Act. 13. 46.

Rom. 8. 36.

v. 10.

Deut. 26. 19.

III. Regum 10. 23.

v. 11.

v. 12.

Pro-

Propheta loquitur, quando missus est ad
v. 13. requirendas oves domus Israel. *Et dederunt mihi mercedem meam, triginta argenteos. Et dixit mihi Dominus: projice illud in gazophilacium.* Hoc implevit Judas proditor, acceptum pretium appretiati projiciens in templum. *Et fregi baculum meum alterum, ut dissolverem societatem Juda cum Israele.* Hic est alter baculus populi symbolum. Hunc porrò baculum fregit, quando Israelem à Juda distraxit sub Regibus: Davidicum namque regnum Tribuum discordiis ante *mercedem* labefactavit, quod circa adventum filii David de Davidica stirpe auferendum erat: fregitque iterùm post *mercedem*, quum post Christi in Cruce necem à Romanis idem populus excisus fuit, ejusque Reliquiæ per universum Orbem dispersæ
v. 15. sunt. *Assume tibi vasa pastoris stolidi.* Lysimachum designat hominem ab illuminati stirpe Aaronis alienum. Hunc verò prædicit commissurum, quæ Judæi à Propheta in assumpta persona *pastoris stolidi* repræsentata cernebant. *Stolidus* planè futurus *pastor*, qui nec errantes oves requireret, nec fractas consolidaret, nec curaret infirmas, nec integras aleret. *Pastor stolidus*
v. 17. Græcus vertit, *Pastor inexpertus. Propter hoc & brachium ejus dexterum arescet, & oculus ejus dexter excæcabitur.* i. e. Dei auxilio destituetur, quare nec bonum faciet, & caligante oculo ad videndum Deum, & veritatem cognoscendam ineptus fiet. Et verò tales sunt post procuratam Christo Crucem Judaici populi Pastores. His porrò *brachium dextrum, & dexter oculus ostupefient*, ait Propheta: nam sinister oculus, & lævum brachium ad lucra temporalia, rerumque terrenarum quæstum, nec aliàs stupuerunt, nec in præsenti stupent. Jam & in hujus moris Pastore Propheta typum Antichristi nobis exhibet. Planè hic futurus est *Pastor ille inexpertus, qui carnem pinguium comedet*, i. e. locupletum substantiam occupabit. *Et crura eorum deradet, & scalpet* gregis reliquias, has enim crura significant, persequetur, & perdet.

CAP. XII.
v. 2. ECCE *ego faciam Jerusalem ostium tremoris omnibus populis in circuitu.* Indicat futuram plurium populorum adversus Jerosolymam conspirationem, Regum imprimis Ægypti, & Syriæ operâ conflandam:
v. 3. *Quin etiam contra Judam erit angustia cum Jerusalem. Eritque eo die, ut efficiam Jerusalem lapidem conculcationis omnibus gentibus; omnes autem conculcantes eam plane scalpentur,* i. e.

A

i. e. vapulabunt sic ut plagas sentiant, & doleant. *Et congregabuntur contra eam omnes gentes terræ. In die illa dicit Dominus,* v. 4. *percutiam omnes equos ejus stupore, & conscensores eorum stupiditate.* Quo facto inutilem reddam omnem ejus belli apparatum: *Et super Judam aperiam oculos meos*, malis ut eripiam, & ornem beneficiis. *Et dicent* v. 5. *Duces Judæ in corde suo, fortiores facti sunt nobis habitatores Jerusalem*, nec tamen suo

B

robore, & viribus propriis, sed *in Domino forti Deo suo*. Hoc dicit, quia Machabæi, Deo aspirante, resumptis aliquando animis, Græcos Judææ invasores repulerunt, & debellarunt. *Salvabit Dominus Tabernaculum Juda*. Judæos à Græcis tutabitur, quemadmodum aliàs à populo Gog liberavit. *Et habitabitur Jerusalem rursùs in loco suo in* v. 6. *Jerusalem*. Quid istuc? *Habitabitur Jeru-*

C

salem in Jerusalem. Animam nempè designat terrenæ Jerusalem typo, cui, reflorescente pristino decore, dabitur in libera civitate Jerusalem cœlesti considere. *In illa die pro-* v. 8. *teget Dominus habitatores Jerusalem, & erit imbecillus in eis similis David*. Revalescent ægri Judæi recepto divinitùs robore in tantum, ut quilibet vel imbecillus ad pugnam vocatus Davidem cum Goliatho dimicantem referat. *Et domus David ut Deus*. Da-

D

vidis itèm nepotes in Deo, Deo similes erunt, populum ex Ægypto salvum educenti; & compares Angelo Domini, Chananæos ad ipsorum conspectum dissipanti. Allegoria. *Imbecillum* dicit omnium Fidelium cœtum, mysticam Jerosolymam componentem, & in hoc ipso cœtu minimum quemque Credentium. Minimum namque in regno Christi, ipse dixit Joanne Baptista majorem; hujus nempè typus proponitur

E

hoc loco David. Davidis autem posteri Apostolos Ecclesiæ nostræ Principes repræsentant, eisdemque in cœtu sanctorum designantur throni, ut quoniam Deo similes effecti sunt, etiam judices sedeant, & judicent duodecim Tribus Israel. Symbolo pariter eodem nostri corporis dignitas significatur, quam tunc omninò assequetur, quum spirituum propriam induerit naturam.

F

Humanus verò animus ipse est mystici Davidis proles, qui ad eam aliquando assurget pulchritudinem, ut plane Deo similis evadat. Porrò decreta huic transfigurationi dies, in illa quidem priori allegoria de minimo Ecclesiæ, & de Apostolis, tempus est promulgati Evangelii; in ista autem postrema est Mundi occasus, & resurrectio mortuorum. *Et effundam super* v. 10. *domum David spiritum clementiæ & misericordiæ; & aspicient ad me, quem confixe-*

runt, ſuper populos, qui poſt myſterium Crucis crediderunt, & ſuper Eccleſiæ Sacerdotes, quibus infunditur divina gratia, & donum Spiritus Sancti. Iſti ad Chriſtum oculos convertent, & in eum, cujus latus confixum fuit, ſperabunt. Idem rurſus alio modo de Judæis crucifixoribus accipitur. Iſti namque in communi mortuorum reſurrectione Chriſtum eodem die revelandum videbunt, atque intelligent eum eſſe, cujus ipſi latus lanceâ confoderunt. Nihilominùs hæc, & quæ ſequuntur: *Plangent eum planctu quaſi ſuper unigenitum* &c. Juxta hiſtoriam in hunc ſenſum dicta accipiuntur. *Aſpicient ad me*, *in eum*, *quem confixerunt*. *Aſpicient ad me*, i. e. clamabunt ad me, quicumque Judam Machabæum amaverunt, dolentque modo confoſſum, & interfectum à Gentibus; hunc quaſi filium unicum affectu planè materno *lugebunt*, *& frangentur dolore propter eum*, ut frangi ſolet *mater* propter
v. 11. primogenitum & unicum. *In illa die magnus erit planctus in Jeruſalem*, *ſicut planctus Baramon in valle Mageddo*. i. e. Talis erit luctus utique magnus, qualis fuit die, quo Joſias Rex in valle Mageddo ab Ægyptiis confoſſus occubuit. Conſtat ſiquidem ex hiſtoria reipſa Judæ Machabæi mortem Judæos ingenti luctu proſecutos fuiſſe. Is namque populos Jeroſolymæ invaſores, populoque Judæorum ſemper infeſtos magnis cladibus attriverat, quare ob acerbum ejus interitum Jeroſolymæ præcipuè cives in maximis luctibus fuerunt. Eadem, ſi verum ſcire vis, in Dominum uſquequaque conveniunt. Ejus quippè mortem natura luxit, quando petræ ſciſſæ ſunt, terra tremuit, & obſcuratus eſt Sol, infernus vel ipſe doluit,
v. 12. ſeque deſertum à mortuis ingemuit. *Lugebit terra per ſingulas familias*. i. e. Omnes mœrebunt familiæ ſingulæ per turmas
v. 13. ſuas. *Familia David ſeorſum*, *& mulieres ejus ſeorſum*, *familia Nathan ſeorſum* &c. i. e. ſeparatim ab uxoribus conjuges, & omnes quæcumque feminæ à viris. Hæc quidem, ut dixi, ſecundum hiſtoriam acta ſunt in funere Judæ Machabæi. Nihilominùs ex arcana & vera ſignificatione verborum de Domini morte intelligenda ſunt.

CAP. XIII. v. 1. ET *aperietur fons ſalutis domui David*, *& habitatoribus Jeruſalem*. Habet hic in ſuperficie locus hunc ſignificatum. Populo Judæorum, ne porrò triſtitia ſuffocetur, ratus nullam afflicto ſupereſſe ſpem, Jonathas

thas Judæ Machabæi frater ſalutis pandet viam, quove à fonte eadem petenda ſit, monſtrabit. Ex interpretatione verò illa ſpirituali, & quidem veriſſima diſcimus fontem ſalutis eſſe effluvium pii ſanguinis, & aquæ ſanctiſſimæ, quæ de latere Domini in Cruce manarunt *ad aſperſionem*, & *ad emundationem*. *Ad aſperſionem*, inquit, quæ ſordes elueret, & *ad emundationem*, quæ ab errore liberaret. *Ut ſi quis deinceps prophetet, dicant ei pater, & mater ipſius: Ne vivas*. i. e. Sicubi Propheta quiſpiam falſus deprehenſus fuerit, hunc ipſiuſmet parentes execrabuntur, eique mortem exoptabunt, cui vitam precari conſueverunt. *Pudore afficientur Prophetæ mendaces*: erubeſcent à ſuiſmet parentibus increpiti, & *non induentur pellibus villoſis*, ad occultandum mendacium obtentâ ſpecie veritatis, ſed vera fatebitur Propheta mendax; *Et dicet: Non ſum Prophetа* veritatis, qualem me eſſe putas, *ſed homo colens terram, zelum autem mihi movit homo quidam à pueritia mea*. i. e. Simplicem me ruſticum veterator callidus decepit, perſuaſitque ut Prophetæ perſonam aſſumerem. *Et dicent, quæ ſunt plagæ iſtæ in manibus tuis? Et dicet: hæ ſunt plagæ, quibus affectus ſum in domo amicorum meorum*. hæc referuntur ad eum, qui ſuprà *fons ſalutis* dicitur, quum in Filium Dei omninò conveniant. Virtutes quippè cœleſtes Spōſi Chriſti ſodales & famuli ipſum ſciſcitantur de vulneribus, quæ Cruci affixus à tortoribus inflicta accepit, deque clavorum ſignis in ejus manibus adhuc apparentibus: Videtur autem illis reſpondere: Non hæc ab inimicis accepi vulnera, ſed in domo amicorum & parentum meorum ex inſito adverſus Pſeudoprophetas odio, dum nimirùm ſeductorem me putant, & falſum Prophetam. Simili itèm figura Eſajas inducit cœleſtes exercitus interrogantes in hæc verba: *Quis eſt iſte, qui venit de Edom, & rubra ſunt indumenta ejus de Boſra?* Quando nimirum illum in ſpiritu viderunt tinctum habere corpus ſanguine Paſſionis ſuæ. *Framea ſuſcitare ſuper paſtorem meum, & ſuper virum amicum meum, dicit Dominus fortis*, i. e. contra Filium meum verum, eundemque amicum quoque meum ratione aſſumptæ carnis. *Frameam* myſticè vocat Judæorum linguam ſubdolam, & mendacem, *Paſtorem* verò Chriſtum. Quanquàm inſiſtendo exteriori verborum ſenſui, hæc de Onia Sacerdote prædicta exponi poſſunt, qui tamen ſodalis meus à Deo appellatur, quatenùs Deo carus fuit, divinæque voluntati obſequentiſſimus. *Percute Paſtorem*,

A
B
C
D
E
F

Zach. xiii. v. 4. v. 5. v. 6. Eſ. 63. 1. v. 7.

& dispergetur grex ejus. i. e. Ut Dominus posteà est interpretatus, *percutiam*, & quidem non ipse plagas infligendo, sed infligentes minime inhibendo. Istud porrò in Christi comprehensione cœptum, consummatum fuit ictu lanceæ, quæ latus ejus verberavit & aperuit. Grex est hominum cœtus ab illo eruditus, Pastorem ergò dicit Pater Filium, & Discipulos ejus oves. *Et reducam manum meam ad Rectores*. *Rectores* vocat gregum Pastores, sanctos vid. Apostolos, Christi quidem oves, omnium verò Ecclesiarum futuros Pastores, qui ea nocte, quâ Christus captus est, dispersi sunt, & perturbati, mox etiam ab invicem
v. 8. disjuncti per totum Orbem errarunt. *Et erit in universa terra, dicit Dominus, ut partes duæ, quæ in ea fuerint, pereant, & deficiant*. In ea, ait, terra à Judæis habitata, in ipsa Judææ Metropoli Jerosolyma incolarum partes duæ gladio cadant, & pereant, sive per Orbem dispergantur,
v. 9. & errent: *Tertiam verò, quæ remanserit in ignem conjiciam*, i. e. in caminum paupertatis, idem quod prædixerat Esajas.
Es. 48. 10. *Et conflabo eos sicut conflatur argentum*. i. e. Excoquam afflictionibus, sicut excoquitur argentum flammis.

CAP. XIV.
v. 1. ECCE *dies Domini veniet*. i. e. Appropinquat dies, quem Dominus urbi Jerusalem præfinivit *Et dividentur spolia tua in te*. Antiochi Epiphanis tempora indicat, quando Græci, captâ, direptâque
v. 2. urbe, prædam in arce diviserunt. *Et diripientur domus, & feminæ stuprabuntur, & egredietur media pars Civitatis in captivitatem*. Contigere ista eo die, quo, ut proditur in libro Machabæorum, cæsa fuerunt
2. Machab. 5. 14. Judæorum octoginta millia, totidemque abducta sunt in captivitatem. *Et media pars urbis non peribit*. i. e. Judæorum reliquiæ, tertia vid. pars, quam superius dixit infi-
v. 3. nitæ cædi superfuturam. *Egredietur Dominus* de templo suo post cædem & captivitatem plurimorum. *Et præliabitur contra gentes illas*, contra Syros & Græcos, *ut die, qua pugnavit in die belli*, quo filios Gog
v. 4. profligavit. *Et scindetur mons Olivarum ex media parte sui ad Orientem, & ad Occidentem; & fiet in eo vallis magna valdè*. Istud, imminente Antiochi persecutione, Judæis per speciem repræsentatum fuit, ut ipsi quidem hujusmodi portentum intuentes, erigerent animos, gentes contra illud audientes timerent. Eum siquidem montem, Græci Jerosolymam petentes cum ingenti exercitu occuparunt. Et verò sicut duorum agmi-

A agminum per aëra discurrentium conflictus, qualis in libro Machabæorum describitur, Judæis per speciem oblatus fuit, unde bellum mox exarsurum conjicerent, simili modo, & eodem fortasse tempore discissi montis imago illis repræsentata est velut rerum futurarum præsagium, seditionum vid. & discordiarum, quibus idem populus reipsà in duas partes sciissus est, tum ingentium calamitatum, quibus Antiochus, B ejusque deinceps successores Judæorum gentem afflixere, bellorum denique, quibus eisdem reddita fuit Machabæorum præsertim operâ potestas vivendi propriis legibus & moribus. *Et fugietis ad vallem montium,* v. 5. *quoniam vallis montium producetur ad angustiam.* Hjatu quippè montis Olivarum velut in duos montes discissi, vallis aperietur latissima, adeò ut parti urbis utrique faC ciat angustias, nam duas habebat, alteram condidere Jebusæi; alteram postea David adjecit, suoque nomine distinxit. *Et fugietis, sicut fugistis a facie terræmotus in diebus Oziæ Regis Juda. Ingredietur Dominus Deus meus* &c. Videtur ergò mons Olivarum vehementissima succussione fuisse dississus, ut qui pondus supergredientis Dei minime sustineret; quomodo mons Sinai, Deo illabente, fumavit. *Et non erit lux in die* v. 6. D *illa, sed frigus & glacies.* Non illa salutem dies afferet, sed tumultum, trepidationem, & metum. *Et dies illa erit nota Domino.* Quamquàm non deerit eo die aliquod afflictis levamentum, hoc tamen uni Deo notum, perindè ut illius afflictionis spatium. *Neque nox erit, neque dies.* i. e. Neque v. 7. plena tribulatio, neque perfecta felicitas. Significat, quem supra exposui Judæorum sub Machabæorum præsertim regimine statum multiformem & varium. Sed enimverò E quisquis ista simul omnia attentè considerat, animadvertet ea perspicuè & exactè congruere ad diem Passionis Domini; hujus namque diei lux defecit, & contracta est ad multum temporis spatium, trium vid. horarum, quantum duravit deliquium Solis; *factæque sunt tenebræ super universam* Mat. 27. 45. *terram.* Has itaque tenebras Propheta dicF cit neque diem neque noctem fuisse; quum ab hora sexta usque ad nonam dumtaxat duraverint, hoc interim spatio, die adhuc perseverante, nam subdit Propheta: *Et sub tempus vespertinum facta est lux,* i. e. ab hora nona usque ad finem diei. *Et ef-* v. 7. *fluent aquæ de Jerusalem, & defluent in mare Orientale, & Occidentale.* Post hæc de Jerusalem exibit lex salutis, nam ut dicit Dominus, *salus ex Judæis est,* & manabit Jo. 4. 22. ad gentes finitimas, quarum velut symbolum

proponuntur duo Maria, Orientale, quod Mare ſalis Scriptura appellat, & Occidentale, quod eſt Mare magnum. Item alio modo. Mare Orientale myſticè vocat Propheta gentes in regione lucis commorantes; per Mare autem Occidentale deſignat Judæorum populum Evangelii luce nequaquàm privandum, ſi non ipſe ſe illa privare velit. Nam etſi populus iſte per occaſum & noctem hîc ſignificetur, nihilominùs vivæ divinorum Chriſti præceptorum aquæ haudquaquàm prohibentur, quin continuò effluant ad irriganda Judæorum corda, ſi modo ipſi ad cor redire velint. *Et erit æſtas & hyems ſicut a priſcis temporibus*. i. e. Ordine eodem, eademque cum felicitate populis credentibus fluent, quomodo piis
v. 9. noſtris majoribus fluxere. *Et erit Dominus Rex ſuper univerſam terram*. Clarum eſt hunc locum ad feliciſſima Machabæorum tempora pertinere, quando depulsâ idololatriâ, quam Antiochus induxerat, unius Dei cultum Judæa univerſa complexa eſt. Nihilominùs, quæ hîc adumbrata vides per Chriſti adventum abſoluta & perfecta ſunt. Æſtatem ergò Propheta vocat manifeſtationis Chriſti tempus univerſo Orbi lætiſſimum, quod pulchrè repræſentat *Niſan* menſis hyemis terminus, & frugiferæ æſtatis initium. Hyemem contra appellat noctem, quæ, Chriſto naſcente, Diabolum continuo oppreſſit. Rursùs illa verba: *Sicut fuit a priſcis temporibus*. Videntur congruere ad diem, qui Moyſi & filiis Iſrael ſalutem attulit: æſtatem quippè fauſtiſſimam aperuit iis, quos ſalvos & incolumes per mare traduxit, Ægyptiis contra triſtiſſimam hyemem peperit, ſubmerſo, ſuffocatoque illorum exercitu. *In die illa erit Dominus unus, & erit nomen ejus unum*. Hoc, quod dixi ad Machabæorum tempus, & Judæorum ditionem pertinere, in toto terrarum Orbe perfectum eſt, quando promulgato Chriſti Evangelio, Mundus univerſus in eum credidit & agnovit ipſum eſſe
v. 10. Deum, & Regem verum. *Circumdabit terram quaſi planities a Gabaa uſque ad Remmon*, quæ eſt in Auſtrali plaga Jeruſalem. Duos limites regni Judæorum deſignat, alterum Auſtralem urbem Remmon; alterum
v. 13. Borealem Gabaa. *In illa die erit in eis ſtupor ingens a Domino, & apprehendet vir manum proximi ſui, & agglutinabitur manus ejus manui proximi ſui*. Redditâ namque Judæis pace, ipſorum inimici Græci, & patriæ religionis deſertores Judæi in ſummam conturbationem & metum inciderunt; quo factum eſt, ut ſtupentium more alter alterius manum apprehenderet, nec jam

præ

ﭐﭑﭒﭓﭔ ﭕﭖﭗﭘﭙ ﭚﭛﭜﭝﭞ ﭟﭠﭡﭢﭣ ﭤﭥﭦﭧﭨ ﭩﭪﭫﭬﭭ ﭮﭯﭰﭱﭲ ﭳﭴﭵﭶﭷ ﭸﭹﭺﭻﭼ ﭽﭾﭿﮀﮁ ﮂﮃﮄﮅﮆ ﮇﮈﮉﮊﮋ ﮌﮍﮎﮏﮐ ﮑﮒﮓﮔﮕ ﮖﮗﮘﮙﮚ ﮛﮜﮝﮞﮟ ﮠﮡﮢﮣﮤ ﮥﮦﮧﮨﮩ ﮪﮫﮬﮭﮮ ﮯﮰﮱﯓﯔ ﯕﯖﯗﯘﯙ ﯚﯛﯜﯝﯞ ﯟﯠﯡﯢﯣ ﯤﯥﯦﯧﯨ ﯩﯪﯫﯬﯭ ﯮﯯﯰﯱﯲ ﯳﯴﯵﯶﯷ ﯸﯹﯺﯻﯼ ﯽﯾﯿﰀﰁ ﰂﰃﰄﰅﰆ ﰇﰈﰉﰊﰋ ﰌﰍﰎﰏﰐ ﰑﰒﰓﰔﰕ ﰖﰗﰘﰙﰚ ﰛﰜﰝﰞﰟ ﰠﰡﰢﰣﰤ ﰥﰦﰧﰨﰩ ﰪﰫﰬﰭﰮ ﰯﰰﰱﰲﰳ ﰴﰵﰶﰷﰸ ﰹﰺﰻﰼﰽ ﰾﰿﱀﱁﱂ ﱃﱄﱅﱆﱇ ﱈﱉﱊﱋﱌ ﱍﱎﱏﱐﱑ ﱒﱓﱔﱕﱖ ﱗﱘﱙﱚﱛ ﱜﱝﱞﱟﱠ ﱡﱢﱣﱤﱥ ﱦﱧﱨﱩﱪ ﱫﱬﱭﱮﱯ ﱰﱱﱲﱳﱴ ﱵﱶﱷﱸﱹ ﱺﱻﱼﱽﱾ ﱿﲀﲁﲂﲃ ﲄﲅﲆﲇﲈ ﲉﲊﲋﲌﲍ ﲎﲏﲐﲑﲒ ﲓﲔﲕﲖﲗ ﲘﲙﲚﲛﲜ ﲝﲞﲟﲠﲡ ﲢﲣﲤﲥﲦ ﲧﲨﲩﲪﲫ ﲬﲭﲮﲯﲰ ﲱﲲﲳﲴﲵ ﲶﲷﲸﲹﲺ ﲻﲼﲽﲾﲿ ﳀﳁﳂﳃﳄ ﳅﳆﳇﳈﳉ ﳊﳋﳌﳍﳎ ﳏﳐﳑﳒﳓ ﳔﳕﳖﳗﳘ ﳙﳚﳛﳜﳝ ﳞﳟﳠﳡﳢ ﳣﳤﳥﳦﳧ ﳨﳩﳪﳫﳬ ﳭﳮﳯﳰﳱ ﳲﳳﳴﳵﳶ ﳷﳸﳹﳺﳻ ﳼﳽﳾﳿﴀ ﴁﴂﴃﴄﴅ ﴆﴇﴈﴉﴊ ﴋﴌﴍﴎﴏ ﴐﴑﴒﴓﴔ ﴕﴖﴗﴘﴙ ﴚﴛﴜﴝﴞ ﴟﴠﴡﴢﴣ ﴤﴥﴦﴧﴨ ﴩﴪﴫﴬﴭ ﴮﴯﴰﴱﴲ ﴳﴴﴵﴶﴷ ﴸﴹﴺﴻﴼ ﴽ﴾﴿﵀﵁ ﵂﵃﵄﵅﵆ ﵇﵈﵉﵊﵋ ﵌﵍﵎﵏

ﵐﵑﵒﵓﵔ ﵕﵖﵗﵘﵙ ﵚﵛﵜﵝﵞ ﵟﵠﵡﵢﵣ ﵤﵥﵦﵧﵨ ﵩﵪﵫﵬﵭ ﵮﵯﵰﵱﵲ ﵳﵴﵵﵶﵷ ﵸﵹﵺﵻﵼ ﵽﵾﵿﶀﶁ ﶂﶃﶄﶅﶆ ﶇﶈﶉﶊﶋ ﶌﶍﶎﶏ﶐ ﶑ﶒﶓﶔﶕ ﶖﶗﶘﶙﶚ ﶛﶜﶝﶞﶟ ﶠﶡﶢﶣﶤ ﶥﶦﶧﶨﶩ ﶪﶫﶬﶭﶮ ﶯﶰﶱﶲﶳ ﶴﶵﶶﶷﶸ ﶹﶺﶻﶼﶽ ﶾﶿﷀﷁﷂ ﷃﷄﷅﷆﷇ ﷈﷉﷊﷋﷌ ﷍﷎﷏ﷰﷱ ﷲﷳﷴﷵﷶ ﷷﷸﷹﷺ

ﷻ

S. P. N.

A præ formidine auderet dimittere. *In die illa erit super fræno equi sacrum Domino.* Non bellum, neque furor, sed sanctitas & pax. Hoc scilicet vaticinabatur Esajas dicens: *Conflabunt gladios in vomeres & lanceas suas in falces, & non levabit gens contra gentem gladium.* Ambo igitur Prophetæ Christi adventum prospectabant. Mystice per equum Propheta designat quemlibet Christi servum, frænumque vocat legem divinam, quâ coërcentur corda Fidelium, ne ruant in vitia, frænum quippè cohibet equos, ac domino, & equiti parere cogit. v. 20. Es. 2. 4.

B *Et erunt lebetes in domo Domini quasi phialæ coram altari; & erit omnis lebes in Jerusalem, & in Juda sanctificatus Domino exercituum, & venient omnes immolantes, & sument ex eis, & coquent in eis.* i. e. In eam venerationem veniet sacrum domus Domini ministerium, ut vel communes coquorum ollæ advenæ quique revereantur, nihilo minùs quàm vos Judæi phialas altaris extantis intra septum domus Domini revereri soletis. Neque modo honor iste habebitur lebetibus domus Domini, & Jerosolymæ, sed omnis lebes ut in Sanctuario, & in sancta Civitate, sic in omni Juda erit sanctificatus Domino, proindè ut rem Deo sacram Judæi & Gentiles revere- v. 21.

C buntur. Arcanus hujus vaticinii sensus duo prædicit, honorem scilicet legi salutis ex Judæa prodituræ exhibendum; Judæorum præterea, atque Gentilium in melius conversionem, quos enim Baptismus Christi quasi ollas carnium accepit, in phialas plenas odoramentorum mutavit.

D

S. PATRIS NOSTRI
EPHRAEM SYRI
IN
MALACHIAM PROPHETAM
EXPLANATIO.

Scholion. MAlachias Tribu Zabulon oriundus fuit. Hunc propter insignem probitatem, & sanctissimam disciplinam populus magnoperè admiratus Malachiam. i. e. Dei Angelum appellavit, quod Angeli speciem efferret. Prophetavit autem post populi Babylone reditum, vaticinium orsus ab amore filiorum Jacob, & Esau filiorum odio.

CAP. I. v. 1. v. 2. VISIO *sermonum Domini super Israel in manu Malachiæ. Dilexi vos, dicit Dominus; & si dicitis, in quo dilexi vos* &c. Claruit Malachias Propheta, Judæis in Chananitidem patrium solum Babylone reductis, suorumque vaticiniorum exordium sumpsit à Dei erga filios Israel singulari benevolentia, ejusque à filiis Esau aversione. Quocirca etsi Idumææ ruinam omnes Prophetæ loquantur, Malachias unus ejus excidium in excidio prophetavit. *Nonne frater erat Esau Jacob, dicit Dominus, &* v. 3. *dilexi Jacob, & Esau odio habui?* Idque v. 4. explicat subdens: *Idumæi ædificabunt, & ego destruam, & vocabunt eos populum, cui iratus est Dominus in sæculum, & oculi vestri videbunt.* Idumæa itaque, Malachia etiam vivente, dependit pœnam sibi à Prophetis multis ante sæculis denunciatam. v. 5. *Magnificetur Dominus supra terminum Israel.* i. e. Laudetur à cunctis finibus filiorum Israel. Hoc Propheta dicit prospiciens Israelitarum terminos longè latèque ampliandos, quod Machabæi, eorumque successores abundè præstiterunt: nam præter alia loca Idumæorum quoque terras occupavere, imò etiam incolas religionem mutare compulerunt, & exinceps vivere Judæorum v. 11. moribus & legibus. *Ecce ab ortu Solis usque ad occasum, magnum est nomen meum in gentibus.* v. 12. *Vos autem polluitis illud.* Arguit hoc loco Judæos Deus tanquam sui nominis, suorumque sacrorum contemptores. q. d. Certè videtis, ut barbaræ nationes nomen meum revereantur, magnificèque deprædicent, postquàm viderunt, aut quaquâ viâ ad earum aures venere ingentia & admiranda opera, quæ ego pro vestra salute feci in Ægypto, & coram gentibus, quarum terras in præsenti obtinetis; vos autem contra *polluitis illud*, i. e. parvi pen-

A penditis, & aſpernamini, *in eo, quod dicitis* verbis & factis. *Menſa Domini contaminata eſt, & contemptibiles ſunt eſcæ ejus.* Videte jam ne inpoſterum *inquinatis altaria mea victimis cæcis, & claudis*; tales enim offerre ſoletis. *Nec ego de manibus veſtris ſuſcipiam munus*, quia non ex pretio eſt, ſed ex rapina quæſitum. Enimverò ſi tale quidpiam attuleris Duci tuo, repellet donum, quamvis non de ſuo ſibi oblatum: quid? B Num ego ſuſcipiam à vobis munera talia, mihi de meo data? Non ita, ſed reprobas hoſtias reprobabo, & *quaſi fimum diſpergam eas ſuper facies veſtras*. Allegoria. *Quod offertis cæcum ad altare, nonne malum eſt? & quod offertis claudum, & languidum, nonne malum eſt?* Cæcum offert quiſquis eleemoſynas largitur, & hæreticus eſt, perindè claudum offerenti comparandus eſt, qui hoſtias, & ſua dona Deo offert, nec tamen animo conſtat, ſi enim C cogitatio occurrat offerendi, vel ſi jam obtulerit, nova repentè ſuccurrit cura, & cauſas quærit ne offerat, vel ſi obtulerit, obtuliſſe ſe dolet. Languidum offerentes imitantur, qui vanæ gloriæ vitio laborant, cumque laudabiliter vivere quotidie ſtudeant, boni operis laudem ab hominibus recipere malunt. Nam & hujuſmodi hoſtias D Dominus in Evangelio reprobat, & offerentes tanquam hypocritas damnat. *Ma-* v. 14.
ledictus, qui habet in grege ſuo maſculum, & vovit, & immolat Deo debilem. Huic comparabiles ſunt, qui cum commoda uterentur valetudine, indèque ſibi cœleſtem gloriam quærere debuiſſent, conceſſas vires ad hujus ſæculi curas tranſtulerunt, & ſpiritualia negotia interim curare omittunt, pietatis & religionis contemptores, Caino E ſimiles, qui optima abſumpſit, ſibique ſuperflua Domino immolavit.

CAP. II. A *Facie nominis mei pavebat*. Hoc de Levi Leviticæ Tribus parente loquitur. q. d. Agitedum, Levitæ, dicite, F quibus moribus vos ſimiles approbatis veſtri generis auctori, qui *timuit me, & a facie nominis mei pavebat*. *Lex veritatis fuit* v. 6.
in eo, & iniquitas non eſt inventa in labiis ejus. Parte contentus ſuâ à mea abſtinuit manus; quin & ubique mecum in rectitudine ambulavit. Quamobrem illum tanquam Angelum interrogabant, ut ex ore ejus legem addiſcerent. *Vos autem receſſiſtis* v. 8.
de via, & ſcandalizaſtis plurimos in lege.

v. 13. v. 14. *Propter quod operuit lacryma domum Domini, quia teſtificatus eſt inter te, & uxorem pubertatis tuæ*. Quoniam ipſi etiam Sacerdotes, & Levitæ propriis uxoribus Chananitidas feminas ſuperinduxerant, & conjugalem proindè fidem fefellerant, cum repudiatæ uxores ad templum ventitantes ibidem acerba cum lamentatione plorarent, Sacerdos præſens illarum maritis indignum factum exprobrabat. Etiam hoc feciſtis, ajebat, ut lacrymis operiatur domus Domini, ac fletibus, & gemitibus involvatur.

v. 15. *Nonne vir unus, cujus ſunt reliqui ſpiritus? Nonne unus poſtulavit ſemen à Deo?* i. e. Abraham, cujus ſtirpe ſati ſunt reliqui per Iſaac, quem à Deo petiit, & impetravit. Quare vos ipſi cavete ſpiritui veſtro, ne quis uxorem pubertatis ſuæ fallat, neque enim Abraham ſua voluntate, ſed ab uxore compulſus ancillam ſibi copulavit; & vos Abrahæ filii, Abrahæ exemplis inſiſtere debetis: veſtrum ergò nemo uxorem, quam juvenis ſibi deſpondit, nunc violatâ fide repudiet.

CAP. III. iv. *ECCE ego mitto Angelum meum*. Hoc de Joanne Baptiſta dictum, qui miſſus fuit ad præparandam, & complanandam viam ante me, Chriſtus enim hîc loquitur. *Quænam iſthæc via?* Illa ſcilicet, quam Levitæ ineptam & impeditam reddiderant.

v. 2. *Et quis ſuſtinebit diem adventus ejus?* Clarum eſt hîc indicari diem magnum judicii, quo depravatores viarum Domini judicabuntur iidem, quos ſuprà objurgavit: *Vos autem*, ait, *declinaſtis à via, & poſuiſtis offendiculum plurimis in lege. Ipſe enim quaſi ignis conflans*. En præſtò eſt ille, qui

v. 3. quaſi ignis populum purgabit. *Et quaſi ſulfur dealbabit filios Levi*. i. e. Ad priſtinum

v. 5. candorem & ſplendorem reducet. *Et ero teſtis velox maleficis, & furibus, & adulteris*. Idem divina lege cautum, ut ſi quis deliquiſſet, ſimul pœnam delicti ſuſtineret, puta homicida interficeretur, & lapidarentur maleficus & adulter. Rursùm illud: *Ero teſtis velox*. Ad Herodiadem adulteram referri poteſt, cujus ſcelerum teſtis, &

v. 10. reprehenſor Joannes fuit. *Aperiam vobis feneſtras Cœli*. Varia & diverſa beneficia ſignificat, quibus Deus pios Judæos ſe ornaturum pollicetur. Quamquàm ex arcano & ſublimiore ſenſu licet etiam feneſtras Cœli interpretari Prophetarum oracula, & linguas Apoſtolorum, qui & ipſi ſacros imbres hauſerunt, & Judæis ac Gentibus communicarunt: præterquamquod Deus ipſe ex quo in terris viſus eſt, & cum hominibus converſatus eſt, ingentibus eos auxit bonis,

A bonis, & donis cumulavit maximis. *Et convertimini, & videbitis quantum interſit inter eos, qui Deum coluerunt, & illos, qui non coluerunt eum.* Id planè perſpectum fuit eo die, quo cæſus eſt exercitus filiorum Gog, & filii Sion ab eorum infeſtatione, metuque liberati ſunt. v. 18.

B

ET orietur vobis timentibus nomen meum Sol juſtitiæ. Filios Juda Deus alloquitur, quibus ſpondet, ſuo numine oriturum ſalutis lucem in ſummo diſcrimine conſtitutis, quando omnibus ab exercitu filiorum Gog circa inſeſſis ipſi Judæi intra ſua munimenta ſe continere cogentur. Myſticè tamen per Solem juſtitiæ Propheta deſignat Chriſtum, & Evangelium. *Sanitatem ferens ſuper linguam ſuam.* Sanitatis pharmaca ſunt præcepta vitæ, & vivum Domini verbum ejuſdem Evangelio comprehenſa. *Erunt quaſi cinis ſub pedibus veſtris* cadavera filiorum Gog. *Egredíemini, & ſalietis quaſi vituli*, exultantes reportatâ de immani hoſte victoria. *Memores eſtote legis Moyſis ſervi mei.* Malachias omnium Prophetarum poſtremus populo commendat legem, & legis coronidem Joannem, quem Eliam cognominat. *Ecce ego mitto vobis Eliam, antequam veniat dies Domini magnus, & convertet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres.* Hoc de Joanne Baptiſta prophetat, ipſumque Joannem hanc prophetiam perfectè compleviſſe, Angelus ad Zachariam teſtatur illis verbis: *Iſte ibit ante illum in virtute & ſpiritu Eliæ, ut convertat cor patrum ad filios.* Et de eodem Dominus ad Judæos. *Et ſi vultis*, ait, *recipere, ipſe eſt Elias, qui venturus eſt.* CAP. IV. v. 2. v. 3. v. 4. v. 5. v. 6. Luc. 1. 17. Matt. 11. 14.

S. PATRIS NOSTRI

EPHRAEM SYRI

In ſelecta Divinæ Scripturæ loca

SERMONES EXEGETICI.

In illud Gen. 1. 27. *Creavit Deus hominem ad imaginem ſuam, ad imaginem Dei creavit illum.*

QUicumque ſitis ſapientiam, & votis omnibus diſciplinam deſideras, age modò tibi fontem monſtrabo perennem, ex editiſſimo loco ſcaturientem, ex ore ſummi Opificis. Aquæ ſapientiæ vivæ ſunt, & quatuor Mundi regiones alluunt, magnam harum ſcatebram divina nobis munerata eſt bonitas, indèque funduntur fluvii, ultrò citròque permeantes Univerſum uſque ad ultimas oras; primus Geon, rationis lumen; ſecundus Phiſon, vera cujuſque rei intelligentia; tertius Tigris, rectum mentis intelligentis judicium; & magnus Euphrates, ratiocinatio. Hæc porrò ab illo fonte derivata flumina diviſis alveis ad loca permeant ſibi à ſupremo Artifice deſignata, manet autem illorum poteſtas, nec enim ſe invicem opprimunt. Animus Deo ſimilis Cœlum obtinet, Caput, huic ſerviunt ſpirituales facultates, quibus ſubſidiatur Phantaſia: in Corde velut in ſua regia ſpatiatur Animus, idem eſt ſuarum rector cogitationum, ipſique præcurrunt velut exploratores, notitia & ratiocinatio. Cogitationum ſedes ſunt Renes, quibus congenita eſt objecta diſcernendi facultas, niſi quod verum à falſo dijudicare, & internoſcere pulchrum atque turpe, Rationis officium eſt, atque Conſcientiæ. Intra pectus interponitur ſiparium ſumma ab imis diſciriminans, Διάφραγμα vocant, ideſt ſeptum, velut medium oſtium Sanctum à Sanctis Sanctorum diſpeſcens, quod extra patet, Sanctum exterius puta quod intrà latet, Sanctum Sanctorum dices: Cor hîc locatum eſt, vitæ ſedes, Arcam fœderis repræſentans. Pulmones iſtud protegunt, Cherubim binas habentium alas imaginem referentes necnon aurei thuribuli, ſpirandi quippè officina pulmo eſt attrahens ac reddens ſpiritum, & odores hauriens; indè Cordis conſtat vita, Candelabrum hunc puta heptalychnion in templo poſitum, ſymbolum vid. vitæ lux eſt. Pulmones nec potum, nec cibum admittunt. Hepar alimenti pater eſt, à quo reliqua membra nutriuntur. Proſtabat ante fores Tabernaculi Mare æneum, hujus uſum repræſentat veſica urinæ receptaculum, in qua

A qua ſordes deponunt, & purificantur octo facultates à natura corpori inditæ, genitiva videlicet, vegetativa, nutritiva, attractiva, coagulativa, ſolutiva, excretiva, & expulſiva. In meditullio corporis ſtomachus ſitus eſt, victimarum altare, ignis, quo ardet, nunquam extinguitur, idemque conſumit hoſtias, & holocauſta. In angulo exterioris atrii patebat ſpatium excipiendo hoſtiarum crematarum cineri deſtinatum, inteſti-
B num hoc eſt, purgamentorum receptaculum, huic adjunctus eſt Lien craſſioris ſanguinis ſedimenta continens. Columnas Tabernaculi puta, firmamenta corporis crura, Baſes plantæ ſunt, Operimenta ternæ membranæ, quarum tenuere locum totidem Tabernaculi tegumenta Cortinæ vid. janthinæ, & coccineæ, pelles rubricatæ, & ſaga cilicina. Triplex porrò illa cutis membra
C omnia circumveſtit ad ipſorum cuſtodiam, & firmitatem. Cæterùm non ego has aquas ex rivulo Commentationum mearum effudi, pauper cum ipſe ſim cujuſvis poculenti eſculentivè inops, quæ ergò audis, velut guttas è pelago, aut de ſitula ſtillas à ſanctis viris emendicavi. Unus, qui fontem attigit, Moſes fuit, hic ſapientum Princeps caput profluentis invenit, cunctiſque gentibus, ac populis divitem ſcatebram patefecit, indè-
D que ſapientiam docti, indoctique hauſerunt. Secus fluenta duo & viginti ſata eſt arbor omnia fructuum genera proferens, ex ipſa traducti fuere ſurculi ad Syros & Perſas, & uſque ad oras Orbis ultimas, univerſo generi humano victum de ſuis fructibus ſubminiſtraturi. Græci porrò ſupra cæteros in ejuſmodi diſciplina profecerunt; è Græcia quippè prodiere inſignes Oratores, breves
E & puſilli verbis, ſententiis ampli & grandes; his adjuncti ſunt præſtantiſſimi diſputatores Sophiſtæ, & Grammatici, perpoliti, & elaborati ſermonis ſtudioſi. Acceſſere deinceps nobiles Medici, quorum ſtudium & opera fuit morbos curare, ac dignoſcere corporum affectiones ac temperamenta, & herbarum virtutes exponere. Aſtronomiam alii profeſſi ſunt, ſcientiam oppidò quàm fallacem, & alii Aſtrologiam erroris robur
F & firmamentum. Hos inter excelluere Porphyrius vir doctiſſimus, & magnus Plato omnium ore celebratus, Socrates item ſubtiliſſimi vir ingenii, & Hypocrates excellentiſſimus Medicus, & celeberrimus Galenus. Omnes tamen doctrina & eruditione prævertit Ariſtoteles, cunctoſque priores, atque poſteriores antegreſſus eſt; univerſam iſte Dialecticam paucis complexus eſt, atque Philoſophiam in unum corpus abſolutum, ac perfectum digeſſit, & quod de ſapien-

sapientissimo Salomone Scriptura prodidit, perfecte implevit. *Nullus antè similis tui fuit, nec post te surrecturus est.* Agemodo quisquis animum ad apprehendendam sapientiam appulisti. Videris, ne des somnum oculis tuis, & palpebris tuis dormitationem, nec enim tibi Sapientia dabit otium citra laborem, & contentionem; desides illa non amat, nec complectitur inertes, nec accipit luxuriosos, pudicos enim & innocentes diligit. Dominus creavit Sapientiam in principio creaturarum, & operum suorum, & per eam universum opificium suum molitus est. Ipsi sit gloria, & fiat misericordia ejus super nos semper.

3. Reg. 12.

Vidit igitur Mulier, quod bonum esset lignum ad vescendum & tulit de fructu illius, & comedit, deditque viro suo qui comedit. Gen. 3. 6.

SUblimè elatus Adam, humi dejectus est. Principium ejus locus summus, imus novissima ejus. In Paradiso invenit initium, exitum in sepulcro. Ante Evam conditus, corpus nactus est perfectum & integrum. Umbra deindè futurorum, costa ex illo decerpitur. Hæc Eva fuit; eadem casus occasio mox futura, quæve stantem Adæ murum labefactaret. Per Evam nempè decora & amabilis hominis gloria extincta est, quæ tamen rursùs per Mariam refloruit; honor quippe Adæ, Evæque concessus primùm, mox ademptus fuit. Quæ ipsius adjutorium futura fuisset, pernicies fuit, quæque conjugem sublevatura credebatur, profligavit. Sic virum femina subegit imbellis, subjecta subjecit, fregitque infirma. Evæ suasit astus, ne fructum conjugi antè offerret, ut prior ipsa comederet, undè illo fieret major, ipsaque primum teneret locum, maritus secundum. Evæ Dominus etiam secreta ejus propalavit, quando suum illa sibi conjugem subdere cogitabat, ideò dixit: *Vir tuus tui dominabitur*.

Gen. 3. 16.

Cæterùm ab Optimo neuter accusatus fuit, quòd sua illos accusaret voluntas, & conscientia condemnaret. Sua illos dejecit superbia, sua illos concupiscentia profligavit. Ipsa se libertas ad inopiam redegit inter divitias, in Horto, deliciarum nempè domicilio, mente licet prædita intelligente, pulchræ tamen capta est arboris specie. Prævaricatio mandati homini mortem intulit, & adhuc mandatum contemnit. Diaboli seductus dolo, reus factus est, & illi adhuc obedit. Mundus deficit, nec

tamen

tamen ejus defectum cognoscit; idem tamen explorat terras, ac maria, novitque naturas agrorum, & saporum, seminum, ac stirpium, compositionum & opificiorum. Quæcumque patent intelligit, investigat quæcumque latent. Jam si jumentum amiserit, amissum quærit, animam solummodò suam non quærit: quum mira sapienter excogitet; papæ ad caduca bona opidò quàm callidus! quàm tardus ad promissa! ad colligendas opes cum tempore transituras quàm solers! quàm promptus ad res inutiles, quàm segnis & iners ad necessaria! Eidem prona sunt quæcumque ardua, aspera quæcumque planissima, res est plena laboris salus, citra laborem exitium, cum multæ sint mortis causæ. Quanquàm neque salutis desunt homini præsidia; illum inprimis natura juvat, & sacra sustinet doctrina; Pater arma ministrat, Filius offert clypeum, & decertanti Spiritus adest. Sed enimvero nec leve negotium est peccare: obstant metuendus Judicum gladius, & Regis lex scelera vindicans statutis pœnis, terrentque divinitùs inspiratæ Scripturæ, & libri Doctorum, & horrendus gehennæ exagitat fremitus.

Nec verò scientiâ parvulus est, neque caligat ejus prudentia, & cognitionum ejus mensura parva non est, cum sit fons omnium artium, resque omnes conditas sibi subjecerit, tinea quidem est, quo parvus est, teredo est, quo infirmus, & locusta est, quo exiguus est. Papæ in horreo Regis iste vermiculus cuncta rodit!

Si montes explorat, diripit flumina, & marium profunda penetrat, pervaditque silvarum & specuum adyta. Arborum aperit sinus, radices rigat, quo fructus colligat, ubera vitis secat, blanditur & adulatur arvis, ipsorumque furatur opes. Imago Dei est in Orbe nostro; cogit aquas, & ad ingentem altitudinem attollit supponens machinas quasi nubes, quo suum æmuletur Conditorem. Creandi potestatem arte supplevit, suffecitque nutui procreanti omnia: speculationem omnia machinantem, & disciplinam perficientem omnia. Quisnam proindè ejus numeret opes? Omnes colores invenit suis tincturis, texturisque suis omnes fatigat textrinas. Quot insupèr fuso metallo vasa conflavit? Quotve dolato marmore finxit simulacra? Quisnam præterea compositionum ejus numerum describat, aut excogitata recenseat unguentorum genera, & condimentorum inventas species, illius proindè mensa Paradisum Eden copia deliciarum adæquavit? Sed si quid de judicio, ac retributione legas, aut disputes, illicò

fati-

fatigatus deficit, & obrepente ſomno obruitur, ſomnium perindè putat, quæcumque audit. Sique porrò inſiſtas, experrectus ſurgit, & lucra cogitat, ſupputatque pactos fœnoris terminos, totuſque mens eſt, ne quod pecunia damnum ſuſtineat. Manus ejus ad omnia porrigitur, domeſticos jugum ejus premit, externos ſervitium. Mercenarii facultas ipſi neutiquam ſatisfacit, urget exactores, ut deſidem caſtigent. Loca omnia ſunt illi propinqua, vicina ſunt maria, ac terræ. Una ipſi Eccleſia velut in longinquo poſita eſt. Si fortè parvulum ſe mentiatur, illi ne credas, quò te fallat, ſimplicem ſe fingit. Quamquàm illum Cognitor omnium redarguit mendacem. *Terræ*, ait, *Cœlique faciem dijudicatis, & quandonam futurus eſt æſtus, & quandonam pluvia caſura ſit, ſerenitatem quoque præſagitis, ſigna autem temporum non poteſtis ſcire?* Reſtat aliud magis dolendum. Factorem factus contendit ſcientia antevertere, eundemque non ſecus ac res ab ipſo creatas inveſtigat, & auctori ſuo limites deſcribit. Ambiit Adamus ex arbore eò evadere, undè ſuo Creatore minor non eſſet, poſteri ex inveſtigatione. Quale initium, talis & finis. Jam verò propè eſt in januis dies adventus Domini. Deus, qui Adæ miſertus es, eique locum pœnitentiæ dediſti, aperi, quæſo, oſtium pœnitentiæ noſtræ, qui es benedictus, dimittens peccata noſtra, & noſtros theſauros multiplicans.

Luc. 12.56.

Diabolus eſt, qui in eum nos provocat, qui perveſtigabilis non eſt, eſt autem credibilis: etſi quidem ejus pulchritudo perveſtigari poteſt, comprehendi certè non poteſt. Nos autem illum nobis ipſi pro noſtra imbecillitate fingimus creaturis ſimilem. Diabolus nempè poſterorum Adæ mentes cæcavit, ne dolum indagarent, quem per Serpentem orditus eſt, qui ſi, ubi fuit compoſitus, fuiſſet igne examinatus, ibidem vitium deprehenſum fuiſſet. Enimverò ſi Eva illum Serpentem, quem nec de nomine noverat, excuſſiſſet, intellexiſſet utique, qualis eſſet, & quantum abeſſet ab illa ſcientia arcanorum arboris illius, quæ Angelos quidem latet, patet autem ſimplicibus. Scilicet quum rei cujuſvis amor cor occupat, conſilio & prudentiæ nullus reſtat locus, ſed quantum eſt, omne trahit præſens voluptas, unaque ubique animum fatigat cura explendæ libidinis.

Quicumque tamen opinatur Adamum, ſi noviſſet malum eſſe comedere, ad arborem nunquam fuiſſe acceſſurum, juſtum iſte Judicem accuſat, & arguit iniquum fuiſſe ipſius judicium, qui peccatorem flagellavit, ac

ac torsit. Sed libet percontari hunc Adami patronum, qui illum ex ignorantia peccasse asseverat, utrum ipse prudens unquam peccaverit? Ideò à semet ipse discet, Adamum peccantem, peccare se, haudquaquam latuisse. Cæterùm si pro vero assumitur neminem peccaturum, si nosset malum esse Numinis iram lacessere, verisimile pariter apparebit, Adamum adhuc parvulum nesciviisse se peccaturum, si comedisset: quamquàm Serpens ipse Adamum irrisit cum delinqueret, & postquam deliquit, justus Deus condemnavit. Ut porrò nudatus nuditatem agnovit suam, cepitque fugam, & latibula quæsivit; ita culpæ prætendit excusationem. Adamo similes sumus, ut ille nobis: ergò sicut ille sceleri causas prætexuit, nos similiter præteximus. Prætexuit Cain, Achar prætexuit, Gezi prætexuit, prætexuit & Judas: laudandus Judex, qui nos condemnat.

Eva gloria, & honore decora noluit Serpenti despecto & vili repugnare, quando & ejus dicta ambigua erant, & igne probanda, ipsamque videre erat multa luce nitentem, & illum miserè abjectum. Mariam ergò miremur, quæ magnum Angelum interpellavit, nec expavit, sciscitata est, nec timuit. Eva nec sordidum Serpentem pedibus carentem ausa est interrogare, quando puella Gabrieli restitit. Nec tamen interrogavit Maria, quo de Filio Dei vivi disquireret, de homine mortali quæsivit, quod nullum cognosceret. Maria sciscitata est de rebus, quæ illi Veridico plana fuissent. Admisit Eva ab hospite dicta ignoto, quæ factu difficillima. Mater imprudens nostrarum miseriarum origo fuit; facta est prudentissima soror felicitatis nostræ thesaurus. Serpens, in quem inquirere oportuit, examinatus non fuit. Christum credere debemus, & nunc, ut video, excutimus & scrutamur.

Fratres filii Evæ, audiamus antiquæ matris casum, quem Maria tandem reparavit. Illa clausas mortis fauces aperuit, & obseratas inferni fores patefecit, stravitque novam ad tumulum viam. Clarum est, eam arboris speciem concupiviisse, sicut hera Josephi formam amavit; altera nempè viam viri sui surripere voluit, altera arboris fructum. Sentit fur facinus suum; Eva tamen glorioso promisso à sensibus alienata, meretricia procacitate, scelus minime attendit, quidquod cum libido mentem eripuisset, nec Serpentem interpellavit, ut quæreret. Quid tu hîc servus ne, an liber de Cœlitibus unus? Brutumne animal, an Angelus? Nec enim video Superûm quempiam talia narrare, nec aliquem ex Ordi-

ne Seraphim, aut Cherubim ad nos Cœlo delapsum. At tu quonam Doctore didicisti scientiam omnium maximam, quam nec Inferi, nec Superi tenent. Profectò si est præter unum aliquis Deus, tuque Legatus ejus es, tibi illum similem credere fas est, ex te ergò conjicere licebit, eum esse opidò turpem. Porrò si te cæteris antetulit, quo te munere distinxit, quandoquidem te suorum consiliorum conscium fecit, idemque te ad nos allegavit? Viden' ut vilis iste Deus tuus testetur, quem colimus, verum esse Deum, qui non rogatus cuncta nobis largitus est. Quid, si ejus de arbore mandatum observaverimus, quanto putas majora dabit? Si ergò talis te misit Deus, apage te hinc, & ad illum reversus exprobra, quod præteritis nobilibus servo se nostro adjunxerit, quodve sua consilia cum bestiarum cognato communicet. Scilicet bestiis, ut video, compares ambo estis, tu, & ille.

Sed age, teque cum Adamo in eadem trutina appensum conferamus, si tamen fas est brutum cum homine componere. Næ tu ineptus sis, si jactas te illo antiquiorem: tuum te redarguit nomen, docetque eo te longè juniorem esse. Datum quippè fuit Adæ animantibus cæteris nomina imponere, quo illis ætate major haberetur, nec enim nati parentibus imponunt nomina, appellationes namque à majoribus ad minores descendunt. Et quemadmodum Deus, ut qui sua existentia sempiterna cuncta præcessit, nomina rebus à se conditis dixit, sic extremo suo figmento, qui Adam fuit, dedit omnibus eò majorem fieri, quo omnibus nomina imponebat, ultimum nempè condidit, & primum constituit, ut ætate minor, major dignitate foret, & primi esto ante eum in seipsis extitissent, ex appellatione eodem recentiores evaderent. Et sanè quamnam putas, frater, fuisse causam, ut Adam Evæ & animalibus solummodò nomen indiceret, omnesque præteriret cum Paradiso cœlestes, terrenasque substantias. Scilicet nullum ab istis Adæ parabatur bellum, nec ullum in ipsis condebatur malum. Distinxit itaque Conditor cæteris ab ipso conditis rebus nomina, cessitque servo animalium nomenclaturam, quo meminisset Evæ se dedisse nomen, nomen item Serpenti imposuisse, ne fallerent imprudentem. Quod si Creaturæ Adamo priores ætatis prærogativa seducere molirentur, illas ex ipsarum nominibus redargueret, quæ quidem ab ejus sapientia se accepisse sciebant, ipsaque proindè nomenclatura quodammodo revixisse. Nati dum nomine carent, vita carentibus æqui-

ﻭﻟﺎ ﻫﻠﻘﺘﻬﺍ ﺍﻟﻤﺮﺃﺓ ﻭﻫﻲ ﺻﺎﻧﻌﺔ ﺍﻟﺼﻨﺎﻋﺎﺕ ﻭﺍﻟﺤﻴﺔ ﻏﻠﺒﺘﻬﺎ ﺍﻟﺘﻲ ﺳﻠﻄﺖ ﺳﻠﻴﻤﻮﻥ ﺍﻟﺤﻜﻴﻢ ﻭﻫﻲ ﺗﺸﺒﻪ ﺍﻟﺒﻬﺎﺋﻢ ﻭﺗﺴﻤﻰ ﺍﻟﺤﻴﻮﺍﻧﺎﺕ ﻗﺮﻳﺒﺘﻬﺎ. *

ﻭﻟﻮ ﺻﺎﺡ ﻋﻠﻴﻬﺎ ﺍﻟﻤﺼﻮﺭ ﺍﻟﺨﺰﻑ ﻭﺍﻟﻤﺼﻮﺭ ﺍﻟﺤﻲ ﻟﻤﺎ ﺍﺳﺘﻄﺎﻉ ﺃﻥ ﻳﺨﺘﻔﻲ ﻋﻦ ﺍﻟﻌﻴﻮﻥ ﻭﻳﺴﻘﻂ ﻣﻴﺘﺎ. ﻭﻟﻮ ﺍﺳﺘﺨﺒﺮﺕ ﺍﻟﻤﺼﻮﺭ ﺍﻟﺨﺰﻑ ﻟﻤﺎ ﺍﺳﺘﺨﺒﺮﺕ ﺣﻮﺍ ﺍﻟﺤﻴﺔ ﻭﻟﻜﻦ ﺍﺳﺘﺨﺒﺮﺕ ﺍﻟﺸﺠﺮﺓ ﻭﺍﻟﺤﻴﺔ ﻟﻢ ﺗﺨﺒﺮ ﺣﻮﺍ

cunctaque horum ambitu contenta Conditoris præsentiam astruunt, prædicant beneficentiam, Paradisus Eden inprimis profusam ejusdem liberalitatem laudat, qui cuncta donavit Adæ gratuito, etsi hunc posteà minime puduerit illi præcipienti non parere.

Invidit Diabolus Adæ, excogitavitque modum, quo illum caperet, dona ferre se finxit, captumque latro non fictus expoliavit. Spinas & vepres, sudorem & laborem, mœrorem & mortem, foliaque ignominiosæ nuditatis tegumenta speciosо texit munere; porrexitque petentibus pro pane lapidem, Serpentem pro pisce, pro ovo scorpium. O execrandam cum suo munere manum! Illa utique sinistra fuit, subversionis causa, fuitque manui simile, quod obtulit donum.

Ad noxam Adæ te demisisti innoxius, pro injuria gratiam retulisti, amplas de thesauris tuis opes, talibus ornatum donis hominem deduxisti ad benedictas Regni delicias. Majestatem tuam terrenis passionibus subjecisti, quo nostram inopiam divitiis cœlestibus locupletares, & hunc in modum auctos superis proximos efficeres. Porrò si quivis tacendo ingratus fiat, & impudens si audeat loqui, loquar, ut beneficium fatear, tacebo, ne videar minus verecundus. At enim quæ lingua, quisve Orator eloqui valeat beneficia, quæ omnem dicendi facultatem amplitudine & copia superant, sed enim vero cuinam liceat loqui? tacere quis valeat? neutrum ego nec silentium, nec sermonem probo. Psallam igitur quousque potuero, silebo, ubi impotens factus ero; rursus prorsus cursabo, ut proficiam, quiescam, ut auxilium exorem.

Gremio corporis, quod quantum est, in ipso inhabitantem animum non capit, immiscuisti majestatem tuam. O rem mirandam, tuum de Maria conceptum! Sicut enim per exiguum auris sinum intravit, & infudit se mors, ita in novam Mariæ aurem penetravit, fuditque se vita, & quemadmodùm lignum mortem intulit, sic aliud lignum vitam revexit, ut per alterum mors vinceret, per alterum vita triumpharet. Henoch & Elias mysterii hujus præcessere typi. Mirabili raptu ambo in Paradisum translati fuerunt, duo intrarunt, undè duo expulsi fuerant: gemini victores in Paradisum invecti sunt, undè gemini victi excedere compulsi fuerant, ut geminos victos victores gemini condemnarent; sic natos parentum judices fieri placuit. Adam victus & ejectus est, quia conjugi obtemperavit: illi ambo vicerunt, & introducti sunt, quia honestè vixerunt, Elias insignis castitate, & Henoc sanctimonia. Armis, quibus victus est Adam, isti vicerunt; non damnatur à suis, qui victus est, armis, sed

ab

ab illo; qui eadem arma induit, & vicit. Elias in Paradiſum tranſvectus eſt, ut ſtultorum Judæorum arrogantiam ſolveret, nugantium hæreditatem Jeroſolymis fore cernendam. Terra Promiſſionis occulti Paradiſi imago eſt; quis autem ſibi pro exemplari eligat exemplum, & pro veritate umbram? Circumciſi ut parvuli, terram fluentem lacte & melle ſuſpirant, futuram ſibi matrem, infantibus ſimiles, nutricem expectant. Illos ergo adultos puta, qui illud viventium præſtolantur pomarium, ubi ſurgit vitæ arbor, imago Filii Dei viventis; nec iſtud ruinæ obnoxium eſt, Jeroſolyma qualis, quæ jam diu deſerta ſqualet.

Superbia elatus Adam Dei ambivit ſimilitudinem, illius ambitus ab Elia reprehenſus eſt, qui tametſi quaſi alter Deus Cœlum clauſit & aperuit, non ideò tamen elevatum eſt cor ejus. Illi ſcilicet æquum eſt patere Paradiſi fores, qui quantum attollitur, tantum ipſe ſe demittit. Ejectus eſt, qui altius quàm oportebat, ſe extulit, admiſſus eſt, qui humilem ſe ipſe fecit. Id porrò factum, non quod duo tantum reperti fuerint humilitatem amaſſe, nec Paradiſo cæteri excluſi, ideò repulſam paſſi ſunt, quod nimium ſibi placerent: ſed Conditor rerum voluit in duabus perſonis admittendorum conditionem repræſentare. Henoch itaque, quoniam juſtitiam colebat, raptus eſt in Paradiſum, quo conſtaret ſua Adamum culpâ indè ejectum; ſic uterque projectus eſt, alter intra, extra Paradiſum alter. Cæterùm ne quiſpiam objiceret, Dominum in prælio pugnaſſe, viciſſe tamen, cum idem eſſet Deus, idem Paradiſum aperuit, admiſſi ſunt homines duo, qui viceruntne veritas vinceretur. Quiſquis ignavus fuit, majori comparatus, pudore ſuffundi non poteſt, ſuffundi poteſt, ſi componatur pari, qui vicit, & coronatus eſt.

Et placuit Henoc Deo, & non apparuit, quia tulit eum Dominus. Gen. 5. 21.

VIDIT Adamus Henocho patuiſſe Paradiſum, cædere ſe cœpit verbere compunctionis. Illius ſcilicet introitus ipſius exitum accuſabat. Quamquàm undè plagam, indè accepit medicinam. Henochi cauſa doluit, quo ille Paradiſum ingreſſus eſt, idem lenivit ejus dolorem, quo amiſſam hæreditatem recuperavit. Gaviſus eſt generis noſtri parens, quod etſi indè dejectus fuiſſet, ſuos tamen poſteros deliciarum ſedem jam tum tenere videret. Illa nimirum gratia, quæ ſententiam reſciderat, ne eo, quem dixerat

die reus moreretur, vitam eidem produxit, ut mœstum recrearet aspectu Henochi, redditum patrimonium adeuntis. Odoratus est gratiam Adamus, intellexitque sibi quoque opera alterius Evæ introitum fore muniédum, nec porrò penitùs extinctam recuperandæ hæreditatis spem. Vidit descriptam in Henocho figuram Salvatoris Paradisi fores aperientis, eoque revocantis exulem, olitoris typo, clavem interim apud se repositam celantis, gratiam. Ad illam scilicet vitæ arborem deduxere Henochum ambæ, justitia ne interiret, gratia, ut in altiori honoris gradu locaretur. Jam si Henochus, qui vixit, sine ligno vitæ vivere non potuit, quisnam vivere possit sine vivente Filio, cujus fructu cuncta viviscunt, & vegetantur. Nemo mercedem pro merito potest accipere, nisi tribuente justitia; nemo potest accipere supra meritum, nisi tribuente gratia. At enim cujusnam meritum sit regno par, ut istud justo pretio accepisse dicatur, nec possidere gratis. Gutta est, quod exhibet justitia, reliquum supplet gratia. Justitiæ meritum ansam remuneratori præbet tribuendi pro parvo magnas & immensas opes; nec vero si accessionem facit, reprehenditur, qui hunc in modum cuncta exauget & amplificat. Mortalis hominis labor brevis de longissimo satisfacit, quem laturus fuisset. Nam si vitam diutius protrahere licuisse, ad eundem modum labores pariter excurrissent. Justitia ergo est & gratia: justitiæ interest, in merito nunc deputari laborantibus, quod amplius laborassent, si diuturnior vita concessa fuisset; gratiæ interest, quod cum homo non fuerit operatus, in modico, quod operatus est, intelligitur quanta illi ex gratia accessio facta sit. Est ergo labor operantis minimus, & maximus, minimus operis, maximus voluntatis in infinitum projectæ, exiguum est, quod hominis virtus operari potest; multum est quod voluntas cupere potest, multum ergo promovet voluntas, parum opus. Quum ergo Remunerator non magna tribuit, laborem exiguum cum exigua mercede cōpensat, quumque modum in largiendo prætergreditur, id nimirùm voluntati concedit.

A *Vidit igitur mulier, quod bonum esset lignum ad vescendum, & pulchrum oculis, aspectuque delectabile; & tulit de fructu illius, & comedit.*
In illud Gen. 3. 6.

QUÆ duæ feminæ innocentia & simplicitate floruerunt Maria, & Eva, altera salutis, altera nostræ mortis origo fuit. Age, rationes utriusque conferamus. Eva ex quo simplicitatem à prudentia discrevit, plane desipuit; Maria sapienter prudentiam credidit esse salem, & condimentum simplicitatis. Enimvero non sapit simplicitas, quam non condit calliditas, nec calliditas spem salutis facit à simplicitate remota. Nullum crimen procul abest à simplicitate, & calliditatem ponè sequitur omne flagitium. Id tamen verum ac certum habetote, fratres, si altera alteri societur, ambas evadere pulcherrimas atque ornatissimas. Calliditatem itaque simplicitas temperet, condiat calliditas simplicitatem, simplicitas sit prudens, simplex prudentia: nisi jungantur ambæ, displicent singulæ, quia altera judicio caret, caret altera caritate: Si vero concurrant, mutuo se ornant, & amplificant. Geminis illas corporis nostri manibus comparant parabolarum studiosi. Nam si alteram ab altera manum separas, ambas debilitas, si vero cojerint, nullam huic potentiam in Orbe parem invenias. Manuum siquidem opus est, subegisse terram & maria, æra liquasse, domuisse ferrum, valles æquasse, atque in ingentem sublimasse altitudinem, dissecuisse montes & complanasse. Duæ matres denas habent filias, exiguo quidem robore præditas, hoc tamen quantulocumque apparatu adversarios fregere potentissimos, sic parvas vires ingentia facta sequuntur. Paucas dices si præsens numeres, plurimas credes, si absens opera supputes, pulcherrimas & venustissimas, si quas pingunt tabulas, contempleris: cum libros scribunt, tacent & loquuntur, nudæ numeros induunt & calculos; pugillos cernis vacuos, quos tamen nec Mundus suo impleat censu. Est illis affinis & socius, cognatus & gentilis, cujus historiam repetere operosum foret, hic ab illis excernitur, ipsis tamen totus velut immersus hæret. Idem illorum est legatus, pennas non habet, & devolat, revolat & alas non explicat, sine plumis per aëra vehitur, commissa sibi arcana in sinu celat. Mussat, ne veniat ad aures vox. Porro nec ab illo in hac parte superatur alter illarum nuntius auris: in ea tamen, qua utitur quiete, loqui absistit, cum unus sit ejus sermo silen-

ſilentium ipſi cognatum. Quamquam, qualis oculo vox eſt, talis & auri ſilentium, ambo ſcilicet ipſis extranea, omnia tamen audit oculus videns, omnia videt auris tacens. Oculum Evæ arboris perculit ſpecies, aurem pepulit Veteratoris conſilium, ambo hæſere infixa animo: abſoluto opere inceſſit dolor & pœnitentia. Aure vidit Maria illum abſconditum, voce concepit in utero Virtutem ad corpus demiſſam. Inter hæc Mors, & Diabolus dum anxii ſe mutuo ſuſpectant, invicem interrogant. Quid iſtuc, quod pulſat aures carmen? Angelos quippe audiebant hunc de illo hymnum modulantes: Hic eſt extinctor mortis, & Diaboli triumphator, gaudium Angelorum & hominum ſpes. Hinc inceſſit trepidatio & metus, compulitque ad fugam ambos. Diabolus deſerta petiit, ſub terram ſubiit mors; incaſſum tamen, ille nimirum fugientes inſecutus ſuis in latebris oppreſſit, in ſolitudinem penetravit, & Diabolum in propria Eremo debellavit, deſcenditque in imos terræ ſinus, & mortem in ſuis ſpelęis concìdit. Hinc ſublatis humanæ rei everſoribus, ſpes Infimis revixit, & aucta Summis lætitia. Tum vero Cælo delapſi vigiles Terrigenis læta omnia nunciarunt, eorumque cumularunt gaudium. Cæterum lumen oculo receptum ſua illum præſentia tergit & illuſtrat, ejuſque pulchritudinem ac venuſtatem proprio fulgore exauget & ornat. Maria oculus fuit, lux habitavit in illa, ſuoque numine ipſius mentem exterſit, purificavit phantaſiam, cogitationes mundavit, & defæcavit virginitatem. Rurſus ſi fluvius in quo baptizatus fuit, illum myſticè iterum concepit, & mollis aquarum uterus puriſſime parturiit, ſancteque peperit & extulit gloriosè, agnoſcas in puro fluminis alvo filiam hominis, quæ ſine viro concepit, & peperit ſine ſemine, atque ex gratia gratiæ Dominum educavit. In flumine paruit Sol Oriens, fulgur in ſepulcro, in ſummitate montis reſplenduit, & refulſit in utero, cum elevaretur, & aſcenderet, ſua luce coruſcavit. Blæſus Moyſes in extrema & aperta corporis parte illuſtratus, extrorſum ſplenduit: fluvius in quo baptizatus fuit, intromiſſo lumine, claruit. Corpus item in quo habitavit introrſum, recepta luce, perfuſum fuit, nec qualem accepit Moyſes in ſumma cute hęrentem. At ſi talem, ac tantum Moyſes ex levi divini ſolis irradiatione hauſit ſplendorem, qualem & quantum cepiſſe putas corpus, in quo idem habitavit, vel qua lotus eſt, profluentem. Cæterum ſi blæſus Moyſes tentorium ingreſſus, inde tenebras ſua præſentia diſſipabat, eo quod ejus ex ore micantes radii, quæcumque pete-

peteret loca, illuſtraret. Beatorum relege velut in imagine prærogativam, adeo, nec illis opus erit aliunde mutuare lucem; emicans quippe ex oculis fulgor & clariſſimum, quo circumveſtiuntur gloriæ lumen, hanc abunde ſufficient. Quocirca ſicut Sol à nullo alio ſydere fœneratur lumen ut tenebras diſcutiat, nec enim indiget lucerna, qui lucis eſt fons; tales & juſti erunt, propriaque ſplendebunt luce, quæ illis circumfuſa dabit amictum & ornatum. Ipſi ergò ſibi vicem ſupplebunt ſyderum, & operam præſtabunt. Eodem porrò Mundi ſupremo die occurrent mali omni labe polluti, omnique dedecore maculati, ſibique ipſi tenebras parient & cruciatus, eum fermè in modum, quo ex ægrotante ad correptionem corpore oriuntur febrilis æſtus, & multi dolores, cami videlicet & fræna laborantibus injecta ad cohibendam illorum inſaniam, ſeu virgæ expeditæ ad vindicanda eorundem crimina. Optime, qui nobis Solem per diem, & per noctem Lunam & ſtellas in remedium tenebrarum providiſti, tuo nobis, precor, munere luceat conſolationis tuæ lux. Confitemini, fratres, Creatori lucis, & in hoc aſpectabili lumine ſupercœleſtium ſyderum agnoſcite imaginem, & laudate Opificem, qui in viſibili luce, lucem inviſibilem Salvatoris noſtri ſpectabilem nobis fecit. Illumina, quæſo, præceptis tuis vocem dicentis, & aures audientis: oculorum nempe geminæ ſunt aures, hiſque lucis officium vox præſtat. Ageſis cum oculo debeat corpus, ſuis benè compactum partibus, ſuorum organorum nitorem, decorem actuum ſuorum, reliquorum ſenſuum ornatum, membrorumque venuſtatem: manifeſtum eſt Mariam fuiſſe ejus ſyderis januam, cujus præſentiâ ſpes noſtra revixit, quando per illam Mundum, ejuſque habitatores reviſit lux, quam expulerat Eva omnium origo malorum. Et ſi myſterium utriuſque noſſe cupis, cogita corpus geminis præditum oculis, quorum alter caſu occæcatus lumen amiſit; mira nitet alter luce, quam rebus omnibus etiam communicat: Mundum jam reſpicito, duos hic oculos nactus eſt: Eva fuit oculus ſiniſter planè cæcus, dexter ex adverſo nitidiſſimus Maria, ut lævo oculo lux occidit, ſimul univerſo Orbi incubuit nox. Cum ergò homines cæco errore viam pertentarent, quodvis incideret offendiculum, crediderunt eſſe Deum, & falſi verique nomina confuderunt. Poſtquam verò iis, qui hactenùs per noctem erraverant, illuxit dies per oculum dexterum à cœleſti luce, quæ in ejus ſinu habitabat, reſipuerunt, & damnarunt errorem, agnoveruntque ſalutis ſuæ perditionem fuiſſe proprii capitis adinventiones.

Lux orta est justis, & rectis corde lætitia. A Psal. 96. 11.

LUX, quæ diem Justis attulit, & rectis corde lætitiam, fuit Dominus noster Jesus Christus, qui è sinu Patris nobis illuxit. Indè ad nos digressus vocavit nos de tenebris in admirabile lumen suum. Illo aperiente se die, simul occidit noctis imperium, & obtensa nostris oculis nubes continuò discussa est, ejus lumine nobis ministrante lumen. Ipsius fulgor terræ pervasit viscera, & in abditissimos usque recessus penetravit. Mors extincta est, diffugêre tenebræ, & Inferni portæ contritæ sunt, dispulit noctem, quæ Mundum hactenùs universum obvolverat. Mortui, qui in pulvere jacuerant, surrexere, & de dato Salvatore egere gratias. Postquàm salutis nostræ opus peregit, ad Summum Patrem suum conscendit, indè magna cum gloria & majestate rediturus. Eia agite, nostras accendamus lampades, lætique venienti occurramus. Lætemur in eo, sicut ipse in nobis; idem namque sua nos decora luce lætificat. Ipsius magnificentiam prædicemus universi, & excelso ejusdem Genitori ingentibus nos obstrictos beneficiis fateamur. Hic enim propter magnam misericordiam suam, eum ad nos allegavit, qui spem nostram erexit, & salutem aperuit. Supremo eo die, quo derepentè apparebit, & in ejus occursum Sancti prodibunt, illi scilicet omnes, qui in eo laboraverunt, ut paratos inveniret, lætabuntur Angeli, & cœlestes Vigiles in gloria Sanctorum, & ipsis adeptam felicitatem gratulantes, eorumque capitibus imponentes coronas, simul omnes uno concentu jubilabunt & laudabunt. Ehodùm, fratres, date operam, adeste læto animo, nostrum Regem ac Salvatorem cum gloria & majestate magna venturum, nosque jucundissima Regni sui luce exhilaraturum, magnificemus.

1. *Pet.* 2.

Pone, Domine, custodem ori meo, & custodem labiis meis. Psal. 140. 3.

AD Orationem, fratres, continenter paratos nos esse oportet. Res opidò magna est Oratio, quæ orantes intromittit ad Deum. Quum ad colloquium Dei, caritate comite ascendit, Cœli fores panduntur, ingressum nemo disturbat, non illam Angeli prohibent, non Seraphim morantur, quin cum lubet, Deum adeat, & quæ petit, impetret. Orationem nemo non amet, nemo non jungat cum illa laborem dierum, & noctium vigilias, oratio orantem non dese-

A deserat. Oratio Jonam à pisce hausto medio è pelago extraxit. Oratio Danielem bestiis objectum in ipso lacu præstitit incolumem, juvenesque Azariæ socios in mediis flammis servavit illæsos. Ubicumque pugnavit, vicit; à Deo quæcumque petit, consequitur, beneficia verò, quæ impetrat, suam amantibus consuetudinem dispensat. Ipsius Dominum delectat ab illa rogari, eique jucundum est precantem audire, quin & jubentem, jussaque exequitur, quæcumque suggessit exultans fiducia & certa spes. Prophetæ orationem considera: adstat ante Deum, confidenterque loquitur, nec veretur dicere: Domine Deus meus custodi me quasi pupillam oculi, & in habitaculis tuis & sub alis tuis eripiar à tentationibus. Dominator Orbis, summa atque ima tenens, oro te, custodi me quasi pupillam mihi in meis oculis repositam. Exaudi, Deus, omnes sperantes in te, & quasi pupillam oculi tuere ac protege. Geminas natura dedit oculo palpebras, quæ ab illo, quo totum illuminatur corpus, injuriam propulsent, binas fixit pupillæ fores, eandemque jussit intra oculum se abdere quasi verecundam intra cubiculum virginem, aut dilectam intra thalamum sponsam: duo scilicet ostia oppositi, quæ sponte se aperirent & clauderent, lucem reciperent, & noxias pulsationes arcerent. Palpebris nempe illam vestivit & sepsit, & adversus incidentia objecta munivit, ut istis aditum obstruerent, & suam pupillæ claritatem à quavis turbatione præstarent immunem. Quocirca Propheta anxius enixè precabatur, & clamabat: Domine Deus meus, custodi me ut pupillam oculi: oculum contine ne furtivo capiatur aspectu, & aurem obstrue, ne pravis intendat colloquiis, labiaque & linguam custodi, ne mentem pervertant, pertrahantque voluntatem ad nefaria perpetranda. Adulter est oculus si minus castè aspiciat, scortatur auris, si inhonestis sermonibus attendat. Quum oculus videt, & concupiscit, quod suum non est, Deo mœchatur, seque suis cogitationibus incestat. Oculus corpori inditus fuit, ut opera Dei aspiceret, & admiraretur, suamque admirationem ad animum transmitteret. Similiter auris dum obscœnis cantionibus & impuris carminibus se præbet, infami stupro violatur, ipsi pudicitiam eripuit, qui eam tenet, & delectat sonus & cantus. Aurem Divinus Opifex homini accommodavit velut disciplinæ organum, per quod sacram doctrinam exciperet, & in animum transfunderet. Ea propter Orationi continenter insistito, & in vota precesque ne cesses. Custodes inprimis

mis poſtula, qui tuorum membrorum oſtia defendant, ſeptem ſupra ſeptuaginta tuo in corpore panduntur portæ, has tu diligenter cuſtodi, inſtant quippè latrones, & aditum explorant, quo pulchritudinem Animæ tuæ extinguant. Proſpice, ne mors feneſtras tuas occupet, & in ædes invadat, hiſque in poteſtatem redactis dilectæ Deo imaginis, ad quam conditus es, formam corrumpat. Spiritus Sancti ſignaculo obſignantur tui capitis oſtia, ſigillum unctionis cunctis tui corporis membris impreſſum eſt. Suam te epiſtolam ſcripſit Rex, appreſſiſque ſigillis igneis clauſit: vide ne illam legant extranei, ejuſque characteres corrumpant: cave, ne Regis ſigillum reſcindas, ſi feceris, continuò tibi latrones incumbent: vide, ne hujus impreſſionem obliteres, alioquin à ſicariis oppreſſus occumbes. Quod intra te eſt, hoc tuum eſſe puta, quod enim extra te eſt, tuum certè non eſt; intra te Deus, Diabolus extra te.

Vidit in Apocalypſi ſua Joannes librum magnum & admirabilem, à Deo ſcriptum, & ſeptem ſigillis munitum; qui ſcriptum legeret nullus erat, arcanum ſuperis atque inferis impenetrabile ſolus norat, qui ſcripſerat obſignaveratque Filius Dei: nec enim oculis videre licuit, nec auribus percipere, aut mentibus cogitatione comprehendere, quæ Animæ ſcripſit bona Deus; regnum nimirùm in Anima ſcripſit, ſcriptumque in eâdem pro arrha repoſuit, quouſque adveniat Regni hæres Filius Dei, atque Animam in nuptialem thalamum introducat; veniet autem in gloria ſua, & congregabuntur ante eum omnes gentes. Tum verò Virgines prudentes paratæ exibunt in occurſum ejus, illæ videlicet, quas ſibi idem deſpondit, ipſiſque arrham conſcripſit. Exultabunt utique intuentes adventantem ſponſum, ipſaſque ad nuptiarum epulum invitantem. Nam quæ datam ſervavere fidem, thalamum intrabunt, quæ autem virginitatis ſignacula reſciderunt, in tenebras exteriores compingentur, ſponſoque cogentur redhibere arrham ab illo traditam, iis firmatam verbis: *Regnum Dei intra vos eſt*. Quod quidem tibi perindè dictum accipe, quatenus enim Dei Filius intra te eſt; ſequitur, intimum eſſe tibi etiam regnum ejus. Euge peccator Cœli gazæ in tua conduntur Anima. Si vis regnum Dei, hoc intra te eſt, ergò in te ipſe deſcende, illudque intra te quærito, quæſitum non multo labore reperies. Vide, ne poſt mollioris vitæ oblectamenta, commodaque vageris, corruptæque naturæ cupiditates cohibeto. Cave, ne te immoderata habendi cupido

pido transversum rapiat. Fuge hominum societatem, & secessum tibi apud te ipsum quære. Morare tecum in otio tranquillæ mentis. Satage, ut ibi regnum obtineas, sicut nos noster Salvator admonet, quod si assequi nec dum concessum est, voca illud verbis, quæ idem nos docuit: *Pater noster adveniat regnum tuum*. Adveniet utique si vocaveris: quamquàm idem intra te est, quod enim extra te est, regnum non est. Intra te est regnum, extra te gehenna atque mors, hujusque janua peccatum. Culpa perindè ut pœna procul à te absunt, cave, ne exeas ad externos, ne in simile exitium transversus incurras, neve ad alienos ingrediaris, ne in sicarios incidas, & pereas. Ostia corporis tui obstruito, ne latrones ædes ingressi te capiant, & ferreis vinculis constrictum, in tenebricosum carcerem conjiciant. Membrorum tuorum fores claudito, ne forte qui tuæ libertati insidiantur, in captivitatem abducant, & regno pulsum secum in gehennam rapiant. Animum ad te ipsum revoca, & in corde tuo, ut dixi, habita, ibidem habitat Deus, nec enim ille à te recedit, ut tu ab illo. Quocirca iterùm moneo, ut cum magno affectu, & cordis gemitu ac devotione Deum depreceris: corporis tui portas ut custodiat ora, pete tibi oculorum custodem, ne quæ concupiscentiam inflammare solent, aspicias, indèque conceptam flammam oculus cordi communicet, & regnum eripiat. Custodem pariter auribus exora, inhonestis allocutionibus obsistentem, ne fores nactus apertas flagitiosus sermo, continuò pervertat mentem, avertatque à Domino voluntatem. Iterùm orando contendito, ut labiis orique similem custodiam impetres, ne obscœna dicere assuescant, indèque ad turpia facta delabantur. Postremùm cordi tuisque sensibus provide, ne suo destituantur custode, alioquin si pravæ libidines animum semel invaserint, nullam in illo honestæ vitæ partem relinquent. Cum voluntas adhæserit summo bono, bonis affluet omnibus, fitque vitæ fons, nam ex quo à Deo deflexit, in scatebram deformata est, undè mala omnia fluxerunt. Dei habitaculum est cor, lictore indiget, infestam arcente turbam, quá intrante, Deus confestim indè recedit. Ego verò vehementer miror, fratres, & obstupesco charissimi, miraculum, quod nec Cœlites mente assequuntur, nedum nos infimi verbis explicare sufficimus: summam vid. illam naturam ab omni utique intelligentia remotissimam humanum subire cor, atque in eodem domicilium fixisse adeò ut qui Seraphim latet, nobis nostro occurrat in corde. Enimverò

verò tametsi quanta est Orbis terræ moles pedes ejus non sustinet, puro tamen corde gestatur. Cœlorum spatia pugillum ejus non implent, cor tamen etiam templum sufficit: sua Cœlos comprehendenti manu, capacem præbet locum vix pedis unius capedo; cumque idem se pro sua voluntate collatat, amplissima hæc rerum universitas præsentem nec capit, nec in angustiam adducit, nec tamen cor istuc exiguum illius immensitati breve aut angustum est. Exiguum nempè locum postulat ab homine sibi Deus, quem cum intraverit, simul suum efficit templum, ibidemque moratur & habitat. Anima quippè illius templum est, & sacrosanctum altare cor. Hîc suam explicat Majestatem, hîc illi sacrificatur, Sacerdos Spiritus Sanctus præsens sacrum peragit ministerium. At tu cave, ne hùc insiliat peccatum, & hinc suo fœtore Spiritum Sanctum expellat. Cum ergò factus sis divinum templum, pudeat hujus curatricem habere luxuriam, exedificatum est cor tuum in altare sanctitatis, & adhuc sustines huic incubare impudicitiam. Spiritus Sanctus sacris in te fungitur ministeriis, pateris tamen tua cum illo habitare vitia, miscerique cum suavissimo odore sacrorum graveolentes intemperantiæ anhelitus. Hoc ergò curabis, ne sub tectum tuum subrepat luxuria, Deique templo injuriam faciat, neve ulla tibi adhæreat fœditas, ob quam sanctum altare vilescat, aut ullum hùc se infundat peccatum, illoque admisso, Spiritus Sanctus pulsus abscedat. Paulus, in quo Christus loquebatur, cum dolore & lacrymis dicebat: *An nescitis, fratres, quia templum Dei estis, & Spiritus Sanctus habitat in vobis?* Si quis autem templum Dei violaverit, disperdet illum Deus, Animam nempè suam Dei templum appellat, quam impudicitia profanari affirmat. Animam ergò tuam tuere diligentissimè, quoniam facta est templum Dei: piè sanctèque serva cor tuum, quia factum est altare sanctitatis. Orando satage, ut excubitores habeas ante vivum Dei templum, indèque omne profanum ac immundum procul abstineant, ne contristetur Spiritus Sanctus. Thesaurum in corde tenes. Canem pervigilem habeto, ante fores perpetuò excubantem, cave solicitus, ne improvisus fur spoliet domum, tibique tua scelerati homines furripiant. Itane quum tua quæque cures, salutem animæ tuæ negliges, ut nec illi custodem vel rogando procures? Undè fit ut immundi spiritus, furesque nequissimi inopinantem præoccupent, ejusque bona prædentur. Substantiam scilicet non tuam sollicitè defendis, animam patrimonium tuum contemnis. Quidquod

1. Cor. 3. 17.

quod pacta etiam mercede vinetis, olivetis, & ſegetibus cuſtodes conducuntur, ſola Dei hæreditas ſine cuſtode relinquitur, adeo nullus eſt, qui de ejus ſalute laboret. Res ſuas omnes curant, & conſervare ſtudent, ſi autem quis animam ſuam rem utique Deo cariſſimam maligni ſpiritus depeculentur, & opprimant, non idcirco dolet, & clamat: O me perditum! Pretioſis, quas poſſides, veſtibus pulverem decutis, eiſque à tinea caves, peccatum verò, teredinem arrodentem Animam nequaquàm removes. Infeſtum reptile ſcrutaris in tunica & pallio, indeque abigis, cor interim vitiis ſepultum cernis, nec ea exterminare cogitas. Quum capitis tui comam vermibus liberare ſatagas, oſtia nihilominus ſeptem in illo aperta negligis, paterisque per ea latrones ultrò citròque commeare. Collapſam domum reædificas, & ſtabilitatem atque firmitudinem ædificii diligenter curas; tua modo anima multis fatiſcit rimis, ut unam & alteram obſtruas, non curas. Sicubi perfoſſam domum deprehendas, foramen continuò obturas, mirum ſanè te animæ tuæ peccatorum tinea labefactatæ hactenùs minime proſpexiſſe, neque portam clauſiſſe, quâ datâ irruit Diabolus, tibique mentem & intelligentiam eripuit. Hinc porrò fit, ut unuſquiſque temerè feratur & erret, quo effrenata cupiditas abripuit, adeò ut idem, quem tantoperè ſollicitat cura boum, & ovium, atque jumentorum, minime laboret, quomodo ſuam à peccatis conſcientiam cuſtodiat; & idem, qui ne fures domum infeſtent, magnoperè cavet, tametſi graſſatores illius animam jam obtineant, horum tamen ingreſſum adhuc ignoret, nec intelligat, quæ ejus vecordia eſt, eoſdem in ejus exitium incumbere, ipſumque à Deo Creatore ſuo jam abduxiſſe. Habes ergò, ut prius dicta reſumam, qui dat operam, ne veſtes abrodat tinea, peccata tamen & vitia teredine longè nocentiora conſectatur. Habes iterùm qui defoſſa humo, ne rapiatur, aurum recondit, nec tamen dolet mentem ſibi luxuria ereptam, & infamium muliercularum ſe evaſiſſe ludibrium. Rurſus, qui etſi lutum ex cenoſo vado forte ſibi allitum continuo detergat, & eluat, omnibus tamen obſitus vitiis exultat, nedum ea removere curat; qui perinde non ſuſtineat aſperſum pallio pulverem, animam tamen ſuam patitur Suem de graveolente cloaca redeuntem referre. Similiter, qui lavat corpus, & accuratiſſimè incidentes emaculat labes, ut ad ſpeciem formoſus appareat & pulcher, propriæ tamen animæ ſuperaggeratas ſordes corradere recuſat. Sunt præterea, qui odoratis unguentis cutem

tem imbuunt, ut benè oleant, interea vero minime ſentiunt, qualem fœtorem ipſorum peccata ſpirent, cadaveris nimirum humi jacentis putrefactique putore tetriorem. Profecto aliunde odorem non quærerent, niſi iidem de proprio fœterent: ſcilicet poſtquam peccatum ſuo illos afflavit putore, hunc ſuave olentibus ſpeciebus corrigere nituntur. Concede nobis, Domine, ſapientiam, & inſuper adde ac tribue intelligentiam, tribue nobis, Domine, tibi bonum ſpirare odorem, thuris, ac thymiamatum, ſuffitu ſuaviorem, item amare te, & mundum odiſſe, ut pro caducis bonis poſſideamus te. Domine, da, quæſo, nobis lacrymas, hoſtias electas offerre tibi. Domine, da, quæſo, cuſtodire tibi tria ſuavia incenſa, Domine, da, quæſo, accendere tibi tres ſplendentes lampadas, mentem, animam, & carnem, tria Trinitati reddere, mentem Patri, animam Filio, carnem Spiritui Sancto, qui & illam de pulvere repetet, ac renovabit. Pater, nobis ſanctifica mentem noſtram, Fili, nobis animam noſtram ſanctifica, Spiritus Sancte, ſanctifica carnem infirmam, ejuſque ſordes abſterge. Da nobis, Domine, ut lætemur in te, tuque læteris in nobis in die noviſſimo. Mens, anima, caro laudent te, tuque miſerere noſtri.

Fili mi attende ad ſapientiam meam, & prudentiæ meæ inclina aurem tuam. Prov. 5. 1.

GEſtienti ſapientiam indito, quæſo, Deus diſciplinam, tuoque in regno magnifica præceptorem probe docentem. Qui amat ſapientiam ſapientior fiet: & cui torpor & otium voluptas eſt: nullus eſſe poteſt profectus. Age obtine diligentiam, magnum ſcientiarum theſaurum, fugito negligentiam omnis corruptionis promptuarium. Libros aſſidue evolvito, ut inde haurias, rerum cognitionem & ſcientiam. Gulæ vitium abigito, ne quæcumque adeptus fueris, perdas. Dei amicos tibi perinde amicos aſciſcito. Ebrietati ac intemperantiæ deditos homines, nec in itinere ſocios admittas. Dei metum tibi eligito, initium ſapientiæ; & parentes honora, quoniam illorum oratio ipſa te cuſtodit. Aurum poſſide in menſura, ſine menſura ſapientiam, ut cum incubuerit tribulatio, quietem & conſolationem invenias. Aurum & argentum ſi poſſederis, ne te efferas, neve tibi nimium placeas, ſed in omnibus moribus tuis modum & modeſtiam ſapienter obſerva. Eſto in pueritia tua humilis, ut in ſenectute ſublimeris. Bonos habitus comparare tibi ſtude, ut beatam ac tranquillam vitam agas.

Hæc

Hæc diſce quiſquis amas ſapientiam, & perſequere: indè tibi, parentibus, & majoribus tuis gaudium & lætitiam parabis. Si quando ſenioribus aſſidere contingat, vide, ne ad loquendum feſtines, ſed file, donec rogeris, rogatus reſponde, ſubmiſsè tamen. Quæ loqueris, prudenter conſidera, ut quiſquis te audit loquentem, parentibus gratuletur tuis, & præceptoribus tuis benè precetur. Cuique rei tempus præfinito, ut ordinatè agas, cibo, potui, locutioni, orationi & lectioni. Animam tuam bonorum operum viatico inſtruere ſatagito, dum vacat præparandi viatici tempus, ne poſtquam hinc deceſſeris, illic egeas. Contine os tuum à juramentis, blaſphemiis, & maledictis; quin linguam piorum hymnorum ſuavi modulationi aſſueſcito. Parce, puer, adoleſcentiæ tuæ, ne cibus ignis aliquando fias; & ægritudinis tempus recogita ac ſenectutem, celeri pede te inſequentem. *Melior eſt ſapientia quàm arma, & diſciplina quàm pecunia, & melior eſt puer ſapiens rege ſene, & ſtulto.* Quære, puer, ſapientiam, & ordinem in actis tuis obſerva, ut in hoc ſæculo proficias, & in futuro regnum aſſequaris. Majoribus honorem habeto, & ſenum conſuetudinem diligito, eorumque pedibus aſſideto, verba fac attendas & intelligas. Diſciplina eſt altera lux, præſtat forma & nitentibus oculis: hanc deperito puer, unde tibi laus apud audientes & familiares tuos emanabit maxima. Coronam fabricat ſapientia, quam diligentium ſe capiti imponet, poſtquam de ſtercore ad regnum illos provexerit, & collocaverit in throno. Menſam crede tuam libros, & inde omnem hauries voluptatem, illos puta tuæ ſtratum quietis, ubi dulciſſimum ſomnum capies. Improborum ſocietatem fuge, & poſt mendaces ne abeas, neve invidos imitere, & cum petulantibus noli nugari. Nimiam confidentiam cave, ne amicis tuis deſpectus fias. Cape conſilium à ſapientibus, & parentum tuorum mandata cuſtodi: nec unquam jurabis, aut mentiaris adverſus hominem, qui in te peccaverit. Si te cuipiam ſociaveris, vide, ne pecuniam appetas. Proximis tuis, quod tibi, bonum opta & facito, ut bona tibi precentur. Actuum tuorum lux ſit veracitas, ſic ſic, & non non ſit ſermo tuus, ut ab omnibus dicto tuo habeatur fides: veri ſint ſermones tui, ut ſuper omnes homines diligaris, & abſentes ac præſentes vitam tibi optent diuturnam. Bona facito quot, & quanta poteris domeſticis & extraneis; & bonis verbis alloquere probos & improbos. Spera in Domino, & cuſtodi viam ejus, & incede in

omnibus mandatis ejus, & homini noli confidere, quia derepente exarescet, quasi non esset, uni Deo constanter confidito, quia qui confidunt in illo, in utroque sæculo beati. *Mundus transit*, sicut
1. Cor. 7. 31. scriptum est, *& judicium stat*, sicut definitum est. Memento puer, ne delinquas, & si deliqueris, ad pœnitentiam festina: assuesce os tuum laudi, & decoræ mentis jubilationi: juramentum & mendacium fuge, Diabolus enim in his lætatur. Redde Deo beneficiorum quæ accepisti, confessionem, vigilias, jejunium, & orationem, psallat lingua modos jucundæ laudis. Jejunium quadraginta dierum observa, & esurienti tribue panem tuum, & per diem septies ora, sicut à filio Jesse doctus es. Bonam voluntatem posside tibi super omnes divitias, quoniam nihil est in rebus præstantius. Ista lege, qui cupis disciplinam, & verba, quæ os tuum pronunciat, expende. Diligito bona, ut deliciis affluas: quæ proferunt labia tua, diligenter attende, & quasi sapiens versare in cunctis sæculi negotiis. Cogita introitum tuum in hunc Mundum, exitum pariter ab illo, quoniam è nihilo factus es homo, & derepente nihil eris. Recole multos, qui fuerunt ante te Reges magni & fortes, & considera, eos ab hoc Mundo migrasse, teque pariter hinc migraturum. Adhortanti ad pœnitentiam obedi si peccator es, & si justus es, cave, ne pecces. Auditio judicii mala ac terribilis est, peccatum fugiat unusquisque: videat, ne curis hujus Mundi implicetur, ne post contingat hæreditare ignis tormentum. Domini tui majestatem admirare semper, ipsi gratias age incessanter, & lauda illum assidue. Nam si universum Mundum lucreris, hic à morte non liberabit te. Trinitas nos adjuvet, ut ejus voluntatem faciamus, & ab eo, quod operantibus iniquitatem reservatur, judicio eripiamur.

Cuncta vanitas, & afflictio spiritus. Eccl. Cap. 1. 2.

PRopheta clamat: Homo vapori similis est, ejusque vitæ spatia velut umbra
Psal. 4. 3. fluunt & elabuntur. Vos autem *filii hominum, usquequò diligitis vanitatem, & quæritis mendacium?* Præterit enim figura hu-
1. Cor. 7. 31. jus Mundi: nos admonet Apostolus. Tempestas tempestatem trudit, ætas ætati succedit, & expirat. Anni, menses, & dies Mundum in transitu esse prædicant. Quisquis Mun-

A Mundum intrat, quò indè egrediatur, intendit iter. Quiſquis utero concipitur, ſepulchrum petit, ibi manſurus. Alter dum naſcitur, in Mundo victurus, jam indè migravit alter. Dum ille divitias congregat, & recondit, iſte reliquit, & diſceſſit. Aſpice, ut opes ab altera in alteram familiam transferuntur; utque ſubit egeſtas alteram ex altera domum. *Vanitas vanitatum, & omnia vanitas*, ſicut ſcriptum eſt. Mundus

B rotæ ſimilis eſt, motibus rapit ſuis tempeſtates ac tempora. Illius mala vanitas, & bona nihil, nec mala mala ſunt, nec bona ſunt bona. Cum obvenerit copia, illicò ſuccedit inopia; cum intraverit, conſtiteritque tantiſper voluptas, tranſit, & ſubeunt dolores. Qui hodie lætatur, plorabit cras & mœrebit. Qui modò nuptiali epulo aſſidet, geſtitque præſentia uxoris adoleſcentiæ

C ſuæ, caſu intervenit mors, & conjuges dividit, & major gaudio præſente ſequens dolor ſuperſtitem obruit. Splendidis ille nitet veſtibus, & pretioſo amictu ſuperbit, ſua hic quoque brevi exuet ornamenta, & iſta ſomnium fuiſſe ſepulcro exceptus diſcet, aranearum telis mox operiendus. Nec aliud cogitabit iſte, qui ſuperbam domum ædificat, & per ampla ſpatiatur atria, quando

D ſupremus illum opprimet dies, & ægrum proſternet, abjicietque in lectulum, ac tandem extinguet. Continuò funeris curatores manus ejus, pedeſque conſtringunt, obſtruunt os, oculos obnubunt, ſuiſque cogunt excedere ædibus, nec dieculæ mora in propria domo domino conceditur, ſed inde confeſtim elatus, ſubit ſepulchrum ibi relinquendus. Talis erit vitæ illius exitus, *Vanitas utique & afflictio ſpiritus*. Velut ſom-

E nium avolarunt dies ejus, fuitque quaſi non fuiſſet. Alius quiſpiam præfecturam adeptus eſt, indeque altos ſpiritus ducit ac tumet; cæteros opprimit, ac fraudibus doliſque captos ſpoliat, & iniqua præda proprias implet ædes. Sed cum venerit vitæ finis, hoc omne in cineres rediget; fuerunt nempe divitiæ ejus *vanitas*, & *afflictio ſpiritus*. Mundus noctis imago eſt, ejuſque operationes ſomnia ſunt, quibus demerſus ani-

F mus, deceptus errat. Ut nox per falſas imagines trahit dormientem, ſic vigilantem ſuis Mundus promiſſis capit. Ut ſomnus ſpectris & vanis viſionibus hominem ludificat, ſic Mundus jucunda voluptatum & divitiarum ſpecie fallit, ſomnia objiciens gratiſſima. Sic te tibi fingit divitem, Præfectum, & in celſiſſimo gradu locatum, pulcherrimis ornatum veſtibus, inſuper promiſcuam hominum turbam tuis advolutam pedibus, ac talibus illuſum ſpeciebus faſtu inflat.

Transacta nox abiit, discutitur sopor & cessat, expergisceris, & evigilas, objecta tibi somnia vanas imagines fuisse deprehendis. Mundus suis nos seducit opibus & divitiis, ut nocturna somnia sic avolabunt, & erunt quasi non fuissent. Fugiente spiritu, & sopito corpore, anima evigilat, Mundique somnia recogitantem pudebit talia somniasse. Jam nunc in suis erubescit malis, stupet, angitur, pavet ac tremit, cernens in propatulo jam posita, quæ hactenus occultata latebant. Accidit illi nimirùm, quod passim experiuntur quicumque, discusso sopore, objectas in somno imagines cum præsenti non ficta egestate & mœstitia conferunt. Videt præteritum tempus velut somnium defluxisse, præsentemque statum considerans perturbatur, & stupens hæsitat, circumspicienscque se undique suis septam criminibus, & omnibus, quæ perpetravit malis, velut tetra caligine circumfusam, quo se vertat non habet, quovis enim abeat, & ubivis lateat, suæ illi ex adverso stabunt iniquitates. Tum verò occurret ille malignus, & animam immitis exactor aggredietur, somnia à Mundo objecta reposcet, continuò in oculis conspectuque exponenda. Exiget collectas divitias, quæ illam à divinis laudibus avocare solebant, omnique spoliatam amictu nudam irridebit & subsannabit. Detestabile flagitium improperabit, gehennæ flammis piandum, tenebrisque puniendas rapinas objiciet, regeretque nequitiam & astutias dentium stridore luendas, & ad cruciatum cientes iracundiam & invidiam. Cuncta retexet scelera, suasque ipsi ante oculos explicabit noxas nulla dissimulata. Ejusmodi declarationes utique acerbissimas præsens Diabolus exiget ab anima, quæ sua ante per somnia errabat. Somnia, quæ fuerunt, ejusdem tormenta fiunt. Cavendum ergo, ne Mundi prætereuntis error nos abstrahat, neve illius illecebris capiamur, quia ut somnium avolat, sic ille evanescet. Cogita quomodo dies decurrunt, & rapidæ fluunt horæ, festinant, nec ullas nectunt moras; similiter Mundus præcipiti cursu ad finem properat. Præsens dies sequentem non moratur, nec hora horam expectat, ut fluvius, objecta manu, non sidit, nec cohibet cursum, sic nec ullo vita impeditur obice ne transcurrat. Ex utero natis vitæ spatia certo limite & invariabili mensura definita sunt, nec talibus Mundum ingredientibus modus aut potestas conceditur, quo liceat præscriptum vitæ terminum transcendere. Concessum homini vivendi tempus ad fixum limitem exegit Deus, istud metiuntur dies, & inter se dividunt, suam singuli partem

suffu-

A ſuffurantur, etſi furtum ipſe non ſentias, Horæ ſimiliter attributam ſibi ſarcinulam abeuntes ſecum aſportant: tuam dies labefactant vitam: horæ ſtatumina ejus diſſipant, dum tandem extinguant: quaſi verò vanitas non ipſe ſis, vita tua furibus & latronibus præda data eſt. Illam trahunt & devolvunt tempeſtates, donec per parva detrimenta paulatim conſumptum, rumpatur ſtamen vitæ tuæ, & diſpereat. Tuam dies

B ſepelient vitam, & horæ cadaver efferent, quoniam per horas & dies illa traducitur ad Inferos. Vitam, quam in præſenti ducis, cadente die, ſimul occidet, & tranſiet, dum unaquæque dies, ut dixi, particulam aufert & tranſportat, unaquæque dies ſuam vitæ tuæ partem ſepelit, & hora ſuam. Sic properato temporis curſu, celerrimè vita deteritur, tranſit & perit. Dies quod ſuum

C eſt, vindicant & efferunt, ſuum pariter horæ, & confeſtim abeunt, donec evolvantur vitæ tuæ tempora, & citatus finis adveniat. Deus modum ſtatuit vitæ tuæ, & locum diſtinxit terram, & ſinguli dies dimenſum ſuum inde hauriunt, donec iſtud vitæ tuæ exhauriatur flumen. Quo devolvuntur dies curſu eodem labitur vita tua, præcipitat, & pertranſit. Nec ullo, ut dixi, pacto fieri

D poteſt, ut maneas. Cum in Cœlo ſubſtiterit Sol, & Luna ſuos continuerit meatus, tuæ etiam vitæ tempus ſtabit, & non effluet. Experire, quæ audis in umbra, inde vitæ tuæ defluxum intelliges. Sicubi averſus à Sole conſtiteris, lineam deſcribito, inde contemplare tui corporis umbram, vides ut à loco ſemper recedit, nec unquam ſtat, ſimili fluxu tua etiam vita tranſcurrit, &

E præceps trahitur ad mortem: à mane uſque ad veſperum corporis tui decurrit umbra, ſic à matris tuæ ventre ad tumulum devolvitur tempus vitæ tuæ. Tuo vitam tuam metire palmo, hac ſcilicet illa quanta eſt continetur, in quinis digitis totidem cerne ætates: à minimo incipit palma manus, & in pollicem deſinit, hoc puta naſcentis initium vitæ, & ſeneſcentis finem: à minimo inchoatur vita, hoc eſt infantiæ tempus, ad ſecundum progreditur, hæc pueritia eſt in-

F telligentiæ judiciique expers, venit ad medium: hæc juventa eſt ſuperba, ſpeque atque animo inflata: ſuccedit, quem quartum dicimus, eſt perfecta virilitas: atque hic metientes incipit ſpatium deſerere, unus ſupereſt digitus pollex, ſenectus eſt, vitæ terminus. Hæc ſunt humanæ vitæ ſpatia ſi tamen homini conceditur ad ordinarium vitæ terminum pervenire; accidit enim, ut hunc adproperata mors antevertat, palma quippe manus tuæ ſua quavis in parte ſe-

ctioni expoſita eſt ad Dei nutum. Contrahitur autem quandoque vitæ tempus, ne diutius victuri malitia protrahatur. Sic in palma manus ſuæ cuivis homini vitæ menſura repræſentatur, quiniſque in digitis videt expreſſos, quos ſcandit gradus. Tu interim conſidera, quem digitum teneas, quemve attigeris gradum, ignoras enim quonam in digito te cita-
2.Petr.3.10 mors occupatura ſit; *dies* namque *Domini fur eſt*, inopinum opprimet. Quamobrem in pace ducito vitam tuam, eique bonorum operum viaticum provide, ſi quidem cupis illam ad Deum pervadere, candemque, poſtquam te deſeruerit, invenire; quod quidem tibi continget, ſi ordinate vixeris, nam ſi ab ordine deflexeris, tolletur vita tua & peribit, quæres, & non invenies eam. Errantes per agrum aquas nunquam bibes, ſi autem in vaſe reponas, ad uſus tuos reſervas: cave ergo, ne vita tua diffluat luxuria, odio, ira, rapinis, aut pauperum oppreſſionibus. Hoſce per calles errantem ſi quæſieris, nunquam reperies. Iterùm cave vitæ tuæ ab impudicitia & turpi quovis quæſtu, alioquin velut putridus humor ſub terram ibit, & ex oculis evaneſcet. Vide, ne fraudibus & invidia, vel ſimultatibus & jurgiis, vel alio quovis vitio ſeducatur, & occidat; ne vera ſpoliatus vita, non falſa morte diſpereas. Bonis operibus inſtes oportet, indeque tibi canales provideas, qui poſt obitum tuum aquas tuas ducant, & in Deo adunent. Rivulus nempe vita tua eſt, hunc in Deum derivare ſtude, ut cum hinc defluxerit, tibi mare fiat. Rurſus breve ſtillicidium eſt vita tua, ut caducus eſt Mundus, hoc ſi Deo commiſeris, abyſſum evaſiſſe reperies. Tua in dies vita tabeſcit & contrahitur, hanc in Deum refundito, ut æviternam reſumas, provide, ne vitam tuam abſumat ira, aut aliud ſimile profliget vitium, totuſque intereas omni orbandus vita. Animam ſi occupet ira, præſentem eripuit diem; ſatage, ne in ſequentem diem invadat, ut totam non deperdat vitam.
Matt.6.34. *Sufficit diei unicuique malitia ſua*, Salvator noſter ait. Vnum ergo diem perdidiſſe ſufficiat iræ, non illa fidat in anima, & noctem cum die conjungat, neque Sol occidat, quin ante lucis occaſum illa diſceſſerit. Malus hoſpes ad tuam domum divertit, hunc ſtatim dimittito, cunctantem etiam exigito. Cum cadente die cadat ira ſimul, nec ipſi longior concedatur mora, ſicut te non mora-

A moratur hora, ſic nec tu iram. Totam maſſam ſemel immiſtum corrumpit fermentum, nec aliter ira, ſed cum animam inceſſerit, propria ſtatim amaritudine totam inficit: ſæviſſimæ ſunt peſtes Aſpis & Regulus, ſævior illis ira eſt, animam infeſtat & necat, atque à Deo ſeparat. Monitus aliquando anguem in tuo ſe occuluiſſe conclavi, perſequeris, & captum occidis: hæret infixa tuæ animæ ira, & exitium parat, vides, nec tamen indè depellere ſatagis. Conſpectum colubri quieſcentis expaveſcis, ictum formidas, pateris tamen iram animo inſidere tuo, nec ignoras venenum in ea condi lethiferum. Statim ut ſenſeris anguem in tuum repſiſſe ſinum, artus pervadit horror; cor tuum in Aſpidum cubile tranſiit, nec caſum horres. Ut Reguli halitu afflata caro inficitur, & extabeſcit, ſic animum, quem ſemel contigerit ira, ſuo tabefacit veneno. Serpentis formidas morſum, & ictum Scorpii; ira tibi morſum impreſſit, nec ullus inde metus ſollicitat mentem; pupugitque odium, nec tibi trepidat cor. Quis ita deſipuit, ut petat Aſpidem ſuum ſub tectum ſuccedere; aut ſecum morari anguem, ſi forte proſerpat in ſinum. Iſta certe non petis, iſtis pejora petis, iram Regulo peſtilentiorem, & horribilius ſerpente odium. Verbum inconſideratum pepulit aures, hoc Diabolus nempe ſuggeſſit, illicò animæ fores patefeciſti iræ, inſiliit illa, & adhuc tuo hæret animo. Incidit cum proximo tuo de re futili contentio, odium accerſiſti, venit, tuoque infuſum cordi etiamnum incubat. Tibi latrat ira, & Canum in morem ſpumam emittit, tu contra ſilicem jacito pacem; ejuſque latratum compeſcito, vultus hilaritate negotium ejus diſturba, riſum oppone, non triſtitiam, iramque coërcuiſti, ne duas ſimul animas perdat. Deus, qui ſummos & imos pacaſti ſanguine, qui de tuo latere fluxit, iratis concede pacem; qui ambas concordaſti partes, & ſupremos cum infimis conciliaſti, diſſidentes mutua caritate conjunge, & pacem tuam inſere cordibus eorum. Domine, qui es *pax noſtra*, ſicut ſcripſit Diſcipulus tuus, pax tua cuſtodiat animas tibi ſupplicantes. *Pacem meam do vobis*, *pacem meam relinquo vobis*, dixiſti Domine, Apoſtolis tuis, & ad Patrem elevatus es, quando venies in majeſtate magna, & tremor invadet Orbem, quando clanget tuba in Cœlo, & ſolventur fundamenta terræ; quando ſepulta

Eph. 2. 14.

Jo: 14. 27.

ſaxa

saxa sciſſa diſſilient, & aperientur ſepulcra, & in ictu oculi incorrupti reſurgent mortui, & converretur Adæ limus totus cum pulviſculo, & cum ingenti horrore ſurgent ſummi & infimi. Pax tua, Domine, egrediatur in occurſum noſtrum, & gratia tua ſuccurrat nobis. Domine, tibi ſit gloria, & fiat miſericordia tua ſuper nos, ô clemens & multum miſericors. Amen.

Tollatur peccator, & non videat gloriam Dei. Eſ. 26. 10.

DIvinas Scripturas quicumque legunt, vel excepta auribus illarum oracula, oculis mentis diligenter conſiderant, ſenſum etiam aſſequuntur: iſti enimvero intelligent, quibus cum gemitibus, quove metu accipiendum ſit, quod modo nobis ex divino Codice lectum eſt. Formidandum id plane, ſapientibus tamen & demiſſa per aures animo ſtudiosè revolventibus. Horribilem nimirùm præfert ſententiam, & cuivis peccatori maximè pertimeſcendam. *Tollatur*, inquit, *peccator*, & *non videat gloriam Dei*; peccatorem ſequatur impius ad locum à divina laude vacantem. Res unaquæque Deum loquitur, prædicat gloriam ejus quiſque dies, quam nec muta elementa ſilent; *Cœli* namque *narrant gloriam Dei*, & *opera manuum ejus annuntiat Firmamentum*, Terra Dei majeſtatem confitetur, & admiranda ejus opera deprædicant maria. Nulla res à laude Domini ſui vacat, quandoquidem quilibet vermis quamvis exiguus Deum magnificat. Quem ergo petet peccator locum, *ne videat gloriam Domini*? Aut in quas erit ablegandus oras, ut extra divinæ gloriæ limen abjectus dicatur? Nam ſi in Cœlum repſerit, acerbè increpitus inde confeſtim dejicietur, ſique velit in terra morari, negabit illa diverſorium, quod ſi hinc rejectus pertentet ſalum, accedentem cuncta repellent maria. Unum reſtat, nec me meus fallit, opinor, ſenſus, chariſſimi, ut ab Orbe noſtro excluſus in illas terribiles & horrendas tenebras exteriores detrudatur, eum profectò locum divina recuſat gloria, quibus enim ſuam negat præſentiam Deus, & laudem negat. Tormenta, gemitus anguſtiæ, curæ triſtes, vermis arrodens & ſemper infeſtus, ardens & nunquam ſopiendus ignis obſtruunt fauces nocentium, & ſuffocant voces, oculos cæcant, & adimunt viſum: ora ſiquidem frementia, & ſtridentes dentes Dei gloriam annunciare

Pſal. 18. 1.

ciare non poſſunt, nec lingua divinarum laudum carmen modulari, triſte illud, me miſerum, aſſidue ingeminans! Sed nec oculi caligantes lumen gloriæ capiunt, & cujus carnes arrodunt vermes, extra prementem pœnam nihil ſentit, quemque gehenna cruciat, præter ignem nihil cernit. Venite, peccatores, ploremus hîc, ne illic ploremus, venite in mœſtitia & ſqualore vivamus, ne in maximos luctus incidamus illic. Omnes ſancti & juſti Deo placuerunt in fletu & dolore, ejuſque indignationem lacrymis lenire conati ſunt.

Triginta & nongentos annos luxit Adamus lapſum ſuum, hujuſque cauſam, divinæ laudis in Paradiſo neglectum, nativum genarum decorem manans ex oculis humor extinxit, oraque fœdum in modum exulceravit lacrymarum cadentium fervor, Enoch, qui placuit, & non guſtavit mortem, per annos viginti ſupra trecentos conceptum ex Abelis cæde dolorem ſuſtinuit, eundemque vehementer exaſperatum, ex quo vidit illum, qui primus omnium hominum mortuus eſt, mox putrefactum; ſanie taboque fluentem, atque fœdiſſimè deformatum. Et ideo translatus eſt, & mortem ipſe non vidit. Item quia juſtus Noë luxit ad exitium ſuæ ætatis hominum, proſpiciens ipſos ab imminente aquarum alluvione deletum iri, atque virginitatem per annos quingentos inviolatam cuſtodivit; ideo communi ſui ſæculi mortalium cladi exemptus fuit. Abraham, ſimiliter Iſaac, & Jacob vitam traduxere laborioſam, multis exagitatam curis atque tentationibus, ſimilique exitu definitum ſibi curſum peregerunt. Jam quis Beati Job tentationem perſequi ſufficiat, qui per ſeptennium in ſordibus luctuque jacuit? Quantum putas, ille flevit, quàm uberes profudit lacrymas, cernens carnes ſuas à vermibus corroſas, ſibique præter cutem & oſſa nihil relictum? Quis uſpiam talia paſſus eſt? Ad ſolam, credo, rei famam aures exhorruiſſe. Suum David ſtratum lacrymis rigabat per noctes, & cinerem tanquam panem manducabat, & potum cum fletu miſcebat. Rurſùs, quot lacrymas fudiſſe putas Jeremiam? illum virum dolorum, cum in perpetuo vixerit luctu, qui etſi omnem modum excederet, nihilominus Propheta Deum obſecrabat, ut daret capiti ſuo aquas, & oculis ſuis fontem lacrymarum. Ezechiel ille nempe, qui comedit volumen, in quo deſcriptæ erant lamentationes, carmen, & minæ, eo quod populi ſui ſcelerum pœnam ſuſtinere ſtatuiſſet, per dies trecentos nonaginta perpetuo decubuit, huic nimirum ſupplicio popularium ſuorum peccata illum ſubjecerant;

ergo sua ipsi domus carcer fuit, lictores, communes populi noxæ, quippe quæ illum in ea vincula compegerant, gravissimas autem fuisse inde conjicere licet, quod ad centum nonaginta quinque dies in singula latera cubare coactus est. Hoc etiam amplius, quod ille Superûm & Inferûm Dominus, in cujus potestate ac ditione cuncta sunt posita, cum ad nos descendisset, atque nobiscum versaretur, Civitatis Jerusalem excidium planxit. Risisse Dominum Scriptura nusquam memorat, flevisse, frequenter. Cæterùm, cum illum ad mortem Lazari collacrymatum fuisse narrat, de omnium hominum simul casu luxisse, puta, quod cerneret imaginem suam morte detritam: doluit nimirùm ille Bonus extypon suum, hominem, quem amabat, amisso veteri decore, informe cadaver effectum, mox efferri, ac terra obrui. Si tua, frater, occidit anima, mortis causa fuit peccatum, vitam reddent dolor, fletus, lacrymæ, luctus, sonora suspiria culpam damnantis, ob quam illa cecidit & periit. Plora, & mœstos ducito gemitus; hac enim via animam tuam ad Deum reduces.

Luctum animæ tuæ debes illo utique acerbiorem, qui matrem exagitat, cui mors natum abstulit, & sub terram demisit: miserabiliter illa plorat, quia abiit dilectus ejus. Nec verò secus separatur à Deo delinquens anima, neque minus dolet illa summa Bonitas pulcherrimæ imaginis suæ detrimentum. Jumentum periit, aliunde tibi haudquaquam diu mansurum, amissum tamen quereris. Deum cogita perinde moleste ferre suam imaginem perire, Animam quippe amat plusquam reliquas res omnes ab ipso conditas. Næ tu quicumque peccas, stupidus es, qui necdum intelligis, te peccando periisse, quamobrem nec doles ipse, nec Deum de te dolere agnoscis. Quòd reliquum est, conare, ut extinctam animam tuam tuis lacrymis suscites, ingentis inde Deo lætitiæ referes argumentum; nempe magnopere gaudet redditam tibi vitæ usuram. Ferunt repertam avem, quæ pullis suis statim à partu extinctis spiritum iterùm refundat. Facta nimirùm mater, dum natos complexatur & premit, suffocat. Postquam verò illos nec spirare videt, nec moveri, agnoscitque prorsus extinctos, tantum ajunt, indè dolorem suscipere, ut per triduum omni cibo potuque abstineat. Interim nec à nido abesse sustinet, sed eodem perstans loco, natorum cadavera custodit: postremum inflicto vulnere fundit sanguinem, qui simul ac pullos tetigit, animat, divino sic jubente præcepto. Jam si avis suos novit suscitare natos, disce peccator, vitam animæ tuæ reddere tuis ereptam peccatis.

Cæte-

A ܐ̈ ܠ ܡܐ ܕܝ ܒ ܐ ܕ ܐ ܘ ܡ ܐ ܠ ܐ ܕ ܐ ܘ ܡ ܐ ܠ ܐ ܕ ܐ ܘ ܡ ܐ ܠ

niam propter animam ista fecit Deus, ut ipsa se suscitaret. Offer Deo luctum & uberes ex oculis tuis lacrymas, fletuque tuo, & ejus gratia, amissam animæ recuperabis vitam.

Te expectat ille misericors, petitque tuorum oculorum aquas, hisce cupit deturpatam animæ imaginem eluere, & ad pristinum, quem ipse dedit, nitorem reducere. Tuam animam ipsemet occidisti, quando peccasti: tu ipsi spiritum, quem eripuisti, reddito; non alius quispiam illam cecidit & perdidit, voluntas tua necavit & proflixit. Si quis alius tibi vitam abstulisset, is utique restituere deberet, quoniam vero tua tibi voluntas mortem intulit, ab eadem vitam redhiberi justum est. *In pigritiis manuum perstillabit contignatio, & cadet.* Ecclesiastes hoc docet, collapsam animæ tuæ ædem citò repara, nec enim alius id curabit, si tu neglexeris, aut fortasse ignoras, illam ingredientis peccati impulsu quassatam corruisse, quum ergo tuam ipsemet animam errando destruxeris, vide, ut errorem damnando reficias. Mala opera tua illam profligarunt, sublevent opera tua bona. Si peccatum occidere cogitas, ut Deus loquere: *Ego occidam, & ego vivere faciam*; peccatum occidam, ne regnet in membris meis, vivere faciam justitiam, ut quocumque duxerit, bonis operibus sequar. Peccatum rem mihi fugiendam certum est removere, & si quæ inflixit animæ meæ vulnera, obligare innocentia & sanctitate. Sicut per agros, quæ aruere, ossa dispergantur, sic animæ tuæ cogitationes per inanes curas dissipasti, satage, ut illas a sæculi negotiis contrahas, & in Deo componas.

Eccl. 10. 18.

Deut. 32. 39

Ab Ezechielis facto discito super istiusmodi cogitationes vaticinari. Dei vivificantis mortuos verbis illas alloquere, sic nudis obduces ossibus cutem, constantem scilicet animum, & mentem minime socordem, Deoque obligabis utrumque. Vaticinare, & voca spiritum, ut interfectos ingrediatur, & vivant, ipsisque vitale spiraculum inspira, divina vid. præcepta. Pro foribus Inferni horrendum excubat peccatum animarum interfector, illic ossa animæ tuæ dispersisti, cogitationes, ajo, tuas terrenis intentas curis, istas colligito, & arrige, suisque insistere pedibus consuefacito. Si hoc præstiteris, opus opidò admirandum te peregisse credito, atque mortuorum resurrectionem Ezechieli præmonstratam, in te ipso repræsentasse.

Cæterùm, si gaudium erit in Cœlo super peccatore pœnitentiam agente, erit utique luctus videre negligentem, Deumque vehe-

vehèmenter contristabit, quicumque peccat, & pœnitentiam agere recusat. Hanc ergo susci-
pe, peccator, Deumque, & Angelos ejus exhilarabis de tua conversione mirificè gavisuros.

Postremùm cogita quisquis peccare non desinis, animam tuam Filii Dei sanguine redemtam, nec enim Cœlitibus, spiritus & flamma cum sint, propria morte animæ interitum deprecari licuit. Dilectum illum Filium Pater tradidit ad mortem, ut salutis tuæ fieret pretium, Filium unigenitum & unum; tradidit, inquam, & non pepercit, tradidit propter te, propter salutem tuam: principium omnis vitæ tradidit morti, morti ipsi formidandum; vinctumque occidendum tradidit, qui tamen mortem ipsam continuò affixit Cruci, clavisque scripsit chirographum tuum. Viden' salutis tuæ pretium? vide, ne pereas, neve pereundo emptorem fallas. Redemptoris vita vitam tuam accusat, si te vita manet, & peccare non pudet. Mortem tuam illius mors damnat, si morte plectenda committis. Sanguis ejus en clamat ad Thronum Dei, ille fusus est, ne perires, peccas tamen, & peris? Qui sibi emit servum, si post amittat, non hunc solummodò, etiam pretium ejus amittit. Dei passionem & mortem, quantum in te fuit, sustulisti, si moriaris, nempe ne morereris, ille traditus & mortuus est. Ideòque illum nunquam pœnitebit, animam tuam tanti emisse, dummodò mortuam restituat vivam. Attamen si emptor non doluit, ut parceret filio, mortique non traderet, dolebit utique, si ipse tibi redditam vitæ usuram peccando sponte abjicias. Solvit Filius Dei pretium tuum mortem suam, mortem scilicet & passionem Dei: si tanti emitur anima tua, ut vivat, vide, ne vitam tali comparatam pretio, gratis eripiat mors.

Cæterùm, quæ in Deo vivit anima, potens fit ad impertiendam etiam aliis vitam. Idque tibi, si audis bene, idoneus testis loquitur Elisæus: hic enim quoniam divinam animæ suæ vitam comparaverat, duos mortuos suscitavit, alterum, dum nobiscum in Orbe nostro versaretur; alterum, postquam à nobis discessit, nempè quia vitam a Deo utrobique ducebat, vivus & mortuus vitam mortuis reddidit. Prophetæ spiritus, spiritum à Deo hauriebat, quem etiam à corpore separatus mortuo sui simili communicavit.

Jam verò intuere vitam in Martyrum reliquiis conditam. Quis enim neget, illis manere vitam, quando videt ipsorum etiam titulos vivere? Res compertissima est, de

qua nullus dubitet. Martyrum ſepulcra arces ſunt inexpugnabiles, tutumque contra publicæ libertatis invaſores perfugium, Urbes munitiſſimæ, præparata fugientibus munimenta & certum præſidium. Quem ergo livor aduſſit, aut ſeduxit fraudum artifex aſtutia, ſatagat, ut præſentem opem ſentiat, retuſa vi veneni, ne officiat. Qui cæteros opprimere conſuevit, petat æquitatem, neve quempiam inpoſterum lædat, qui furatur, ne deinceps furetur; quique, ſubeunte ira, caritatem expulit, orando impetrare ſtudeat, ut, ſerenata aliquando mente, cum fratre redeat in gratiam. Quem vero invaſit immundus Mœchiæ ſpiritus, & fœda inflammat libidine, oleum adhibeat illorum lumini inſtillatum cutique illinat; abactus ille diſcedet. Medici ſunt, ſanitatis ſunt curatores, pharmacum vitæ portant, animæ corporique utilem medicinam, ſpiritu quippe componitur, quo corpora & animæ ſanantur. Fidem exigunt, ut tibi quæcumque poſtulaveris, largiantur; niſi tibi dubia hæſitaverit mens, vel ſi occideris, reviviſces. Deus in illorum lipſanis inhabitat, inde habent, ut omnes operentur virtutes. Deus, qui in juſtis habitas tibi ſit gloria, & miſericordia tua ſit ſuper nos.

Væ nobis, quia peccavimus.
Thren. 5. 16.

DUÆ ſunt recordationes acerbiſſimæ, plenæque timoris, & ambæ mihi obſervantur in cunctis commentationibus & diebus meis, meque inceſſanter exagitant & cruciant. Duo etiam menti meæ occurſant objecta, meque vehementer commovent, atque artus meos concutiunt, & oculos provocant ad fletum, & quorum memoria animus meus cõtremiſcit timore perterritus: duo extrema & ultima bonorum & malorum, in quibus hominem quemque manet aut gaudium aut dolor. Hæc quoties aſcendunt in cor meum, timidus ac tremens horreo. Planè dicam, audite, fratres: Duo me terrent, voſque velim perindè reformidare, cuivis namque homini ſunt magnopere pertimeſcenda; peccatorum, quam ipſe mihi compoſui, ſarcina, & quæ illa vindicabit, Juſtitia. Hæc ſunt illa duo, quæ dixi me recogitare & extimeſcere. Tabula magna meorum ſcelerum, & horribile Juſtitiæ judicium ſunt illa duo, quæ mentem meam exagitant, & conturbant, iniquitas, quam operatus ſum per ſocordiam meam, & quod mihi novi paratum ſupplicium; hæc, inquam, me ſollicitant, & oſſa mea ſuccuſſant, mihique metum & formidinem ſuperexaggerant, ingens ſarcina, quam dixi delictorum meorum, ipſaque ſecuturum ſupplicium proh quantum acer-

A acerbum & ſeverum! Hæc crebrò recogitans, omnibus artubus contremiſco, dumque mecum ipſe tacitus revolvo, quæ perpetravi ſcelera, quaſve pro iis pœnas referam, incumbunt mihi gemitus, & dolor, & horror.

Etiam iſtæ ſunt, dicta prius repeto, duæ recordationes acerbiſſimæ, quæ meam concurſant mentem, & undique urgent, & cor meum ſæviſſime torquent. Conſcientiam ſentio, quæ intus me lancinat, oculiſque meis ſubjicit per ſeriem diſpoſita præteritæ vitæ meæ malefacta, unde tremunt cuncti artus mei. Adoleſcentiæ meæ peccata mihi repræſentat, & occulta iniquitatis meæ ulcera retegit, proptereaque oculi mei diffluunt in lacrymas, mœſtoque plenæ ſunt cogitationes meæ timore, quoties mihi ipſe retexo acta pueritiæ meæ, quoniam nihil ex iis, quæ in Mundo egi, ſubducitur aſpectui meo. C Dum autem peccata illo tempore commiſſa retracto, eaque vindicaturam Juſtitiam recolo: ò me miſerum, exclamo, ac perditum! Dumque recordor omnia delicta mea, & futurum horribile judicium, ſingultus ſuffocant animam meam, & anxius ac triſtis illud mecum revolvo: At ego quo ibo? Scilicet, quæ ſeminavi, hæc & metam. Hìc porrò animo occurſat dies retributionis, unde mihi ingens metus, trepidatio, & multi gemitus, dum obverſatur ante oculos illius imago momenti, quo quiſque trahetur ad judicium, & doleo, & contremiſcunt genua mea. Præter hæc revenit in mentem illa hora, quando Sponſus triclinium intrabit, ut invitatos ad nuptias exploret, indeque ſubit aliud flendi argumentum, dum illud momentum recogito, in quo ducetur ad tenebras, quiſquis inventus fuerit ibi ſordidis amictus veſtibus. E Et, ò me miſerum, clamo! Iterùm dum conſidero fore, ut eodem tempore manifeſtentur opera mea, & confuſio operiat me in conſpectu ſæculorum, ſingultibus opprimor, nec conſtat mens. Item dum occulta mea examino, quàmque fœda ſint, contueor, & provideo, hæc etiam propalanda fore, atrox membris meis influit dolor. Hinc porrò ad illam gloriæ ſtolam oculos intendo, quam in baptiſmo ſuſcepi, cumque meis peccatis inquinatam video, vehemens animo deſilit timor, & concutit dentes atque labia tremor. Rurſus dum contemplor hinc gloriam, quam in noviſſimo hæreditabunt juſti, & inde peccatoribus præparatum horrendum ignem, cor meum conſternatum fremit, recogitans horrorem atque metum impiorum ex præſenſione imminentium malorum, animoque perturbor, & concido.

Incu-

Incubat assiduè cordi meo isthæc cura, & omnes occupat cogitationes meas, talia quippè oculis meis, fratres, semper obtrudit conscientia, & inde mihi amaram facit vitam cunctis diebus meis, statuens ante faciem meam peccata mea, quæ cum intueor, & repeto cætera, quæ hactenus occulta non video, miserum me dico, & beatos prædico immaturos fœtus, quibus hujus Mundi luce frui minime licuit; mihi enim potiores sunt sepulcri tenebræ, quàm lux vitæ peccatis insertæ: quoniam cui in peccatis vivere libuit, hunc in exitu suo æterna excipiet nox. Cum in adolescentia mea errarem, dicebam in corde meo, si ad senectutem pervenero, fortasse peccare absistam, cum corpus ætate devexa cœperit algere, defervescet vitiorum æstus. Video autem nec in senectute voluntatem meam à flagitio cessare, & quamvis corpus mutatum sit, ipsa voluntas non est mutata, ut negligenter vixi in adolescentia mea; sic in mea senectute vivo; post exitum mihi imminet judicium. Consumpti sunt dies juventutis meæ, atque transierunt onera peccatorum portantes, jamque advenerunt dies senectutis meæ omnia scelera pariter referentes. Tempus illud adolescentiæ meæ exactum est in operatione iniquitatis, & postquam advenit senectus, in iisdem peccatis ambulo.

Hoc profectò mirandum, carissimi, corpus æstum suum restinxit, voluntas mores suos nullatenus reliquit, corpus senectute vietum evasit, & infirmum, nullo modo voluntas: incanuit caput, & non incanuit cor, senuit corpus, & omnes cogitationes meæ in me semper vivescunt, & revirescunt; quantum albescunt crines ætate, tantum nigrescit cor peccatis. Corpus ad proprios actus languescit, voluntas integra viget ad vitia. Qualis extitit voluntas juventutis meæ, eadem in senectute mea perseverat, qualis juventutem egi, talis senectutem transigo deses & iners. Senectutem sequetur mors, & mortem resurrectio & horrendum judicium, & constituta peccatoribus pœna. At si ad actum hujusmodi veni in Mundum hunc malorum & ærumnarum plenum, melius fuisset nunquam hùc intrasse, quoniam præter spinas nil mihi inde provenit, quod me ergo bonum impulit, ut huc accederem, & hæc mala viderem, indeque ejusmodi efferrem sarcinam? Beatus Job cum illius mala aspexisset, invidit fœtibus de utero translatis ad tumulum, quo, alta defossus humo, pessimum hunc Mundum minime spectaret. Ego verò quid me lucraturum sperarem talem ingressus Mundum, in quo occurrebant adversarii plurimi, perpetuæque tentationes?

Sa-

A Sacros codices habeo, qui mihi judicium & retributionem prædicant; concupiſcentiæ me meæ ad peccatum impellunt, abſterrent à peccato divinæ ſcripturæ, & quid agam poſitus inter timorem & concupiſcentiam? Et quoniam nulla ſubeſt expediendæ ſalutis ratio, ut liceat declinare horribile judicium, damnationis meæ ſententiam anxius opperior, ejus autem expectationem quo effugiam?

Talia, fratres, reputantem, mœſtitia & luctus opprimunt, & atræ caligines involvunt, cunctis diebus vitæ meæ. Sed & cum occulta delicta mea conſidero, gemitus cordis mei meritò exaggerantur, cumque dierum meorum finem recogito, qui vitæ meæ meorumque maleficiorum curſum abrumpet, objicietque tenebras ſepulcri, mortis horrore concutior, & genua mea tremunt. Nihilominus tamen mortem optavi, quo ſimul à peccatis moriens liberarer. Mala duo in præſenti me cruciant, & in futuro etiam tertium; ſic omnia me accuſant, vexant, ſolicitant, & ut à peccato abſtineam, objurgant; ego vero peccata adhuc multiplico, quæ quidem etiam, cum hinc demigravero, mihi in ſepulcro agglutinatæ hærebunt, & ſequentur in noviſſimo die, quando iterum lucem reviſam; interim rectâ ad gehennam pergo. Cum autem tria illa vidiſſem, & ſeriò conſideraſſem, ſepulcrum reliquis antehabui, quia levius mihi eſt, illic ſub terra morari, quàm hîc ſupra terram, aut in gehenna. Nihil enim me tantùm torquet, quantum præſens ſæculum, & alterum poſt ſecuturum; hìc enim peccata video, illic pœnam gehennæ. Atterunt me hìc tentationes, & peccatis opplevit me Diabolus, & illic tormenta me manent pro malis, quæ hìc in præſenti ſæculo perpetravi. In illa die Judicii quemque capiet metus, unde capiet quemque pœnitentia, modo excipias illum Perfectorum ordinem; quicumque iſto minor, & infra ejuſdem menſuram deprehenſus fuerit, hunc ſuamet conſcientia arguet, quaſi Perfectis diſſimilem. Quare omnes hominum ordines, qui illum Perfectorum gradum, vel non attigerunt, vel in eodem non perſeverarunt, eo die dolebunt, ſe ſuperioribus impares fuiſſe, nec ejuſdem ſocios dignitatis.

Sed ego, & omnes ſimiles mei, & quod regno Dei excidimus, & quod nec ignem evaſerimus, fratres, omnium acerbiſſime dolebimus, clamabimus, & alta ducemus ſuſpiria: alius enim eſt dolor illius, qui regni Dei felicitatem amiſit, atque alius ſervi, qui verberatus, vociferatur; ſi enim quicumque gra-

dum Perfectorum non tenuit, ibi mœrebit, nos flammis tradendi, quid eo die faciemus? Obvio & facili experimento comperitur ignem, quem divinæ ſcripturæ memorant, hoc noſtro longè acriorem atque atrociorem eſſe, ejuſque cruciatum tormentum ignis hujus temporis multò ſuperare. Hujuſmodi porrò pœna exercebuntur, quos Dei judicium in eas flammas conjiciet. Quod ut mihi verum & certum eſt, ſic debent omnes fateri & credere, ſæculi vid. illius ignem, ut dixi, hoc noſtro eſſe longe atrociorem. Nam ut iſte maximè efficax ſit, nitet tamen, & ſplendet; ille vero cum vehementiſſimè ferveat, & acerrimè urat, horrendis tamen involvitur tenebris, & noctem affert teterrimam; iſte obvium nutrimentum uſque eo depaſcitur, dum abſumpſerit, ſi quid autem contrarium inciderit, extinguitur, ceſſat, & revaneſcit; contra ille ignis nunquam extinguendus, non abſumit, quos torret miſeros; nec enim abſumere juſſus eſt, ſed tantùm urere ac torquere. Ignis iſte coquit cibos, & eſui aptos reddit, & algorem expellit. Ille ſuis flammis præter tenebras etiam dentium ſtridorem miſcet, ſontes tenebroſus depaſcitur, depopulatur, deſolat ac torquet, ut expers lucis, ſic etiam finis. Scriptum eſt enim, ignem fore ſempiternum. Hujus caſus cogitatio ut triſtis cura, cariſſimi, me coquit & verſat, quamobrem ingemiſco & ſuſpiro, certus hanc mihi pœnam reſervari ob ea, quæ hactenus occulta hæſere mihi ſcelera.

Hanc ſeveri Judicis ſententiam aſſiduè meditor, & væ, ajo, vitæ meæ: eheu quale mihi paratur malum! Simul mecum ipſe conſidero ignominiam mihi ſubeundam tunc, quando ponentur ante oculos omnium ætatum, atque hominum, totiuſque Univerſi, quæ olim occultavi flagitia: meque mei admiratores reviſent, nec ſanè qualem me inpræſenti exiſtimant, talem eo die comperient: hìc putant, qualis videor, talem eſſe me, cum reapsè alius ſim. Secretas ibi labes perſpicient, quas in hoc ſæculo ignorarunt, hinc mirabuntur, obſtupeſcent, & velut attoniti hærebunt, comperto ſcelere, quod ante nec ſubolere licuit. Ibi cernent mala opera mea, ſpinas, quas ipſe mihi ſevi, & arcana mea cunctis patebunt, univerſim meam ſtupentibus audaciam. In illo ſæculo Solis luce clariora fient dedecora, quæ ipſe intra conſcientiam tecta celavi, & deprehenſa velut in meridiana luce tenebuntur omnia ſcelera mea, ibi in ampliſſimo theatro propoſita oculis omnium gentium exponentur crimina, quæ ipſe ſemper occulta volebam: nec vel unum diſſimulabitur aut grave

grave aut leve. Tunc mihi relegent, & retexent omnia flagitia & peccata mea, quoniam omnia opera mea literis consignata in codice prostant.

Hæc, quæ commisi, fratres, timeo, & reformido, atque assiduè fleo, dum cogitando revehor ad ea, quæ in illo sæculo reservantur supplicia, conscius me bona nulla feciisse, quamobrem nec bonum fore mihi repensandum in die judicii, qui hucusque mala thesaurizavi mihi. Væ misero mihi! quando in supremo illo die occurrent ignis, tenebræ, & pœnæ, & magna ac publica ignominia: væ mihi perdito, tunc quando sponsus vultu irato discumbentes intuebitur, quo tunc fugiam, quasve latebras petam? O me miserum! quando famulis præcipiet, ut ligatis manibus & pedibus me a communi triclinio abigant deprehensum sordida amictum veste. O me perditum! quando separatus ab agnis ad dexteram locandis, hœdis ad sinistram detrudendis adjungar. O me infelicem! quando Sanctorum cœtum adjudicatam sibi hæreditatem adire cernam, me autem flammis continuò tradendum, & quonam gentium evadam tunc? Væ misero mihi! quando à longe stabo pudore ac timore suffusus, nec licebit attollere oculos, & illum Judicem intueri: væ mihi perdito! quando sponsus me nosse negabit, ingressumque flagitanti, jubebit occludi januam, & in gehennam statim detrudendum dimittet. Væ mihi misero! quando aspiciam partem utramque obvenientem sibi accepisse sortem, & obseratis cœlestis aulæ portis Beatorum quemque suam adiisse hæreditatem. Væ mihi perdito! postquam decretum fuerit mihi præcludi ostium, indeque rejectus & exclusus compellar jacere foras in mœrore, fletu ac dentium stridore. Hunc ego exitum, ut dixi, timui semper & exhorrui, contuens quæ in me conduntur scelera, & præteritæ vitæ malefacta recogitans, hæc, inquam, peccatorum meorum, & diei judicii terribilis recordatio membra mea perpetuò quatit, & cogitationes meas exagitat. Jam & hoc admiramini, carissimi, & obstupescite, quod cum hæc omnia ego habeam compertissima, omnia nihilominus audeam nefaria: scio quàm opidò amara futura sit retributio mea, contraria nihilominus ago, meliora video, & deteriora sequor.

Libros evolvo, Spiritu Sancto aspirante, scriptos, qui mihi repræsentant judicium & vindictam, sedes lucis & regnum, lego, & lecta non facio, doceo, nec docendo disco. Eruditus sum in scripturis, & in sacris lectionibus versatus, & adhuc ab of-

ficio aberro; legi aliis ſcripturas, nec tamen vel una aures pepulit meas: illarum ſenſa rudes & ſimplices docui, & ad virtutem adhortatus ſum, mihi tamen ipſi nil profui. Sacros libros aperui, legi, intellexi, & ſuſpiravi; mox ſtatim oblitus ſum, ut codices ſublati ſunt ab oculis meis, ut à mente mea pariter ſublata eſt illorum memoria. Et quid faciam, cariſſimi, huic Mundo, in quem intravi, vel huic corpori pleno malorum, quod ad oblectamenta ac voluptates aſſiduè me allicit ac trahit? Scripturæ ſiquidem terrent me, & admonent de judicio, & retributione; concupiſcentiæ contra cogunt me ſervire operibus carnis; unde intercluſus hæreo inter futurum judicium, & præſentem metum. Quamobrem væ ingemino miſeræ vitæ meæ cunctis diebus meis! & beatos dico immaturos fœtus, & infantes, qui Mundum hunc peſſimum ingreſſi non ſunt, nec hinc communem ſarcinam extulerunt. Qui enim juſtitiam in illo aſſequi ſtudet, atque pugnæ judiciique metu ſolutus optabile otium tenere, improviſo bello obrutus, conſerto prælio proſternitur. Porrò quominus hìc bellum ſuſcipiam, & aſſequar juſtitiam, adverſatur corpus & obſiſtit. Rurſus quominus otio & voluptati me dedam, atrox retributio abſterret in exitu reddenda. Domine, tu es refugium meum, ad te confugio, te protegente, Mundum hunc peſſimum evadam, & iſtud corpus, in quod omnia confluunt mala, ut omnium eſt peccatorum origo & cauſa: quare cum Apoſtolo Paulo frequenter illa repeto: *Quando liberabor ab hoc corpore mortis?* *Rom. 7. 24.*

Intereà cum ea, quæ dixi, animo aſſiduè revolverem, indeque vehementer anxius æſtuarem, ſubitò alius quidam inſtinctus afflavit mentem, meque jacentem confirmavit; ſcilicet obrepſit animo tacita quædam cogitatio, ſuggeſſitque utile conſilium, & quaſi porrecta dextera in ſpem bonam erexit. Tum verò velut è ſpecula proſpexi Pœnitentiam optimum deſperationis remedium, quæ mihi mox comiter occurrens, ſubmiſſa voce quaſi ad aures loquens, eximio me promiſſo recreavit. Simul admonuit inutilem omninò fuiſſe triſtitiam, quam ex vulgari omnium nocentium more indueram. Inde reſipui, & quorſum, dixi, infelix peccator incaſsùm doleo, & futili mœſtitia atque miſerabili luctu conficior, aut multitudine ſcelerum meorum conſternatus diffido? Ad hæc Pœnitentia; attende, ait, animum mentemque advertito ad ea, quæ tibi ſum locutura, continuò leni voce meas blandè demulcens aures,

aures, verba plena ſalutis ſubjunxit. Auſculta lubens, ait, quæ dicam, paucis docebo, quomodo juſtè doleas, ut tibi tuus proſit dolor, & fletus afferat ſalutem. Videſis primum, ne deſperes, aut animo concidas, vel torpeas peccatorum tuorum conſpectu dejectus, & inde ſalutis tuæ curam abjicias; Bonus & ſuavis eſt Dominus tuus, teque foribus ſuis adſtantem videre deſiderat. Cum pœnitentiam egeris, lætabitur in te, effuſoque ſinu excipiet redeuntem. Magna iniquitas tua guttâ clementiæ ejus minimâ minor eſt. Ipſius eſt ſuâ gratiâ maculas eluere, quibus peccatum eâ, quam in te exercuit, tyrannide, te turpavit; ſcelerum tuorum pelagus leviſſimo ejus miſericordiæ flatu ſiccabitur; ſed nec omnia Mundi peccata pietatis ejus mare exhauriant. Verumtamen ſi hucuſque extra viam erraſti, retrogredere, & peccare abſiſtito: illius oſtium pulſa, introitum minime negabit. Jam iterum admoneo, ne putes, ideo quod multa peccaveris, te minime recipiendum, ut hac perſuaſione deceptus, inertiæ te dedas, & otioſus pœnitentiæ labores fugias, cave, inquam, ne facinorum tuorum enormitate in deſperationem adductus, ſalutis tuæ curam deponas, nec enim Domino tuo difficile eſt, deterſis ſordibus, ad priſtinum te nitorem & integritatem revocare: nam etſi tuis à peccatis talem contraxeris colorem, qualem infecta extulit lana, ad nivium candorem te referet, ſicut ſcriptum eſt per Prophetam. *Pſal.* 50. 9.

Reſtat, ut hoc unum etiam atque etiam caveas, ne inpoſterum pecces, quodve in eum aliàs peccaveris, te nunquam non pœniteat; nec dubium quin, quæ eſt ejus magna miſericordia, te liberaliter ſit ſuſceppturus. Ergo contractas hucuſque labes eluito, ſi feceris, nunquam ille repellet reſipiſcentem. Hoc ego jubeo, ſubdidit Pœnitentia, tibi mea fide futurum, dummodo, quæ dixi, exequaris: nec enim dubito, quin te eſtò ſervum impuriſſimum & ſceleſtum velut filium paterno ſtudio ſit complexurus, quodve ſi, quas à te accepit injurias, fleveris, tuaque maleficia damnaveris, & illum ſupplex cum fide rogaveris, non modo tua tibi ſit condonaturus peccata, verum etiam donis & muneribus pro ſumma ſua liberalitate cumulaturus ſit. Te nimirùm opidò quantum ſitit, & ad tuum ſuſpirat reditum, illiſque maximè jucundum accidet audire ſuas te pulſantem fores, qui pro peccatoribus & ſceleratis opprobrium & mortem ſuſtinuit. Hæc ita, ut dixi, ſe habent, non eſt quod ambigas, vera & certa ſunt omnia; dura ſupplicia & horri-

biles

biles pœnæ ſceleſtos manent, ſempiternum incendium, & vermis immortalis peccatoribus parantur, judiciali ſententia in exitu damnatis. Sed & hoc alta mente reponito, ſubjecit Pœnitentia, re nulla à me illis juvari poſſe eos, qui me hìc monentem contemnunt, nec tempeſtivè ſub alas meas ſe recipere ſatagunt. Næ ego talibus in futuro ſæculo opem ferre non potero; ſed neque judex pro illis me orantem tunc attendet, qui nunc obvium domi meæ perfugium recuſant.

Quamobrem hoc bonum & utile conſilium iterum repræſento, ut dum præſens tibi manet ſæculum, ad me feſtines, haud dubiè quin meâ operâ tuam ſalutem in tuto poſiturus ſis. Confidito, ego culpæ dimiſſionem tibi apud Miſericordiam tranſigam, ſpero namque meis lacrymis impetraturam, ut illa tibi à Juſtitia hanc gratiam exoret. Ipſa tecum Miſericordiam ſupplex conveniam, miſtoque precibus fletu eo tandem inducam, ut Judicem ad commiſerationem ſupplicis rei flectat, ac tibi placatum efficiat. Confido, inquam, me pro te orantem ab illa minime repellendam, ac proinde apud Juſtitiam continuò ſuas pro te preces interpoſituram. Quid tu igitur anxio animo hæres peccator? Miſericordia tibi dexteram porriget, & manuducet. Eadem poſtquam ad tribunal Juſtitiæ intromiſerit, cauſam tuam perorabit: Juſtitia cunctis & ſemper metuenda, dicet, reſpice hunc perditum, ſupplicem tamen confitentemque ſe fuiſſe peccatorem, & multorum ſcelerum reum. Intuere trementem, & ob anteactæ vitæ flagitia metu & pudore ſuffuſum, & ſingultus precibus permiſcentem, attende ſuſpiria & lacrymas, dolorem & cordis compunctionem. Habes unde illi ignoſcas, & peccata dimittas, neutiquam inpoſterum iteranda. Vide, ne ex nimia animi triſtitia in deſperationem prolabatur. Cecidit, porrige manum lapſo. Non decet, te in miſerorum ruina lætari, ſpem oſtendito, ut ſurgat, & confidat, ſe à mitiſſimo Domino ſervum à fuga retractum, benevolè ſuſcipiendum.

Hæc mecum ipſe tacitus verſabam, cariſſimi, poſtquam cepit me timor ac tremor meis mihi injectus peccatis. Fictam Pœnitentiæ perſonam introduxi, quo inutilem luctum & ignaviam ab ægro corde meo excuterem, eadem porrò nunc peccatoribus mei ſimilibus reponenda duxi, unde aliquod triſtitiæ levamentum capiant, & in ſpem veniæ erecti ad pœnitentiam feſtinent. Sit benedictus ille bonus & ſuavis, qui lætatur in nobis, ſi pœnitentiam egerimus, atque

atque pro ſumma ſua caritate hilari vultu & abſque opprobratione reduces nos excipit. Sitque iterum benedictus, cujus janua introitum petentibus probis, atque improbis patet, nec enim peccatores odit, ut reſipiſcentibus gratiæ ſuæ fores præcludat. Sit tertiò benedictus, qui omnibus hominibus expediendæ ſalutis rationes providit, ut nemo à ſui regni hæreditate excidat, ſed Juſti benefactis ſuis, ſua peccatores pœnitentia illam obtineant. Sit etiam atque etiam benedictus, qui pro peccatoribus contumelias & mortem admiſit, nec ignominiã Crucis ferre recuſavit. Ea ſolummodo ductus ratione, ut peccatoribus ſalutem compararet. Sit iterum atque iterum benedictus, qui poſtquam nos liberaliſſima ſua voluntate creavit, venit, & Crucis ſupplicio redemit: atque denuò venturus eſt magno illo ſui noviſſimi adventus die, ut nobis ereptam vitæ uſuram reſtituat. Optime maxime, oro te pro illa tua de omnibus benemerendi voluntate, tales nos eſſe præſta, qui gratiæ tuæ aſpectu oculos exaturare, teque in omne ævum laudare mereamur.

Surge, vade in Niniven civitatem magnam, & prædica in ea prædicationem, quam ego loquor ad te. Et ſurrexit Jonas, & abiit in Ninive juxta verbum Domini. Jon. cap. 3. 2. 3.

VIDES, ut Niniven ad concionem advocat Jonas. Judæus ſceleſtos aggreditur præco: ferox & acer invadit urbem, quatitque horrendis vocibus. Hebræo loquente, Ethnica civitas mutavit veſtem. Ut pelagus turbant venti, ſic pelago eductus Jonas concuſſit urbem: hinc adverſi illam oppugnant fluctus, ut ratem direptus aër, quum miſcuit maria. Salum cum ſubjit, ſubita tempeſtate pervertit: terram quum preſſit, quatefecit. Eo fugiente, inhorruit mare, & concionante, terra trepidavit. Mare compeſcuit oratio, terram pacavit pœnitentia. Oratio ſalutem attulit Jonæ, pœnitentia Ninivitas ſervavit. Oravit ille clauſus immanis piſcis alvo: in magna urbe opere magno oravere Ninivitæ. Fugiebat Jonas Deum: pudicitiam oderant Ninivitæ. Concluſit ſtrinxitque ambos Juſtitia, quippe nocentes. Supplicium deprecati ſunt ambo, oblatâ pœnitentiâ. Hæc nempè Jonam in ſalo periclitantem tutata eſt, atque Ninivitas domi laborantes incolumes præſtitit. A ſuo ac in ſuo Jonas didicit, miſericordiam pœnitentibus eſſe tribuendam. Formam ipſi in ipſomet

met deſcriptam tradidit divina gratia, pro delinquentium regimine præſcribens, ut quemadmodum ipſe pelago erutus fuerat; ita præſenti naufragio eriperet urbem. Nihilominus, ut mare exagitant venti, ſic Ninivis piſcinam Jonas, & ipſe pelago rejectus.

Unus Jonas locutus eſt, audiit Ninive & luxit, unus Hebræus concionator univerſam perturbavit urbem. Os ſuum minis implevit, & auditoribus denunciavit interitum. In urbe Gigantum parvus concionator aſſurrexit. Fregit vox ejus corda Regum. Urbis ruinam ſuper eos impulit. Uno verbo, quo ſpem abſtulit omnem, calicem iræ porrexit. Audiere Reges, & victi dedére manus, ſua abjecêre diademata, & demisêre ſupercilium. Audierunt Nobiles, ac territos oppreſſit ſtupor, continuò veſtes in ſaccos mutarunt. Audiere venerabiles ſenes, & caput conſperſerunt cinere. Audierunt locupletes, & arcam aperuere indigentibus. Audierunt creditores, conſciſſiſque ſyngraphis, in opera miſericordiæ incubuerunt. Obedierunt fœneratores, ne ultra ſortem exigerent; quique fœnus acceperant, redhibuerunt acceptum. Æs ſuum alii condonarunt, cum ſalutem quiſque ſuam piè curaret. Nemo repertus ibi, qui alterum circumvenire cogitaret. Omnes quippe ſanctè certabant, ut ſuam quiſque animam lucraretur. Jonæ obaudiere latrones, & aſſueti vivere rapto, ſua reliquêre: quiſque ſe ipſe accuſabat, & comparis ſui vicem dolebat. Nemo ſocium condemnabat, quia ipſe ſe quiſque condemnabat. Unuſquiſque ſe ipſe reprehendebat, quia Ira reprehendebat univerſos: Jonam audierunt parricidæ, & judicum metum ſe abjeciſſe confeſſi ſunt. Judices judicia interruperunt, præſente Ira, ſilvit forum: noluerunt quod juſtum erat judicare, ne ex juſto judicarentur. Unuſquiſque miſericordiam ſeminabat, ut meteret ſalutem. Jonam audierunt peccatores, ſuaque ſinguli peccata confeſſi ſunt. Audiit urbs ſcelerata, ſuaque confeſtim exuit ſcelera. Audierunt etiam domini, & ſubjectos dimiſere liberos. Piè audierunt ſervi, & auxere erga dominos reverentiam. Declamante Jona, nobiles feminæ faſtum ciliciis compreſſere, pœnitentia fuit vera, quando ſuperbæ humilitatem induerunt.

Noſtra hæc illi pœnitentia compoſita ſomnium eſt: & illi ſupplicationi noſtra collata umbra eſt: & illi humilitati comparata hæc humilitas larva eſt; quàm opidò rari ſunt, qui malefactorum, ſubeunte pœnitentia, ſimile jejunium ſecuti ſunt. Ninivitæ ſtipem egentibus erogarunt; utinam

nos

A nos à pauperum oppreſſionibus abſtineremus. Ninivitæ ſervos libertate donarunt, liberorum vos utinam miſereret. Quoniam verò Jonas ad urbem mittebatur omnium flagitiorum genere coopertam; ideò vindex Dei Juſtitia dura illum ſeveritate munivit, imbuitque vocibus horrificis, jubens extrema mala nunciare. Acerbis medicamentis inſtructus formidabilis Medicus urbem intravit morbis oppreſſam. Explicuit & oſtendit, quæ ferebat pharmaca, viſaque ſunt aſpera & horrenda. Sed etſi Prophetam Gratia mittebat, non quo civitatem everteret, ſed ut laborantem curaret; civibus tamen Concionator minime ſuggeſſit, ut pœnitentiæ ſe dederent. Docere volebat, ægrotantes debere morbi remedia per ſe quæritare. Pulſantibus obſeravit fores, quo intelligerent poſteri pulſantium conſtantiam.

C Sententiam Judicis Jonas intimavit, aſſenſere Ninivitæ, & juſtam eſſe affirmarunt. Inde patuit, quantum ad placandam iram valeat pœnitentia, quantumve inſiſtere debeant pœnitentes, donec impudentia miſericordiam extorqueant. Ægritudinis enim cauſa peccatum fuit, voluntas, non neceſſitas. Horriſona vox terrebat, objectâ velut exerti imagine gladii, unde audaciſſimus quiſque metum caperet, & morbum depelleret. Medicus miſſus ad medendum, ægris romphæam intentat, quam ut vidit civitas, ut exhorruit; medicus aderat, carnifex qualis præſens; cives metu conſternati, mox trepidi conſurgunt, & ad pœnitentiam procurrunt. Ergo medicamentum virga fuit, quorumlibet medentium pharmacis remedium præſtantius. Ægro alii medentes palpantur, & blandè potionem porrigunt; Jonas ægrotos acerba & vehementi concione objurgat & ſanat. Decumbentes viſitat viſitator ſapiens, ſimul exagitat metu: lectulo ſeſe illicò proripuit æger, ut virgam furoris aſpexit: conſanuere ſuis furentes libidinibus: ſuas quiſque cupiditates compeſcuit, ipſe ſibi factus medicus.

Ceſſarunt prandia regum, & principum cœnæ. Nimirùm ſi à lacte arcentur infantes, quis interim jubeat convivia? Si jumenta prohibentur aqua, vinum quis bibat? Si Rex induit ſaccum, quis veſtem non mutet? Si impura ſcorta ſibi continentiam imperant, quis cogitet nuptias? Si luxurioſi ſtupent, quiſnam rideat? Si qui modo lætitia exultabant, nunc miſere plorant, quemnam delectet jocus? Si latrones didicere juſtitiam, quis opprimat amicum? Urbem univerſam imminentis ruinæ metus ſolicitat, quis jam in communi

periculo propria curet, pro sua solicitus domo? Si projectum videas aurum, fur nullus est, qui surripiat; si apertum thesaurum, nullus est qui auferat. Oculos continuere suos fatui, ne feminas curiosè aspicerent. Condidere feminæ ornamenta sua, ne intuentibus præberent occasionem ruinæ. Novere quippe istud esse commune malum utrisque, nec si alii in illis offendissent, ipsas salutem adepturas. Non ergo civium pœnitentiam disturbavere formosæ, quum communis doloris causam se esse agnoscerent. Medicinam itaque fecere sibi mutuo, alter ab altero pœnitentiam docti.

Nullus est, qui socio peccandi occasionem subjiciat, dum quisque vitium eliminare studet; suum quisque sodalem ad preces & obsecrationes invitat. Facta est civitas corpus unum, tota se totam observat. Ne in alterum peccet, proximum quisque suum admonet, hortaturque, ut se suaque membra ad justitiam formet. Quare nemo illic oravit, ut se unum servaret, dum singuli alter pro alterius salute rogant, perinde ac si in unum coaluissent corpus, universa siquidem civitas velut unum corpus ad interitum ciebatur, nec licebat probis procul ab improbis vivere, cum velut membra invicem colligati conviverent unà cum nocentibus innocentes. Justi itaque pro peccatoribus Deum orabant, ut ipsis opem salutemque ferret, hunc orabant pro justis peccatores, ut ipsorum preces ratas efficeret, precabantur innocentes pro incolumitate nocentium, nocentes innocentium orationem exaudiri, rogabant.

Pulcher infantium ploratus universam civitatem ad lacrymas provocabat, vox parvulorum, ut venit ad aures, ut impulit cor & viscera subvertit. Senes conspersere se cinere, canos laceravere crines longævæ anus, projeceruntque, venerabilis canities versa est in opprobrium. Juvenes fixis in senes oculis amarè flebant, majores minores suos, optatos senectutis baculos, vocabant ad planctum; plorabant utrique, prospicientes, mox ad tumulum elatum iri cum funerandis funeris curatores. Casti castæque cœlibes capillos deposuere, calvitium suasit luctus. Stetit in medio thalami mater: circumstant carissimi: fimbrias tenent, orant, sospitet pereuntes. Crebra terræ succussione perterritus puer fugit in sinum matris, in die furoris parvulus intra nutricis alas se condit. Sol oritur, & occidit, supputant illi dies, & quoti transierint rogant, dolentque tantundem spatii vitæ detractum suæ, decedere dies, & cum illis pariter animam decessuram. Plorantes nati

paren-

parentes in communi luctu ſciſcitantur. Eheu dicite parentes, quot ab hinc ſuperant dies ad tempus condictum ab illo Hebræo concionatore; dicite deſignatam ab illo horam, quando viventes in infernum deſcendemus, quæve futura dies, quando pulchra civitas ſubvertetur; quænam ultima nobis illuceſcet dies, poſt quam amplius non erimus? Quonam tempore operiet nos caligo? Quove die noſtri interitus fama pervolabit Orbem? Quando ſecus locum tranſeuntes advenæ cernent dirutam urbem, patriæque ruinis ſepultos cives.

Parentes, qui natos talia memorantes audiebant, vehementer commoti parvulos ſuos ſuis perfundebant lacrymis, oculiſque pluentibus, miſto fletu, dicentes & audientes ſimul plorabant. Voce crebris ſingultibus ſuppreſsâ, verba formare non licuit, fandi facultatem dolor abſtulit, & carorum fletus colloquium diremit. Sed parentes, ne filiorum cruciatum ſuo redderent ſilentio majorem, indeque exaſperato animi dolore, ante diem ipſo mœrore coficerentur, tandem cohibuere lacrymas, & internos affectus repreſſerunt, quo liceret de propoſita quæſtione liberis ſuis ſapienter ſatisfacere; indeque aliquod doloris levamentum afferre. Cæterùm cum veritatem manifeſtare vererentur, apertèque dicere; diem utique à Propheta denunciatam haud procul abeſſe, Abrahami exemplum ſecuti, filios ſuos prophetica prædictione conſolabantur.

Exquiſivit Iſaac hoſtiam: *ubi eſt*, ait, *agnus victima holocauſti?* Abraham, ne triſte reſponſum luctus ſequeretur, qui ſacrificium corrumperet, unigenitum ſuum blandis verbis trahebat, quo interim ligari ſe ſineret, dum ipſe gladium nudaret. Videbat filium duram ſibi propoſuiſſe quæſtionem, ſilentio tamen uſus non eſt, ne natum contriſtaret, nec tamen dolorem explicuit, ne ſacrificium temeraret mœſtitia. Excogitavit quomodo filio ſatisfaceret. Ergò quum manifeſta fari nollet, occultum myſterium præmonſtravit, cumque veritatem occultare vellet, prodidit: auſus non eſt dicere: Tu es; prædixit alium fore: credidit illum eſſe; non illum fore prophetavit. Abrahæ nimirùm lingua corde ſagacior fuit, à corde diſcere aſſueta, cor docebat, conticuit mens intelligens, quia facta eſt lingua præſciens, & Ratio, quam docebat, hauſit à lingua ſapientiam. *Aſcendemus ego & puer*, ſervis ſuis dicebat Abraham, & *revertemur ad vos*. Fallere voluit, & prophetavit. Mendax non fuit, qui pro veritate certabat, ſermonem in prophetiam tranſtulit, dum ſtudet laboranti ſuccurrere.

Gen. 22. 8.

Supr. 5.

Hanc cepere viam Ninivitæ, dum natis ſatisfacere ſtudent. Ergò lacrymis ſenſim manantibus ſic affati ſunt cariſſimos ſuos: Bonus & ſuavis eſt Deus, nec delebit elaboratam manu ſua imaginem: quivis artifex, quod finxit ſimulacrum, diligenter cuſtodit; quanta putatis cura Optimus incolumem manere velit vivam & ratione præditam ſui effigiem. Nec oppidum, filii, cadet, nec patria noſtra ſubvertetur. Dum ergo comminatur excidium, ad pœnitentiam nos provocat, dumque ſe vehementer iratum oſtendit, ad bonam frugem nos revocat. Vos item, cariſſimi filii, quoties deſipuiſtis, & continuo reſipuiſtis flagello correcti. Vos nos cecidimus, & duro verbere caſtigavimus, nec iſtud furor porrigebat ad exitium. Corripuimus, quia peccaſtis, & gaviſi ſumus, quia peccatum agnoviſtis. Vos ipſi animadvertiſtis ejus vexationis auctorem fuiſſe amorem; vos ipſi perſpexiſtis Miſericordiam flagellum tractaſſe: Correptione profeciſtis, & indè hæredes effecti eſtis. Ipſe verberum dolor multam attulit lætitiam, & virgarum ſupplicio ſuaviſſimæ jucunditatis ſucceſſit theſaurus, omnemque mœrorem abſterſit ſubſequens gaudium.

Diſcite ergò, cariſſimi, ab eo, quod experti eſtis verbere, & veſtrorum parentum ſagaci eruditi virga. Ad noſtrum profectum nos ab illo caſtigari Patre, qui nos corrigit. Extulit virgam furoris, ut terreat, & terret, ut emendet. Scilicet quemadmodum veſtri vos parentes verbo & verbere caſtigavimus, dum vos erudire & lucrari ſtuderemus, & modicum paſſos admodum juvare, ſic & ille Optimus & Mitiſſimus nos arguit & erudit, ut ſua nos benignitate ſervet, & incluſum ſuarum miſerationum amorem nobis profundat. Virgâ ſuam nobis caritatem ſignificat, ſuum verbere nobis aperit theſaurum: Quod ſi minime dubitatis vos à nobis pro noſtra erga vos benevolentia fuiſſe punitos, cur dubitemus, idem eodem affectu à Deo nos in præſenti ſuſtinere? Noſtra ergo vobis ſeveritas ſpeculum fiat, in quo illam pietate & clementia plenam diſciplinam perſpiciatis. Enimverò omnis, quo vos complectimur, amor infra eam caritatem reſtat, quâ Deus nos homines amat; adeo noſter in vos amor, Dei in nos amore minor eſt. Sique magnam putatis ejus ſeveritatem, illâ major eſt ejus clementia. Pœna videtur, donum eſt, ſic benemerentes quique ab illo locupletiſſimè munerantur.

Mœrorem, filii, depellite, cohibete lacrymas tantiſper, brevi motus iſte reſidet, voſque

ܘܐܦ ܗܠܝܢ ܒܢܝ ܢܝܢܘܐ ܗܘ ܕܐܡܪܝܢ ܠܗܘ ܠܐܒܗܬܗܘܢ ܕܐܝܟ ܕܐܒܗܬܐ ܕܡܬܪܓܙ ܥܠ ܒܢܝܗ ܐܦ ܐܒܗܬܐ ܕܡܬܪܓܙ ܥܠ ܒܢܝܗ ܐܦ ܗܘ ܡܬܪܓܙ ܥܠ ܒܢܝ ܢܝܢܘܐ ܡܛܠ ܕܐܝܟ ܕܐܒ ܡܬܪܓܙ ܥܠ ܒܢܝܗ ܗܟܢܐ ܐܦ ܐܠܗܐ

ruina sequeretur. Hoc nimirùm audiebat futurum, ut delicias & jucundæ vitæ commoda ipsi raperet mors, & à suavissimæ quietis lecto in foveam iræ regem & urbem repentè transferret.

Legiones suas convocavit Rex. Flevere mutua comploratione communem casum. Prælia Rex referebat hactenùs ab illis gesta, & reportatas victorias, quotve feliciter evaserant pericula; nunc vero se animo defeciisse victum mali magnitudine, nec ullam videre supereisse opis & salutis spem. Non hoc bellum, ajebat, est amici, in quo, conserto prælio, victoriam nostro more referamus, & ad votum succedat triumphus. Siquidem vel ipsos heroës exanimet horrendum, quod audivimus nuncium, sic nos plurimarum gentium victores unus Hebræus afflixit, ejusque vox perculit & prostravit. Plurima nos oppida subegimus, in nostranos urbe ipse profligavit. Ninive heroum mater hominem unum, & hunc viliissimum exhorruit: in suo Leæna cubili ad unius Hebræi conspectum expavit. Rugiit Assyria, tremefecit Orbem: Assyriam fremens, voce concussit Jonas. Scilicet ad hoc omne malum venit fortis Nemrodi soboles.

Bonis militibus optimum consilium simul suggessit Rex. Interim vobis consilium do, Amici, non ideo in præsenti desperandum discrimine, sed ut fortes decet strenuè dimicandum, nec committendum, ut desides mors occupet, quod ignavis ac timidis accidit. Quisquis, præsente periculo, strenuum & magnanimum se præstitit, si moritur, fortis fuit; si mortem evasit, vicit. Si ergo mori gloriosum est, & est vivere triumphus: duo bona sibi negotiatur magnanimus, duobus contra malis subjicitur ignavus, vel ut inhonesta morte fungatur; vel ut cum dedecore vitam traducat. Paranda nobis ergo sunt arma, simul componendus est animus ad agendum præclara & fortia, quo ut nihil assequamur, strenuorum certe nomen obtinebimus. Ex majorum disciplina didicimus, Deum habere justitiam & gratiam, & pro justitia quidem intentare minas; misericordiam autem tribuere pro gratia, quod si placetur justitia, auxilians aderit gratia; si nostris precibus flectatur justitia, illicò affluent liberalitas & clementia; si verò illius justitia retineat iram, ideo oratio nostra culpanda non erit, quod illam minime exoraverit, nec nostræ nobis fraudi erunt precationes. Sed quoniam res inter justitiam & gratiam versatur, nostra profecto pœnitentia sua causa non cadet. Nova

arma

arma novæ urbi, cariſſimi, fabricanda ſunt, & quandoquidem ad occultam vocamur pugnam, occulta arma capiamus.

A majoribus iſtud accepimus, qui hominibus rectè vivendi præcepta tradiderunt, quorumque oracula ad nos traducta ſunt, & acta, quaſve paſſi ſunt tentationes, fama repræſentat: nec ad captum homini deeſt mentis ſagacitas; ubique gentium pervulgata ſunt geſta Juſtorum, quibus hâc patuit ad ſalutem via. Orbem implevit lex, quâ condemnatur quicumque nocens; & audivimus quibus ſuppliciis mali homines mactati fuerint, quod peccare auſi fuiſſent: poſitum eſt ante oculos ſpeculum, unde quiſque intelligat impudentem quemque pudefactum iri; imago cuivis videnti conſpicua eſt, ſed & pœnitentia pariter prædicata eſt, & aſpectibus audientium propoſita. Pœnitentia oculis peccantium exhibita eſt, ut ad illam appellerent animum.

Et verò cuinam noſtrûm ignotus eſt Cataclyſmus? Nec enim à noſtra ætate longè diſtat immanis illa aquarum eluvio, quæ Noë temporibus accidit, quando Juſtitiæ vindicatricis allapſu aquis obrutum fuit omne genus humanum; nec tamen illis deerat peſpicacitas mentis, aut rationis oculus caligabat in Sole. Homines Noëticæ illius ætatis, ò filii, ſcientes prudenteſque deliquerunt, dederuntque delicti pœnas. Nam cum tempore eodem audirent voces, imminentis Diluvii præſagas, Dei adhuc iracundiam provocarunt, quo riſere minas. Malleorum & aſciarum ſonitus Diluvium prædicabat, ſtridor ſerræ ſecantis Cataclyſmum clamabat, deriſere tamen mallei ſonum, & aſciæ vocem contemſere, donec Arca perfecta eſt; tum vero Juſtitia ſeſe oſtendit, & audacia condemnata fuit. Erupere fontes, dederuntque vocem contra nocentes minarum deriſores, vociferavit repente Diluvium contra ſubſannantium vulgus, qui malleorum ſonum modo ridebant. Tonitruum fragore puniti ſunt, quibus ſerrarum ſtrepitus ante ciebat riſum, & cum horriſono nubium fremitu micantibus fulgetris etiam cæcati.

Ad Arcam, quam luſerant, certatim procurrerunt, clauſit illa fores impiis, quibus ejus fabrica res opidò ridicula ante videbatur. Cavendum ergo, fratres, ne Hebræi iſtius Jonæ vocem aſpernemur, nec debemus ejus monita otioſè accipere, ſed diligenter expendere & ſingula ponderare. Me, fateor, in magnam anxitudinem ejus ſermo conjecit; quod ſi illius oraculum quiſpiam ex audacia profectum interpretetur, aut deliramentum exiſtimet hominis minime

me compotis ſui ; quicumque tamen illum inſanire credit; ſi quæ dicturus ſum conſideret, intelliget hunc eſſe caput ſapientiæ magno judicio & alta mente præditum. Deſpectus & ſimplex, ut videtis, eſt ejus aſpectus, ſermo tamen grandis eſt & reverendus. Vobis ſiquidem præſentibus, quæſtiones illi propoſui, varias, ut lubuit, explorare volui, quod dixerat, velut in fornace aurum. Non ille expavit tamen, non timuit, non eſt perturbatus, nec titubavit: non mutavit ſententiam, veritatis lege ligatam, nec immemor dictorum à propoſito deflexit, tenaciſſima præditus memoria. Blanditiis illum pertentavi, non attendit blandientem, nec perterrefacientem extimuit.

Opes oſtendi, riſit opes, gladium intentavi, gladium contemſit: exertum ferrum, & ampla munera velut res ſibi ignotas deſpexit. Eſt, quem alliciant divitiæ, eſt, quem tormenta exaniment. Non illum exterruit pœna, non illum gratia illexit. Inter blanditias atque minas hunc Hebræum concluſimus, integer evaſit utrinque, qui utrumque luſit. Pecunias offerebam; riſit offerentem, ferrum nudavi; diſtorto ore, labrum contraxit. Non illum vicere auri cupido, nec mortis metus. Sermo tamen telum erat, findebat marmora, nec meam potentiam formidavit, nec adulatus eſt Majeſtati. Decus hoc meum tale habuit, quale reputamus retrimentum humi projectum; adeo noſtras deſpicit opes, armaque noſtra aſpernatur. Frontem æream ſibi compoſuit, ex quo noſtras cogitavit terras, nec ulla adfuit cauſa, quæ ad aſſentandum noſtro imperio, illum moveret.

Hujus itaque ſermo ſpeculum datum eſt, in quo noſtra crimina inſpiciamus. In eo jam vidimus Deum, noſtris ſceleribus offenſum, ejuſque juſtitiam vitia noſtra perſequentem, & patriam noſtram ab imminente judicio de ſalute periclitantem. Satis perſpeximus illum vera loquutum, nec iſta excogitaſſe artem, aut hominis vafri verſutiam compoſuiſſe. Si proſpera quidem nunciaſſet, eſſet cur ſuſpicaremur veteratorem hunc eſſe, qui felici nuncio amplam mercedem aucupararetur. Fauſta auguratur fortilegus, qui in divinatione facit quæſtum, blandè palpat, & magna pollicetur. Chaldæus eſuriens felicem horoſcopum mentitur, quo uberiorem à fatuo referat ſtrenam, ingentes divitias præſagit, non quod aliquid dare velit, nec vero dat, ſed quo futuræ opulentiæ augurio ſtultum decipiat, auferatque quod ille habet. Medicus contra integer & veridicus eſt, verum ægroto nunciat; Chirurgus domum ægrotantis ingreſſus, nec

voce

voce ſubmiſſa, quod ſentit explicat, nec anguſto pectore intonat acerba cauſtica, in ſuo illi cubiculo; nec laborantem veretur, ut putridi dentis evulſionem non denunciet; nec regem formidat, ut ne ſuam ſententiam dicat; nec filium regis timet, quin acrem medicinam ipſi propinet; nec viros terribiles tremit, dum ligat, & ſecat, nec potentem quemlibet expavet, ut ejus potentiam cauſticis non ſubjiciat. Quis itaque mendacem dicat vatem, qui funeſta & infauſta præſagit? Non mentitur, cujus ſermo nos tantoperè perturbat, ſi ſermo fortis eſt, ſincerus eſt animus.

Medicus quantumlibet magnanimus & conſtans, quæſtu tamen titillatur, & lucri ſpe; Hebræus iſte medentium conditionem ſuperat, qui ex noſtra urbe, nec unius diei victum accipere voluit, ex quo nos convenit, jejunus & admodum triſtis luxit. Quis ergò peregrinum adegit, ut citra præmium triſtiſſima iſthæc nuncia referret? Cur in urbe noſtra talia prædicare non timuit? Ab Hebræis accepimus Moyſen & Eliam ad quadraginta dies cibo abſtinuiſſe? Quid? Num ſimile jejunium ſibi indixit vates iſte Hebræus? Si autem jejunat, qui juſtus eſt, jejunemus, oro vos, nos qui peccavimus, & ſi qui ſanctus eſt, ſupplex orat, deprimant nos ſaccus & cinis. Et fortaſsè ideò jejunat & orat, ne, ſalvâ urbe, mentitus fuiſſe videatur, ſcilicet ut patriam noſtram evertat, certat, quo vera prædixiſſe credatur. Cum illo igitur, qui nos jejunio oppugnat, jejunio dimicemus. Nec ideò tamen cum Propheta pœnitentia noſtra pugnat, non enim ille nos læſit, noſtra nos peccata peſſumdant; non ergo urbem deſtruet Hebræus, cui propria ſcelera ruinam acceſſunt.

Habemus adhuc, amici, alium occultum hoſtem, contra quem fortiter dimicare debemus. In ore omnium verſatur hiſtoria Jobi antiqui Juſti, cujus illuſtria facta mutas animantes audiſſe reor, ejus victoriam ipſius tentatio per totum Orbem vulgavit, & ſicut noſtri nobis prodidere majores, accuſator ejus Diabolus fuit. At ſi ille viro ſanctiſſimo falſum crimen affinxit, ad verum objiciendum nocentibus, quanto eundem putatis fore paratiorem? Diſpar eſt, eademque par contra juſtos & peccatores ejus nequitia, juſtum nempè perſequitur, ſi fortè peccatorem efficiat, & peccatorem occidit, ne fortè reſipiat. Ædes filiorum Job idem evertit, illorumque cruorem cum vino miſcuit, corpora cum poculis; Idemque ædium ruinas impulit ſuper dominos. Quare ve-

reor, ne ipſe ad ſubvertendam urbem & patriam noſtram immiſſus ſit. In bello Reges armis viciſtis, Satanam oratione proſternite. Exeant ergò armatorum acies cum illo prælium commiſſuræ, veſtras tamen exuite ante diploides, & abjicite : ſaccos, optima adverſus hunc hoſtem arma ſumite; fractos projicite arcus, & ad preces confugite, inutilem deponite gladium, enſem capite triumphalem, jejunium. Sola jejunii acies ſecretam patriæ noſtræ amputabit noxam. Victorias, quas præteritis bellis hactenùs reportaſtis, nihil eſſe duco. In præſenti autem ſi vincere contingat, nullam hac illuſtriorem victoriam retulimus; & quoniam aliis in præliis primus in acie ſteti, in præſenti etiam conflictu pugnaturis præibo. Ergò arma ſumite, ſed qualia me cepiſſe videbitis, eja, amici, accedite :

Hæc fatus Rex veſtes exuit, exuerunt pariter univerſi: Continuò ſaccum induit, Regis ad exemplum milites atrati proceſſere. Sic repentè Aſſyrii aliâs fulgente feroces ciclade, modo lugubri tecti amictu, incedebant, cilicioque ſetis horrente myſteria Jacob repræſentabant. Ad planctum dum ſe demittunt, victoriam peperit Pœnitentia, victus eſt Satanas, quemadmodùm victus eſt Eſau, ut magiſter, ut diſcipulus, viceruntque Ninivitæ, ſicut & Jacob, ut magiſter, ſic ejus diſcipuli. Convocatis itaque Rex copiarum Ducibus, exercitum luſtravit, miſſique ad ſingulas turmas præcones, ſingulos adhortabantur ad pœnitentiam. Impurus quiſque, ajebant, turpes emendet mores, ne fortè ſuis oppreſſus vitiis occumbat. Avarus amorem habendi cohibeat, ne perturbet pugnantem. Quiſquis fervet ira, exorabilem ſodali ſe præbeat, ut Juſtum exoret ſibi. Non animum occupet odium, ne ſalutis negocium diſturbet, neque os jurgia componat, ut civitas benedictionibus, Deo miſerente, cumuletur. Nemo perjurium & mendacium non fugiat, ne probet eventus prænotionem pronuntiatæ in nos ſententiæ falſam non fuiſſe. Rumpenda ſunt vincula cordis, ne orantes præpediant. Neminem deinceps peccare delectet, ne nos aſſequatur pœna novis exaggerata flagitiis. Talia præcones per amplæ urbis regiones prædicabant.

Intereà Rex mœrore agitatus, ut in eundem luctum vocaret, exercitum luſtravit, edixitque militibus jejunium, veraque arma ſubminiſtravit, ſuaſitque, ut Deum orarent, omnem quippè ſalutis ſpem in oratione conſiſtere, orationem eſſe arcum,

ܗܵܠܵܐ ܚܽܟܡܬܵܐ ܠܰܢܺܝܢܘܹܐ * ܕܥܺܝ ܒܽܟܝ
ܘܒܟܝܬ ܡܕܡܐ * ܘܐܡܪ ܢܒܽܘܬܵܐ ܕܐܠܗܵܐ. *
ܦܬܵܓܵܐ ܕܚܘ ܘܒܐܡܪ ܩܛܽܠ * ܐܪܚ ܚܕ
ܡܢܩܵܐ ܠܚܣܝ * ܘܒܟܘ ܕܡܐ ܕܥ ܒܗܬܗ * ܠܐ
ܒܗܘܬܵܐ ܕܢܝܢܘܹܐ. * ܚܬܘ ܒܗ ܐܠܗܵܐ
ܠܫܡܝܐ * ܡܢܝܢܐ ܕܗܵܐ ܡܢ ܐܪܥܵܐ * ܕܢ
ܒܗܘ ܘܡܢ ܒܟܝܬ ܚܕ * ܡܟܝܬ ܐܠܗܵܐ
ܡܢܫܡܢܐ. * ܘܒܟܘ ܐܠܗܵܐ ܘܒܥܘ ܐܠ
ܫܡܝܐ * ܡܢ ܒܝܬ ܡܫܟܒܗ ܘܐܬܒ
ܡܢ ܟܘܪܣܝܗ ܘܦܫܛ ܠܒܘܫ ܡܟܘ
ܒܗ ܘܝܬܒ ܒܬܠܠܐ. * ܘܩܪܐ ܒܢܝܢܘܹܐ
ܒܩܠ ܪܒ * ܕܢܬܒܘܢ ܟܠ ܚܕ ܡܢ ܒܝܬ
ܡܫܟܒܗ ܘܡܢ ܟܘܪܣܝܗ ܘܦܫܛ ܠܒܘܫ
ܡܟܘ ܘܝܬܒ ܒܬܠܠܐ

& hominem ſapienter diſcreverunt, hominem cogitarunt eſſe hominem, Deum eſſe mitiſſimum. Prophetam videbant ſeveriſſimum, clementiſſimum eſſe Deum non ignorabant; non diſceptarunt contra ſeverum, ut clementem placarent, Prophetæ ceſſerunt juſtitiam, Deo clementiam. Jonas abſcindebat ſpem, jejunium ſpem amplificabat, Jonas effringebat animum, animum affirmabat oratio, acuebatur ira, ejus aciem obtundebat ſaccus, Nubes obtendit atram caliginem, ciliciorum conſpectus diſſipavit, contenebravit illic Cœlum, ſerenatum eſt pœnitentiâ. Aſiæ accolæ trepidarunt, ipſos ſuſtinuit continentia, ſuccuſſa labavit civitas, ne laberetur, ſuccurrerunt erogatæ ſtipes, aurum ſolitum multiplicare crimina, crimina expiavit. Inediâ ſe ſervarunt peccatores, quicumque didicere jejunium, & preces: ciliciis involuti ſuis exclamavere ſenes, vitæque labanti firmamenta ſubmiſere: quia mœſti flevere juvenes, coronas ſuas cuſtodierunt, quodque lugubria obduxere ſibi virgines, ſuos expurgavere thalamos, vociferavere mutæ animantes ſecundum ſpecies ſuas, dominis aquam negantibus. Miſcebatur clamor animarum & animalium: voces exaudivit Juſtitia, Gratia ſervavit à condicta per Jonam die. Multa erat concurſatio, ſupplicatio aſſidua, jejunium continuabatur jejunio, cilicium jungebatur cilicio, cinis ad cinerem aggerebatur. Non illic oculus quievit à fletu, non illic ſiluit lingua exclamans & orans clementiam, non illic auris alias audivit voces, circumſonantibus undique gemitibus, & ejulatibus. Non illic aſpexere pupillæ nitentes vultus, nec ora ridentia. Triſtium & dolentium novæ ad ſingula momenta lacrymæ, cogente pœnitentia depluerunt egentibus ſtipes. Quotdiebus congeminabantur multæ precationes; iterabantur quotidie vota; ad impetrandam quantamlibet opem, publicæ ſupplicationes indicebantur. Tandem omnis conſolationis fontem ibi aperuit Gratia.

Tum vero, obice ſubmoto, temperantiam & caſtitatem complexi ſunt viri feminæque. Auctore jejunio inducta eſt manſuetudo, ſuamque mitigavit lingua acerbitatem, ſocietate & concordia cives velut membra ſibi coaluere. Sic tandem demiſit ſe Clementia, ſuâque reſipiſcentes gratiâ irroravit. Puberes ornabat caritas, veritas viros, pax odia inteſtina ſuſtulerat, communis inter matronas taciturnitas & ſilentium, operoſum tamen, & ad omnia præ-

ܐ ܕܐܝܬ ܠܗ ܥܒܕܐ ܕܫܘܠܛܢܐ. ܘܟܠ ܙܒܢ ܕܐܬܝܠܕ ܒܗ ܒܪ ܥܠ ܐܒܘܗܝ ܘܐܡܗ ܒܟܝ ܘܒܟܝ ܘܐܡܪ ܠܐ ܝܕܥ ܐܢܐ ܕܝܘܡ ܐܝܟ ܡܐ ܢܗܘܐ ܒܗ ܒܪ ܥܠ ܐܒܘܗܝ ܘܐܡܗ

dicas jam nunc amare pudicitiam, filias autem populi sui jamdiu exuisse pudorem. Videbat in urbe Ninive à malis spiritibus obsessos, mox liberatos veritatem didicisse: cogitabat in Sione vagari Prophetas mendaces, veteratores dolo plenos; videbat Deorum simulacra ab Ethnicis confracta: cogitabat populi sui ædes Gentilium idolis refertas.

Sic tandem proprio experimento doctus, mirari desiit à Sacerdote Moysen benignè fuisse exceptum, Eliam à Vidua, & Davidem, persequente Saule, à populo Gentili cum honore susceptum. Non ergò sine causa timebat missus ipse ruinæ nuncius, ne vanam efficeret Ninivitarum pœnitentia prædictionem: interim tamen lacrymas continere non poterat, cum cerneret filias Gentilium patriam superstitionem abjecisse, simulque cogitaret populi sui filias flere Adonidem; ab urbe Gentili exterminatos Ariolos, & Divinos, & per Judæam errantes Magos & Chaldæos, sacrificos fana Assyriæ suis manibus subruere, Judæum contra quemque in Sione ante januam suas erexisse aras. Niniven intuebatur suos velut in Ecclesia congregasse filios, ipsamque sordibus usquequaque purgatam, & jejunium sacrum & venerabile jam habere. Jerosolymam contra Dei templum in speluncam latronum convertisse, Assyriæ regem verum adorare Deum, Jeroboam contra vitulorum fana celebrare; Ninivitas scelera sua in conspectu Dei cum fletu recensere, Hebræos contra suos filios immolare, & mactare filias suas dæmoniis; Ninivitas suas etiam lacrymas Deo libare, Hebræos simulacris meri prolibare simpulis; Niniven ubique spirare luctum; Sionem olere nidorem ac thura idolis adulta.

Sed si decesserat Judæis spes, eadem Gentibus adaugebatur, si Judæis luxus crescebat, Ninivitis submissio. Si in Judæa grassabantur impunè vitia, in Assyria luctus aggerebatur; nam si vita jam functos superstites deplorant, à Ninivitis etiam viventes plorabantur. Suum quisque natum deflebat, & cognato illacrymabatur. Mulierum species defloruerat labefactata jejunio & fletu, sui quisque sodalis ori libabat oscula, lacrymas simul pectori affundebat. Ingens sanè luctus, horribilis dolor, quando valentes & integri continuò subire sepulcrum compellebantur: quo pauciores superabant dies, eo uberiores fundebant lacrymas, quasi homines, qui jam periissent, & in vivis amplius non essent. Jamque aderat tempus, quo credebatur, oppidum repen-

repentè ſubvertendum, illuxerat dies, quo tota civitas caſura dicebatur: ubique luctus, ubique fletus & clamor. Lutum depſuere figulorum lacrymæ, parentes coram conſiſtere juſſere natos, ut cunctis illacrymarentur, ac hæredes & hæreditates deplorarent. Ordine ſimili cum ſponſis diſpoſuere nurus, communi efferendas funere. Quiſnam tam atrocis ſpectator facti, animi deliquium paſſus non fuit? Ut coram adſtantes conſpexere juvenes ac virgines, mœſtæ per omnes jere voces & uberes lacrymæ, utque in conſpectu venere puellæ, ac pueri clamorem ad ſydera ſuſtulerunt, intuentes adoleſcentum formam & pubeſcentes natos. Qui humi conſtiterant, eam diffiſſam deſidere credebant, ſeque velut in fluctuantem conjectos ratem.

Conſedere ſenes, & effetæ anus, adſtantibus iis, qui utroſque funeraturi credebantur, ſublatoque clamore, hæc lamentabantur: Quis oculos claudet noſtros, aut extincta involvet corpora? Futura flebant funera, quod dicerent, neminem ſuperfuturum, qui mortuos ſepeliret, & conſolaretur ſuperſtites, quidquod & ſua flebant ſepulcra, quod crederent defuturum, qui defoderet humum, tumulumque componeret, ſed & pretioſas veſtes lautamque ſupellectilem; rati neminem fore, qui nudum operiret, aut nudus ipſe operiretur. Sue cuique mortis imago ante oculos obverſabatur, cumque imminentis exitii cogitatio, aut memoria incideret, atrox ſubibat gemitus: Heu! ajebant, ad qualem exitum vocamur, ſtupenteſque dicebant: papæ quale nobis paratur funus! Cuique ſuum hiabat cor, cum ſentiret terram dehiſcere, & collapſus eſt oris color, cum humum labantem cerneret.

Pavidi aſſurrexere reges & reginæ, depoſito ſuper cilicia diademate; inceſſebat nimirum cogitatio ſe ocyus non futuros, qui tunc erant; terram quisque prensabat, & invocabat Deum, quiſque ſublato clamore, ad preces convertebatur, & vota; & pugillum cinere implebat. Non fuit flebile carmen, quod non fuerit decantatum, & cum fletu deductum; Ipſi parietes, ciliciis ferali cinere conſperſis, affudere lacrymas; ſuaſque ſimul agglomeravit tenebras dies, turbato cœlo, & nubibus inhorreſcente aere, conglobataque liventibus nebulis atrâ ſpiſsâque caligine. Fragor fragorem pulſabat, occurſabat tonitrui tonitrus, fulgurationem fulguratio continuabat; Quare attoniti circumſpiciebant Orbem, rati mox ruiturum; flevere ſe mutuo, velut homines vitam ocyus cum morte commutaturi: fratrem quiſque ſuum lamentabatur, & ſuper dilectum ſuum ejulabat: ſodalem

quiſ-

quisque suum appellabat cupiens videre, quem amabat, ejusque supremo aspectu lumina satiare, satagensque, ut amborũ verba simul deficerent, & uterque simul ad inferna descenderet.

Jamque defluxerant constituti dies, ut omnes perinde atque præsentem interitum opperirentur. Cum vero præteriisset dies, quæ omnem sublatura spem, & iram completura dicebatur, cumque mox etiam decurrisset nox, post sex hebdomadas prima, perseverante adhuc luctu, sibi mutuo hæc obganniebant: qua hora, putas, patria nostra subvertetur? An credis ad posteræ diei vesperas ruituram, aut ad sequentis diei diluculum nostram ruinam dilatum iri? qua noctis vigilia, reris, nostras verberabit aures nostri vox acerbi doloris? Adeo vespere eodem urbem arbitrabantur casuram, stetit tamen cadente die. Ergo suspicari cœperunt, sequenti se nocte repentino terræ hjatu haustum iri. Nox tamen illa vivos reliquit. Certe antelucano tempore se perituros: transiere tenebræ, illis vita manebat: inde ruinam urbis diei diluculo affixam esse conjectabant; diluxit dies, simul vitæ servandæ spes major affulsit. Sic nempe vitæ incertos, & mortem in momenta expectantes, inexpectata salus debuit recreare. Intereà perstabant attoniti, sodalem quisque præsentem quasi absentem desiderabat. Ad quadraginta namque dies, continuis terra succussa motibus, subsultavit.

Inter hæc Jonas, qui se procul ab urbe seduxerat, suspicari cœpit, cassam omnino futuram prædictionem suam, eo magis quod cerneret terram subsedisse. Sic ubi spem omnem decessisse sibi, Ninivitæ opinabantur, signum remissionis accepere, illuxitque pene desperantibus Dei clementia, ut tali accepto indicio, jam de salute ambigere non possent, cum cernerent cessasse terræ motum, & fulgurationes ac tonitruos conticuisse. Quod quidem oculos, & aures mirificè recreabat. Quam bonus ille, qui ad Ninivitarum lacrymas respexit, & incolumes servavit! Cæterum etsi non occidit, acerbè torsit, quos spirantes mortem gustare coegit. Profecto eo senarum hebdomadarum spatio satius fuisset, mortuos jacuisse in tumulo, quam vitam vivere adeo ærumnosam, vita ipsis mansit, nil tamen ad mortem defuit viventibus præter sepulcrum. Occurrens frater fratri præsentem non agnoscebat, amicus amico obviam factus, adstantis vultum non discernebat. Non auris voces, non oculus imagines distinxit: dolor diuturnus homines in larvas mutaverat, fames corpora siccaverat, duraveratque in modum semjusti torris extincti, tabefacta vigiliis carne, cutis & ossium textum sola remanserant. Ergo dies, quem Jonas credidit Urbi su-

A bi ſupremum, eidem ſalutem retulit. Ut ſtatim evanuere nubes, & depulſa caligo eſt, iiſque diſcuſſis & diſſipatis, ſucceſſit tranquillitas, & refloruit ſpes, mortuaque civitas revixit.

Tum vero etſi id ægerrimè ferret Jonas, Ninive læta faciem mutavit. Intellexere nimirum omnes, certum eſſe ſalutis omen, conceſſam aëris ſerenitatem. Flexerunt genua ad orationes, expanderunt manus ſuas ad Cœlum; omne os dedit laudem,
B & omnis lingua gloriam illi, qui poſt correptionem ſalutem reſtituiſſet, pœnitentia placatus. Nos, dicebant, populum tuum lætificaſti, ex quo de pulvere populum tuum ſuſcitaſti; novam per te vivimus vitam; in manibus tuis invenimus iſta bona, quæ nobis obvenerunt; noſtram utique haudquaquam fefelliſti expectationem, quod hoc pacto
C à morte ad vitam nos tranſtuliſti. In manu tua reperimus clavem pœnitentiæ, poſtquam de theſauro tuo ſpes bona data eſt nobis. At tibi, Hebræe, quid profuiſſet, nos omnes periiſſe? Ecquem fructum, bone concionator, noſtro de pulvere collegiſſes? Tua quid interat, fili Mathai, noſtrum in tumulo ſilentiũ? Quid contra tibi officit, quod noſtra te pœnitentia illuſtrem reddidit, nobiſque viciſſim per te ſalus reddita eſt? quodve populus univerſus ſuam tibi incolumitatem refert acce-
D ptam? An piget, te noſtram ab interitu vindicaſſe Urbem? Et ex iſta acie diſceſſiſſe victorem? Nobis ſcilicet reſipiſcentibus, victoctoria penes te ſtetit, quamquam illud abunde tibi eſſe debet, quod reparator diceris, non auctor ruinę. Quid quod nec decet te, non magnopere gaudere, qui & Cœlitibus gaudium attuliſti. Cum lætatus fuerit Deus in Cœlo, quin tu læteris in Terris?

Cæterum hoc tu tibi magnificum & exi-
E mium duces, Deum ab hominibus cognoſci, & laudari, hoc te beare debet, Regẽ & populũ te Dei Prophetam agnoviſſe ac reveritos fuiſſe: ſed & noſtram, oramus, aſpice ſobolem, & quã ipſi ſervaſti vitam, precare diuturnam. Parvulos vides, iſti ſcilicet manere juſſi ſunt, quo nomen tuum à multis prædicaretur inpoſterum: bona apprecare Civitati, quæ per te tantum depulit malum, & caſtigata ruinam effu-
F git. Benedic, Jona, Patriæ noſtræ, tuum in omne ævum celebraturam nomen; & quoniã ſenas hebdomadas jejunus tranſegiſti, ſolve modo jejunium, & mœſtitiam remittito; lætare nobiſcum, fili Hebræorum. Feſtum hoc magnum eſt, cujus memoria in omnes ibit generationes, generatio generationi narrabit caſum noſtrum, noſtramque redintegrationem.

Hæc, hiſque plura Ninivitæ Jonæ memorabant; ad eum ſiquidem Populus confluxerat, quod extra urbis pomerium, ut dixi,

ſeceſſiſſet. Illic porrò Jonam audierunt diſceptantem, & Spiritum Sanctum in ipſo contra ipſum diſputantem. Duas ergo Jonas agebat perſonas Dei, atque ſuam. Audiit populus Prophetam de ſe ſuaque Scerura, atque de Domino ſuo ipſiuſque urbe verba facientem, & adverſùs iſtam cum ipſius Domino litigantem. Amborum ergo diſputantium voces uno ex ore prodibant. Euge Hebræe orator, qui duobus litigantibus cauſam oras utramque. Circumſtabat ingens hominum turba, quodque vernacula regionis lingua uteretur, Prophetam audierunt dolentem ſuæ ſceruræ interitum, ſibique propterea lethum optantem.

Jonæ reſpondit Spiritus Sanctus, qui ut ipſius ore contra ipſum pugnaret, ejuſdem lingua utebatur. Reſponſum circumſtans populus audivit, & Spiritum pro Civitate in hæc verba perorantem. Adeone, Jona, doles interitum karoæ ignobilis plantæ, pro qua ſerenda excolendave nullum ſubiiſti laborem? Quam ergo dies una protulit & ſuſtulit, vernantem vidit, & extinctam cum tanta urbe componito: ſceruraque docente, diſcito ſapientiam, & in vili frutice explora naturam Clementiæ. Karoæ tu me peperciſſe volebas, ego urbi parcere malo, poſtquam à te in civitatem pœnitentium converſa eſt. Euge qui umbracula figis, & diruis Urbes, & inutilem plantam curas, & angularem lapidem dejicis. Ubi te tua deſtituit æquitas Jona? Qui tugurium Urbe pluris habes, illud amas, hanc odiſti. Siccine karoam eſcam hominibus datam, edentibus præfers? Et eſculentum mox conſumendum Pœnitentibus tibi pretioſius eſt, caducaque folia hominibus ratione præditis ſunt cariora, ut ipſis eorumque liberis, ea anteponenda putes?

Audiere Ninivitæ, & unanimi concentu laudavere Deum, qui cauſam adjudicabat nocentibus, & pro ipſis certabat. Sic Spiritus Prophetam in advocatum mutavit, & actorem in patronum, ut idem reum in ipſa actione abſolveret etiam invitus; accuſatorem repulit, ut cives ſervaret. Jonas vero, ut Dei ſententia maneret, ſuam mutavit. Non contriſtantur probi improborum pœnitentia, nec Jonas peccatores reſipuiſſe doluit: ſed enim multum Prophetæ intererat, ut Civitas ſalutis ſuæ negocium minime ignoraret, ac opido inconſulte egiſſet, ſi tacitus rem ocioſe negligenterque diſſimulaſſet. Latet enimverò pœnitentes rerum ſuarum ſtatus, divinæque

A que indignationis proceſſus, & modus, quo per pœnitentiam revixerunt. Prophetavit Jonas, ut Juſtitiæ iram declararet: ſcerura moriens prædicavit Gratiæ erga peccatores indulgentiam. Et hæc quidem optime intellexit præſens populus, unde, ſublata voce, Deum laudavit pro iis, quæ auribus ſuis audiverat, & viderat oculis ſuis; auribus quidem Prophetam concionantem, & oculis virentem ſceruram. B viderunt in ſcerura ſignum præter naturam, plantam momento natam, & adultam, in ejus interitu majus aliquid intellexerunt, maximam videlicet Dei Clementiam.

Continuò Ninivitæ concionatorem filium Hebræorum peramanter complexi rapuerunt, ſuiſque elatum manibus in urbem regali pompâ introduxerunt, ubi in C regio collocatum ſolio flexis genibus illum venerati ſunt. Confluxere quicumque ſe peccaſſe dolebant, eique attulere munera, & decimas exſolverunt, & vota in præterita temporum acerbitate ſuſcepta. Obtulere pueri zonas, Juvenes torques, coronas, cingula & faſcias, adjecitque Rex ex regiis gazis magnifica dona, quibus benemerentem locupletiſſimè muneratus eſt. Quod reliquum D fuit, quum uno ore omnes omnia bona Jonæ dixiſſent, allataque dona & decimas Deo ſacras in præparata vehicula importaſſent, dedere etiam viæ comites, qui revertentem eo, unde venerat, honoris cauſa obſequerentur: Cum hac ſcilicet pompá planè regali fuit deductus Jonas, ſic ut filio Mathai omnia honoris officia exhibita fuerint, qualia filio Re- E gis præſtanda fuiſſent.

Piſcis Jonam in pelago vexerat, in terra regius currus. Sepultus aquis deſpectus jacuit, ut inde emerſit, magnificè exceptus eſt, cum per maris undas iter ageret; præivere piſces, inde in terram rejectus, equites habuit apparitores; ſcidit mare cum deſcenderet, etiam terram cum aſcenderet. Ejus præſentiam ſenſere maris piſces, ſenſere etiam homines in terra. Atrox tempeſtas miſcuit mare, in- F gens tumultus turbavit urbem. Freta intrantem, pertimuere terribiles belluæ; inde revertenti munitiſſima oppida præbuere tranſitum. Piſcis, qui miſſum ſub aquas deglutiit, immanis fuit; potentiſſimus fuit, qui illum ſuſcepit Rex inde remiſſum. Piſcis viam aperuit, Rex munivit. Cetum illo plenum piſces alias ſecuti fuerant, illius rhedam nunc ſtipabant equites.

Interim Rex Præfectos præcedere jussit, & viam mox ingressuro, diversoria præparare. Deus viam, qua fuerat ducendus, piscem docuit, quanto cum honore nunc deducendus esset, Rex ostendit. Par in itinere populorum in eum obsequium fuit, quacumque transiret, obvios habuit flexis genibus venerabundos. Acerrimum Oratorem reverebantur Reges, & honorabant, ejus scilicet oracula timebant. Illius conspectum expaverunt urbes, dum ab ejus ingressu sibi ruinam ominantur, quare omnes ubique illum summa cum reverentia excepere, Ninivitarum casu eruditæ; speculum nempe fuit Ninive, in quo justitiam totus Orbis didicerat.

Jamque sui populi fines Jonas attigerat, patriamque in prospectu habebat, cum Assyriis, qui illum eo usque secuti fuerant, valedicere statuit, eosque cum pace ad propria remittere; merito namque verebatur, ne multiplicem suorum Hebræorum idololatriam aspicientes, perversis illorum moribus imbuerentur, qui suos per pœnitentiam correxerant, atque à Judæis discerent male agere, qui ut ipsum hoc dediscerent, gentes reliquerant; nec immerito cavebat, ne quod curatum coaluerat ulcus, per eam occasionem refricaretur. Opidò quantum obest privati cujusque pravum exemplum, quanto igitur nocentiora esse oportet illorum exempla, qui aliis eminent sublimi gradu, & inde male agendo labuntur & peccant. Item si nocet peccator modestus & verecundus, quanto majorem perniciem parant, qui peccant, ut eos peccare non pudeat; qui cum ejusmodi impudentia nefaria perpetrant, vitiorum fermentum in alios vi quadam infundunt, ut eos sua consuetudine, & familiaritate pudorem tandem exuere cogant.

Jure igitur merito timuit Jonas, ne populus sceleratus, qui omnia corruperat, hospites etiam inficeret, & quos pios à Gentibus acceperat, impios & idololatras remitteret. Hærebat tamen, quod causam aperire nollet, & sine causa dimittere, erubescceret. Sin autem, re dissimulata, venire secum permitteret, vere metuebat, ne Chanaani nepotes in Hebræorũ terras introducti, filiis Abrahæ insultarent. Comitibus idcirco egit gratias, libavit oscula peramanter, sancte benedixit, multa sapienter disseruit, monita dedit suavissima, suasitque, ut reditum consulenti pro ratione obtemperarent; sin minus dimissionem pro gratia concederent petenti. Preces adjecit infimas, nec precantem reveriti sunt, obsecrationes interposuit, nec puduit eos negare, rationes produxit, nec quemquam flexit. Suprema admovit oscula, nec persuasit, ut recederent.

Cer-

ܟܡܪ ܠܗܠܝܢ ܕܥܡܢ * ܘܒܥܠ ܡܕܝ
ܟܠܝܢ * ܡܠܟ ܡܕܝ ܘܐܡܪ * ܟܡ
ܠܐ ܡܫܟܚ ܐܢܫ ܕܒܗ ܐܠ ܒܟ ܕܐ
ܗܠܝܢ ܕܐܡܪ ܠܗ ܟܠ ܟܡ ܕܐ *
ܡܠܟ ܡܕܝ ܘܐܡܪ ܠܗ ܟܠ ܟܡ ܕܐ
ܒܝ ܟܠ. * ܡܠܟ ܡܕܝ ܘܐܡܪ ܠܗ ܟܠ *
ܡܐ ܕܐ ܐܡܪ ܠܗ ܟܠ ܟܡ ܕܐ * ܡܠܟ
ܡܕܝ ܘ

qua in mari uſus fuerat, in continente adhibuit, & complevit: ſicut aſtu nautas perſuaſit, cum fugeret; ſic rationem, qua non movebatur, prætexuit, & Ninivitas flexit, quò ab ipſis ſe divideret.

Cauſas obtendit, compoſuitque inſuper artificia, ut Ninivitis diceret. Feſtum agitur hodie iu terris noſtris, nec advenis illuc intrare conceditur. Feſtum eſt filiorum populi, Gentilibus proinde interdictum: Feſtum eſt Circumciſorum, & Incircumciſis illuc pervadere non licet, cum ſitis pœnitentes, circumciſi non eſtis: violatur feſtum intemerandum Incircumciſorum præſentia. Abſcedite nunc non inviti, ſalvique & ſoſpites patriam repetite, redituri peracta hujus feſti celebritate: conſilio noſtro acquieſcite, admittite noſtras preces, petitionique noſtræ annuite.

Nec difficile fuit homines, ut erant ſimplices & ingenui, Prophetæ precibus remolliri, paſſique ſunt illum abire, acceptâ ante ab eo flexis genibus benedictione. Egrè ſane tulit Jonæ diſceſſum univerſa multitudo, ſeque, objecta ab illo feſti religione, à ſpe ſua dejectos fuiſſe, doluerunt. Neque vero Jonas tantum timuit, quod hoſpites in multis fefelliſſet, quantum timuerat, ne non obtemperarent, neque à ſententia diſcederent. Jamque ille longe aberat, ipſique Judææ fines, nec dum reliquerant, cum ſubijt cogitatio, editiſſimum montem, quam forte in proſpectu habebant, ſine mora conſcendere, & illuc terram, ad quam viſendam aſpiraverant, contemplari.

Superato itaque jugo, ad ſummum verticem evaſere, ut quoniam terræ promiſſionis ingreſſu prohibebantur, aſpectu certe minime fraudarentut. Inde ſubjectas Hebræorum ditiones circumluſtrare oculis, & conſiderare cœperunt, etſi contrario votis exitu: expaverunt, videlicet ſpectaculum opido horrendum, & attoniti hæſere ad horam, mentis vix compotes ſuæ: occurrebant nimirum aræ montibus, & editis quibuſque locis impoſitæ, luci nemoraque idolis ſacra, arbores turpiſſimarum libidinum umbracula, erecta in domorum veſtibulis ſimulacra, atque ſub exitum & introitum adorata. Nec idolorum numerum aſſequi facile erat, ſed nec vitiorum: videbant in tectis coli ſtatuas, ſed & libidines exerceri in hortis. Augures inſidere vias, & Incantatores per vicos, & fora vagari.

Rurſus in editiora loca ſubeuntes, obſervabant in ſolariis excitata altaria, & alios quidem ſaxum adorare, & alios malis dæmonibus libamina offerre; erant præterea ante oculos

oculos vituli, quos Jeroboam conflaverat, locaveratque alterum in Berſabee, & alterum in Dan. Iſti crematarum hoſtiarum nidore honorabantur, & libaminibus ac ſacrificiis; quando mortuorum vitulorum cultores ab ejuſdem generis beſtiis viventibus de ſcelere, & perfidia arguebantur; nihilominus coram iſtiuſmodi mera artis figmenta, unuſquiſque reverentiæ cauſa vertice terram quatiebat.

At nec deerant ibi avaritia, & comes nequitia & fraus, luxuria & ſoror ebrietas, laſcivia & conjux inceſtus, dolus & compar rapina, divinatio, & ſecretorum ejus particeps magia, Chaldaiſmus & pediſſequa auguratio, publica crimina & cognata privatorum peccata, oculis ſe ultro offerebant manifeſta incolarum flagitia; viri in proſtibulis frequentes; feminæ, mater cum filia, velut obtento laqueo, obſederant trivia. Tota mors ibi, totus ibi Diabolus, amicus mortis intimus. Principes nequiſſimi, & ſceleratiſſimi Judices, illorum avaritia ignis, iniquitas Gehenna, domicilia foveæ, voragines ædes: clibanus ſuccenſus fœnerator, debitor Diabolus, ſe invicem ambo torquentes, quo tandem ad ſempiterna tormenta ducerentur ambo: minores majorum numina reverebantur, & jurabant. Diviſere nefas cum gentibus, ut parte una iſtis relicta, ſibi novem, & nonaginta retinerent. Ecquis tot ſcelerum cenſum inire poſſet? Adeo increverat numerus, non tot perpetravere crimina Hædi filii ſiniſtræ.

Exhorruere tantæ nequitiæ conſpectum, quare ſe mutuò interrogabant, quid iſtuc? Num ſpectrum illius terræ promiſſionis ſomniantibus oblatum? Aut Sodoma ipſa videmus? Abrahami ne nepotes, an verius mali Dæmones nobis occurrêre? Homines ne cernimus, an ſub humana forma ſpiritus oculos fallunt? Jam dubitare licet, ut hùc noſtræ regionis perfidia commigraverit, & ſimulacra, quæ illic confregimus, hùc fuerint repoſita; perindeque ſuſpicari venit, ut aræ, quas illic disjecimus, alas ſumſerint, & perpeti volatu huc ſe demiſerint. At vero peſtis, quæ in terris noſtris ceſſavit, quomodo hìc avide concupiſcitur? Stella, quam ejuravimus, quomodo hìc adoratur? Auguria apud nos ſublata, hìc ampla obtinent fora; ex omnibus feneſtris ſe exerit, quæ nos deſeruit, idololatria? Signa Zodiaci, ut videtis, quæ nos abolevimus, iſti domorum foribus inciderunt. Petulantia, quam caſtigavimus, frontes iſtorum inſedit, & quam fugavimus, laſcivia in horum oculos invaſit, hanc pupillæ loquuntur & nares. Sol, quem trans fines illo-

illorum nullus vicinorum adorat, quomodo hic colitur? Vituli qui alibi despecti negliguntur, quomodo hic honoribus afficiuntur divinis? At vero, qui ajunt, propria patriæ vitia huc transmigrasse, observent, hic bene multa alia nefaria admitti, quæ nostris popularibus ignota sunt, & sine fine execrata. Flagitia hic notantur, nostris invisa terris.

Quadrifrontem Deum Micha invenit: Serpenti æneo nostrûm nemo libavit, aut divinos honores tribuit. Scilicet in populum hunc maledictio antiqui Serpentis incubuit, & merito quidem vivi Serpentis execrationi subjecti sunt, qui mortuo Serpenti libamina offerunt. Dæmoniis nunquam sacrificavimus natos, quos tamen hìc à parentibus cremari vidimus, pecora nostra in nostris sacris cæduntur, hìc & filiæ jugulantur; si populi hujus tales sunt Sospitatores, tales & mores, si tales leges, talia item & opera; quorum tales parentes, talis item & soboles. Populum, cui hæc finguntur numina, idolorum fabricatorem esse, consequens est. Siccine gens, cujus unus est Opifex, Deus, idola fingit, & pretio distrahit. Interim magna nomina jactant, quod filii sanctorum audiunt, sibique abunde esse putant, quod filii Jacob nuncupantur. Ex quo adscivere sibi nomina Justorum fatui se justos evasisse credunt. Illorum nomen fusum est per omnes gentes, postquam in omnia scelera diffluxere mores.

Filios justos se arbitrantur, quia censentur Abrahamo patre nati; & ajunt nomen Israel invocatur super nos, vana isthæc omnis nominum pompa est: sed & in hoc maxime sibi placent, quod circumcisi sunt, peccatores tamen sunt, & ipsorum acta parentem Abrahamum minime referunt, cum eos opidò magis delectet ejus nomen & circumcisio, quam pietas, fides. Quid? Quod & Sabbatum ipsis à Deo traditum pluris faciunt, quam Deum; Deum arguunt, si suas solvit leges, & legem legislatori imponere audent; ipsi itaque sine lege, & sub lege Deus. Majorem fecere legislatori legem, non ut legem observent, sed ut legislatorem sugillent. Despiciuntur Moyses, & Prophetæ, si cum Sacrificiis conferantur; sua sacra unice prædicant, hostiam offerentes superbiunt; hoc illis satis, qui in fumo gloriantur; hoc satis visum visu carentibus, si cæsarum bestiarum sanguine ac retrimentis turpentur. Victimam à Deo amari putant, plusquam puram veritatem, quam docuit.

Hæc

Hæc de Hebræis differebant inter
se pœnitentes Ninivitæ, adeo quantum
optaverant promissionis terram conspicere,
tantum ejus posteà conspectum abominati
sunt, quin & fugerunt; mirabantur scili-
cet Hebræorum, quæ videbant, scelera,
perinde ac si sua, quæ exuerant, vitia illi
induissent, & idololatriam, quam genti-
lis populus abjecerat, populus Deo exosus
collegissent. Accingere sodes, ajebant, ex-
cedamus hinc, ne forte cum perduelle po-
pulo eâdem involvamur noxa. In Ninive
spes ingens, hìc ingens timor. Nec teme-
re suspicari est, ut hæc regio casura sit
pro Ninive, quæ stetit, quamquam si ve-
ra fatemur, populus hic est avulsus & sub-
versus; populus utique non est ille quon-
dam formosus, postquam nostram induit
deformitatem. Jonæ vero memoria nostra-
tibus nunquam excidat, quibus salutem im-
pertiit, omniaque isthæc contulit benefi-
cia. Hæc loquuti, retrocedebant stupore ac
timore suffusi: discussere tamen utrumque,
beati, lætique viam ingressi sunt in pa-
triam redituri.

Intereà verò, dum secum singula, quæ
acciderant, distincte recolunt, insolito &
vero gaudio exultantes, sequens cecinê-
re carmen: Magnificemus Deum, qui
per populos gentiles Hebræum populum
confudit; Illius nomen prædicent in pri-
mis peccatores, quoniam justitiam ade-
pti sunt, immundi quicumque per pœni-
tentiam suas eluerunt sordes, novis hunc
amplificent laudibus, mœstis quicumque
agitabantur curis; postquam perturbatæ
mentis serenitatem consequuti sunt, pace
reddita, iracundi, impudici temperantiam
posthac amantes; largiter, & liberaliter
agere edocti avari: Intemperantes jejuniis
assuefacti: Ebriosi in potu tenere modum
admoniti: Rapaces facti benefici: Ho-
mines perditæ luxuriæ à libidinibus re-
vocati: Impudentes & perversi persuasi,
oportere intra limites Justorum se con-
tinere: recuperatoque cum ratione ju-
dicio fatui: Maledici, & obtrectatores
docti cohibere linguam, & bona verba
loqui. Deum adoret pupillus, nutrito-
rem nactus; & vidua, quam ille oppres-
sam, clamantemque exaudivit, & releva-
vit. Laudet mendicus, qui cartallum im-
plevit bonis; Agricola, qui, accedente
uberiori proventu, auxit juga boum; Ara-
tores item, & vinitores, etiam in suo
quisque opificio artifices. Deum magni-
ficent Reges, quod, re communi bene
constituta, Urbes, & regna pacaverit:
Milites magnis erepti periculis: Præfecti

ſuis reſtituti præfecturis, & recuperatis fortunis locupletes. Patres ob auctam ſuis ſpem liberis; liberi parentum aſpectu potiti; ſimplices parvuli productis vitæ ſpatiis: humeris circumgeſtati Infantes: Prægnantes ſalvo ventre, & prole ſervata: Novæ nuptæ cum lætitia in thalamos introductæ: Matres filiarum benedictionibus gaudentes. Deum præterea laudibus efferant Judices, quoniam non ſecundum judicia ſua fuerunt judicati. Optimum etiam glorificent duri exactores, quia exactum non eſt ab eis, quemadmodum ipſi exegere. Fœneratores, à quibus non eſt repetitum, quod jure debebant. Debitores, quia æris alieni Syngraphas delere licuit. Graſſatores, quoniam quæ ſeminaverant, non meſſuerunt; Prædones, quicumque in beneficos repente tranſierunt. Offenſor, & offenſus Deo gloriam tribuant, poſtquam ad concordiam ambo redierunt; injuriam, qui fecit, non retulit, & qui accepit, non repetiit; quique in privatis domibus terræ ſuccuſſionibus trepidaverant, poſuere metum; Arcium ſimiliter Præſidiarii incolumes ſervati, impetratoque longiori vitæ ſpatio: Ancillæ & ſervi ſoſpites, cum dura ſervitus ſepultorum libertate potior ſit. Lætata eſt Mater, quia unigenitum ſuum iterum adepta eſt. Omnes cujuſvis ætatis, & ſtatus laudem Deo dicant, læti ſe mortis faucibus modo ereptos, quodammodo revixiſſe.

Jam ſi Ninivitarum pœnitentiam cum noſtra conferamus, dico quod prius dixi, hæc umbra eſt. Qui ſibi veram ſtatuit pœnitentiam, ſemper timet, nec ſi aliqualis affulſerit ſpes, ſupplicii, quo ante affectus eſt, memoriam deponit. Servus, qui ab hero quotidie vapulat, præteritarum plagarum nunquam non meminit; quiſquis, amoto verbere, oblitus diſcuſſit metum, principio culpam dolet, in fine repetit, ad audendum quodlibet facinus projectus, ut qui ſibi perſuaſit nullum exinceps ſibi metuendum malum; vel Altiſſimum, quæ ipſius indulgentia eſt, ſcelera inpoſterum minime vindicaturum. Ninivitæ moniti, totum animum ad pœnitentiam ſtatim appulere. Omnes, ſuccuſſa continuis motibus urbe, ſub initium culpam confeſſi ſunt, & omnes in fine Deo laudem tribuerunt & gloriam, quod adinſtar fluctuantis navigii agitatam civitatem ſervaſſet; ipſa jumenta mutæque pecudes, nedum homines ratione præditi agnovere beneficium, quod tandem licuiſſet deponere mœſtitiæ ſaccum, & ad lætitiam candidis ſe ſtolis componere.

Sit

ܐ ܒܗ ܕܚܒ ܠܓܒܪ̈ܐ ܕܩܫܝ̈ܛܐ ܕܐܦ ܒܐܬܘܪ ܚܛ̈ܝܐ ܠܬܒ̈ܬܐ ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܠܗ ܠܐ ܐܬ̈ܐ ܐܢܐ ܠܡܐ ܐܫܬ̈ܟ ܐܕ̈ܢ̈ܝ ܕܐܡ ܠܐ ܐܫܬ̈ܟ ܐܕ̈ܢ̈ܝ ܐܡ̈ܪ ܠܟ ܒܓܠܝ ܐܘ ܒܪ̈ܡ ܐܡ̈ܪ ܠܟ ܕܒܨ̈ܝ ܐܢܬ ܠܡܫܬܐ ܚܟ̈ܡܬܐ ܐܝ ܠ

na ſpecie larvata incedit. In publico inſiſtit, reductoque velo, fronte aperta, ſua ſe conſpicuam offert in exedra, erubeſcit enimvero, quem tenet cœtum quoquo modo fallere: inditam ſibi Sapientia habet veritatem, ſpectabilis ac præſens interrogat, atque propriis modis ſua per ſe declarat, nam ſicunde fallere placeret, cuniculos quæreret, & latebras circumſpiceret, ſed quoniam veritas eſt, ut certe eſt, ejus vultus minime variat: & quidem ſi forte aliunde obſcura foret, eam latere minime dedeceret, ſed quia lux eſt, & ſtatim à ſuo exortu vim habet maximam, in publico, cuivis conſpicua, ſedet.

Hæc itaque ſapientia libere vobis ſe repræſentat. Vos interim videte, ut auditum afferatis minime impeditum, proniſque auribus auſcultetis locuturam. Res habeo viſu mirabiles, quas veſtris oculis proponam: Oro vos, ſapienter cernite, & dijudicate ſingulas cujuſque miraculi circumſtantias. De geſtis Chriſti, ſub aſpectum cadentibus unum afferam, cujus ſanè arcanum Fidei reſervatum vel ipſos Prophetas latet. Purgate mentis oculos, rem vere magnam ſpectaturi. Et poſtquam veritas explicuerit quod ſuum eſt, quod veſtrum eſt, ſi miraculum eſt, plaudite. Age jam prodîto in medium, Tu qui mortuus & putrefactus, nunc tumulo redivivus prodiiſti; Lazare accede, unde fiat manifeſtum & publicum, quod in te exhibitum fuit prodigium: ſcilicet ſub terram miſſus, & ſepultus, repente ſupra terram emicas, ligatus ambulas, compeditus ſaltas. Videat populus rerum novarum ſtudioſus, quod nunquam ſatis miretur. Ego ſane, ex quo meas pepulit aures vox illa ſuſcitatrix mortuorum, vix ipſe mihi conſto præ ſtupore. Eja igitur, cum ſumma admiratione factum ſummopere admirandum excipiamus. Unum Chriſti ſignum paucis exponam, quamquam nec uni ſufficiam, cum omnia ejus miracula omnem dicendi facultatem ſuperent, ſingula namque plane ſupra naturam ſunt.

Miſit Altiſſimus Filium, qui quidem paucos à morte ad vitam revocaret, paucorum tamen ſuſcitatione futuræ omnium mortalium reſurrectionis ſpecimen exhiberet. Dei itaque Filius omnipotens ad infirmum hominem ſe demiſit, lapſum relevaturus immortalitatis ſpe mortuis aliquando reddendæ. Ad ſubigendum ergo mortis caſtrum æterni regni Hæres miſſus ad nos deſcendit, illoque in poteſtatem redacto, ſua in eo fixit ſigna, & reportatæ victoriæ tropæa erexit. Duodecim Ducum opera, quos hujus expeditionis ſocios ſibi adſcivit, tenebra-

brarum urbem ſua amplitudine ſuperbam expugnavit. Obierat Lazarus, cadaver ſepultum jam fœtebat, in iſto poteſtatis ſuæ ſpecimen dare conſtituit, quo mortuorum Reſurrectionem, quam dicto affirmabat, evidenti facto teſtatam relinqueret. Nec enim priſcæ ætatis hominem quempiam ſuſcitandum ſibi propoſuit, ne generis, & parentum ejus ignoratio laqueum faceret præſentis temporis hominibus; qui ſi Sethum, vel Enoſum, aut ipſum generis humani auctorem ſuſcitaſſet, eos revixiſſe fortaſſe negarent, quos aliquando vixiſſe ignorabant. Uni ergo ex præſentis temporis hominibus mortuo vitam reddidit, cujus reſurrectionem notum parentis nomen, præſentium teſtium auctoritas, & ipſorummet cadaveris funeratorum teſtimonium, ratam exploratam, & indubitabilem efficerent.

Puellam è mortis faucibus retraxit, e manibus avulſit juvenem, Lazarum vero demiſſum in ejuſdem ſtomachum, hujuſque vi labefactum, & ad vitam revocavit, & ad priſtinam integritatem reduxit. Nec enim ea una cura fuit, iſtos, quos dixi, vita donare, ſed, facta iis poteſtate reſurgendi, tres mortuos velut obſides è ſepulcris ſuſtulit, quibus cum regionem mortis ingreſſus, illic vitæ vexillum erexit. Sic omne genus humanum afflictum futuræ Reſurrectionis ſpe relevavit, quam præſenti trium mortuorum teſtimonio ratam, ac certam faciebat. Ætates, ut perſonas diſtinxit Sapiens, tres in triplici ætate delegit, virum, puellam, & juvenem. Definito numero omnes generatim homines comprehendens, priſcæ ætatis, mediæ, atque infimæ, quo ſignificaret generalem omnium mortuorum reditum ab Adamo mortuo uſque ad poſtremum ex ejus ſobole moriturum, atque à vicini temporis Defunctorum reſtitutione, remotæ ætatis ſepultis fidem promiſſæ reſurrectionis redderet certiorem. In Lazaro primos, in Juvene medios in puella ultimos deſignavit, & ſimilem cunctis Reſurrectionem edixit.

Ergo cum præteriti temporis hominem, ut huic negotio minùs idoneum repuliſſet, Lazarum delegit, teſtemque apertæ reſurrectionis oppoſuit populo pertinaciſſimæ perfidiæ, Lazarum, inquam, Bethaniæ Civem, cujus, ut patria, ſic familia erat notiſſima, non ignotæ ſorores, & cognati præſentes; dies inſuper diſcrevit, quibus cęptus in ejus funere luctus erat acerbior, & uberiores amicorum lacrimæ, cumque jam per univerſam Synagogam, illam veritatis inimicam, facti fama percrebuiſſet, omniumque Judæorum aures de funere Lazari calerent, & ora loquerentur: cum fratri ſorores juſta perſolverent:

prius quam aut dolorem mitigaſſent dies, aut divulgatam mortis notitiam temporis intervallum obſcuraſſet, cumque ad relevandum ſororum de funere fratris mœrorem Judæi ultro citroque frequentiſſimi commearent, ac proinde nemo de ejuſdem obitu ambigeret, præſertim cum funerationis, ac ſepulturæ teſtes plurimi adeſſent, & cognatorum ac familiarium planctu ædes perſonarent; tum denique Reſurrectionis noſtræ auctor ſeſe oſtendit, ſuamque poteſtatem manifeſtare inſtituit, non quod, ut prius dictum eſt, ſua multum referret, Lazaro vitam reddere, ſed quod ſummopere fatageret, Reſurrectionis veritatem ratam teſtatamque relinquere. Reditum itaque omnibus ex hac vita migrantibus præmonſtravit, cum unius mortui reſurrectionem præmiſit, ut perinde videretur, vexillarium vitæ in mortis caſtrum impuliſſe. Quod autem adventum diſtulit, dum cadaver putreſceret, hoc fecit, ut fœtor mortem teſtaretur, & mortui excitatio generalis Reſurrectionis fidem aſtrueret. Trium dierum ſpatio per regiones mortis mortuus erravit integer, inde in corruptionis mare deſcendit. Mors illum per tres paraſangas circumduxit, & ad quartam in ima prolapſum irreparabilis caſus oppreſſit.

Suum Jeſus adventum protelavit ad terminum caſus, quod vellet lapſum ex imo cavernæ receſſu extrahere, & factam mortis in illum impreſſionem infringere. Abſtulit mors exanimem, & in ſepulcrum intulit, ibique abſumendum vermibus commiſit, ceſſitque. Tinea oſſa admordit, & tabes carnem labefecit. Mortuorum fretum mortuus ſubiit, & ſepultorum naufragio obrutus eſt: in Oceanum mortuorum provectus eſt, inibi ſilere juſſus. In profundum laci, in quo jacent datæ tineis predæ, compactus eſt, ut quos ibi tenebat mors, oritura ex ejus reditu ſpes Reſurrectionis exhilararet. Illum ſubmergi permiſit Jeſus, & mortis abyſſum contingere, ut vox eundem excitatura, illuc pervaderet, & Infernorum capita proculcaret. Illum mors è vitæ ſinu captivum abſtraxit, conjecitque in arcem munitiſſimam, obſeravit obfirmavitque portas, confidens, nec vi nec arte expugnandas. Jeſus autem reſtitit in loco, nec ultra proceſſit, dum tabus in cadaver influeret, ut conſpicuo & præſente teſtimonio convictus, nemo poſtea de ejus reſurrectione dubitaret. Factum, qui noverat, diſcipulis ſuis aperuit: *Lazarus*, ait, *amicus noſter mortuus eſt*. Quo abſens affirmavit mortui reſurrectionem mox ſecuturam, ſuam indicavit poteſtatem, quo eandem diſtulit uſque ad corruptionem cadaveris, peractæ reſurrectionis grande fuiſſe miraculum oſtendit.

Puel-

ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܐܢܐ ܕܠܐ ܗܘܝܬ ܬܡܢ ܘܚܕܐ ܡܢ ܐܢܫܐ ܕܐܬܐ ܠܗ ܠܒܝܬ ܐܒܘܗܝ ܘܐܦ ܒܬܘܒ ܐܬܗܦܟ ܠܗ ܠܒܪ ܡܢ

Apoſtolis ſuis dixit: *Lazarus amicus noſter mortuus eſt*; Perfidioſos nihilominus funeratores præſens interrogavit, *ubi poſuiſtis eum*? quo ab eis reſponſum ſepulturæ arriperet, antequam ad eum ſuſcitandum progrederetur; ſcilicet, quæ fuit ejus ſapientia, ipſos funeris curatores induxit coegitque fateri, Lazarum reapsè fuiſſe ſepultum, ut eo ad vocantis imperium reſurgente, reſurrectionis ejuſdem teſtes evaderent. Percontanti, ubi Lazarum poſuiſſent, reſponderunt: *veni, & vide*, jam vero ſuomet reſponſo tenebantur, ne à vero ad ineptias defluerent.

Non inde, ergo colliges Filium eſſe Patre minorem, quod de ſepulcro ſciſcitatus eſt, vel quod ad Lazari illacrymatus eſt funus. Carnis ſcilicet aſſumptionem teſtabatur cum fleret, ut cum ſudaret, & quidem verè flevit & ſudavit. Nec iſta Filium Patre minorem faciunt, qui perinde, ut Pater, mortuis imperat reſurrectionem. Flevit, ut carnem teſtaretur, mortuum excitavit, ut declararet poteſtatem: interrogavit, ut adverſarios convinceret, ut ſanctitatem ſuam manifeſtaret, oravit. Sed neque ejus ad tumulum oratio ejuſdem Genitore inferiorem arguit, quod etiam ex ejus verbis diſces, quod non ex neceſſitate oraverit. *Propter populum, qui circumſtat*, ait, *hæc dixi, ut credant, quia tu me miſiſti*. Curabat mentem populi auribus laborantis; ſciſſique palam in contraria ſtudia, pleriſque negantibus, eum eſſe Altiſſimi Filium, idcircò omnia opera ſua ad Patrem referebat, quo oſtenderet, non ex rapina eam in mortuos ſe exercere poteſtatem. Infima nihilominus in ſe ſuſcepit, ut qui ſapiebant, in minimis ejus caritatem ſuſpicerent.

Non hoc hujus loci argumentum eſt. Clara nitet veritas, nec noſtro indiget teſtimonio. Perfectus eſt Genitus, qualis & Genitor, admirabilis eſt Unigenitus, qualis & ille, a quo miſſus eſt, excitator mortuorum eſt qualis, & Pater ejus, quem mortuum flevit, vivum fecit. Plura de hoc arcano mihi dicenda recurrent, ſi tamen modo videam orationis noſtræ ſemen in auribus veſtris progerminaſſe. Quamquam etſi minus arridet vobis quod ſeritur, ſeminare non deſinam. At vos abſiſtite, quæſo, lapidum adinſtar ad audita ſtupere, aut ſimiles fieri vepretis, & publicis viis. Expurgatum Chriſti agrum accepiſtis, videte, ne repullulantibus ſpinis iterum obruatur; Crucis aratro proſciſſus eſt, nullis nullibi impeditur ſentibus: hunc quippe fundum excoluere benedicti à Deo Apoſtoli ferro cæſi & lapidibus obtriti. Filius Dei eo, quod paſsus eſt, inſtru-

ﻋﻘﻨﺎ ﺑﺤﻮﻩ ﺩﻫﺎ ﺩﺣﻮﻩ * ﺩﺣﺮﺍ A
ﻭﺣﺘﻮﻫﻮﻡ ﺑﻨﻬﺎ ﺩﺭﻣﺎ * ﻭﺍﻫﻠﺎ ﻣﺒﻮﻟﻰ
ﻭﻣﺪﻫﺎ ﺍﺣﻠﺒﻢ * ﻣﻊ ﺩﻛﻠﻜﻬﻮ
ﻭﺑﺮﻟﻤﺤﺎ . * ﻗﻮﻫﺒﻢ ﻫﻮﻣﻰ ﻟﻠﻜﻨﻮﺍ *
ﻭﺍﻣﺮ ﺩﻘﺤﺎ ﻫﻤﻪ ﻫﻮﻫ ﺩﺍﻓﺪﺍ *
ﻫﻬﻠﻬﺎ ﻭﻫﻠﻤﻬﺎ * ﻫﻨﺎ ﺩﻠﻤﻮﻫ
ﻫﻮﻫﻢ ﺍﻣﺎ . * ﻭﻠﻤﻢ ﺩﻘﺤﺎ ﻫﻘﻨﻮﺍ *
ﺩﻤﻬﻮﻫﻮﻡ ﻭﺑﺮﻟﻤﺤﺎ ﺩﻫﻤﻮﻫﻢ
* . ﻫﺪﺍ ﺑﺪﻠﻬﺎ * ﺩﺍﻭﻫﻠﺎ ﻫﻬﻠﻬﺎ B
ﻠﻤﻘﻨﻬﺎ ﻣﻊ ﺩﻬﺎ * ﻫﻘﻨﻬﻮ ﻣﻘﻠﻬﺎ
ﻭﻘﻨﻬﺎ ﻫﻘﻤﺤﺎ * ﻫﻮﻓﺎ ﻬﺎ ﻣﻘﻤﺮ ﺩﻬﺎ
ﺤﺎﻤﺪﺍ * ﻫﻬﺎ ﻘﻨﻬﺎ ﻫﻨﻬﻘﻨﺎ . * ﻫﻮ ﺩﻘﻨﺎ
ﻭﻠﺤﺪﻫﻮﻡ ﻭﻤﺪﺍ * ﺍﻨﻬﺎ ﻭﻫﻮﺍ ﻭﻤﻤﺎ *
ﻫﻘﻤﻰ ﻗﻢ ﻫﻘﻤﺤ ﺩﻤﺮ ﺤﻘﺒﻬ * ﻫﻬﺤ
ﻫﻘﻰ ﻫﻨﺪﺍ ﻭﻨﻤﻘﻤﺮ . * ﻫﻮﻓﺪﺍ
ﻘﻘﻠﻬﺎ ﻫﺤﻨﺤﻨﺎ * ﻬﻬ ﻫﻮﻠﻤﻬ ﻫﻠﻬﻬ
ﻫﻬ ﻫﻬﻬﻬ ﻫﻬﻬﻬ * ﻫﻬﻬﻬ ﻫﻬﻬﻬ C
ﻘﻘﻠﻬﺎ ﻫﻬﻬﻬ .
ﻫﻘﺒﻬ ﻫﻬﻬ ﻫﻬﻬﻬ ﺩﻤﺮ ﻫﻠﻬﻬ *
ﻫﻘﻰ ﻫﻘﻘﻬﻬ ﻭﻠﻠﻨﻮﻫ * ﻭﻘﻠﻬﺎ
ﻫﻬﻬﻨﺎ ﻭﻨﻤﻘﻬﺎ * ﻫﻘﻘﻨﻬﺎ ﻫﻬﻬﻬ
ﻫﻬﻬﻬ * ﻫﻬﻬﻬ ﻫﻬﻬﻬ ﻫﻬﻬﻬ *
ﻫﻬﻬﻬ ﻫﻬﻬﻬ . * ﻫﻬﻬﻬ ﻫﻬﻬﻬ ﻫﻬﻬﻬ *
ﻫﻬﻬﻬ ﻫﻬﻬﻬ ﻫﻬﻬﻬ * ﻫﻬﻬﻬ ﻫﻬﻬﻬ

filebat, injecto ori retinaculo impeditus, & A preſſus triſtis Inferni tumulo. Mortis compedes, & manicæ ſtringebant membra, cadaver in nativum pulverem ſolvebatur, afflabatque ſaniei fluentis fœtor quotquot aderant funeris curatores; ſorores flebant ſibi ereptum fratrem; taboque conſumptum etiam deploraverant; circumſtabat Judæorum turba, nam frequentes convenerant, mœſtas ſorores ſublevaturi, cum Jeſus ſubmoveri lapidem juſſit. Quod quidem ſapientiſſime providebatur, multum namque intererat, ut Judæis inſignis perfidiæ hominibus cederetur aperiendi ſepulcri cura, quo exhalans inde fœtor, eo obice remoto, corriperet propiores, & acrius percelleret, fiebatque, ut opere eodem, quo ſepulcrum aperiebant graveolentis odoris ſenſu caſtigarentur: atque inde ſequeretur, ut ſimul teſtem putrefactionis in ſuiſmet veſtibus geſtarent, ſimul C oculis ſpectarent reſurrectionis miraculum.

Cæterum, ut Salvator ſepulcrum acceſſit, ut Hormon tenebris involuta ſuis ſubito contremuit, & munitiſſimæ arcis labefactata mœnia nutarunt, turreſque ſuccuſſæ in ruinam incubuerunt, validiſſimæque diſſiliere vectes, ſeriſque perfractis, & patefactis portis interiora conclavia trepidarunt. Vox reſurrectionem imperantis, urbem quatiebat, concuſſaque mœnia inter ſe collide- D bantur. Catulus Leonis, Infernum inſulturus irrugiit, continuò mors expavit, afflavit Cervus formoſus anguem, ſuo in cubili jacentem atque fugavit, Cœleſtis Aquilæ vox Milvorum nidos perculit, & diſſipavit, ut audiit Mors inſuetam Vitæ vocem ſuas pulſantem fores, trepida feſtinavit ad ſolvendos, quos tenebat compeditos, laxatiſque clauſtris edixit, neminem ab exitu prohiberi. Deſcendit de gradu ſuo Altiſſimus, ut locum Vita conſcenderet, ac obti- E neret, Morti ademit in mortuos imperium, & Reſurrectioni tradidit, ut in illis regnaret. Cumque Mors metu perturbata fluctuaret anceps, utrum omnem Captivorum turbam dimitti oporteret, venit ad aures vox Jeſu: Non, *venite foras* dicentis, ſed, *veni foras*. *Lazare veni foras*, dixit: ad unum ſolummodo vox ferebatur mortuum, & ad omnes mortuos propagabatur, unum dumtaxat ſuſcitavit, ut per unum univerſis certa relinqueretur ſpes reditus, in die Judicii ſuum effectum habitura. F

Enim vero, ſi pro eo quod dixit *veni foras*, dixiſſet, venite foras, univerſus mortuorum populus Lazarum abeuntem ſecutus fuiſſet. Vox reditum imperantis, quem unum petebat, diſtinxit, ne illorum reſurrectio ultimum, in quem differebatur, diem, confuſa

A fusa temporum serie, præverteret. Reditum imperantis vox mortuum restituit, & relevavit prostratum, proprio illum nomine velut apprehensum segregavit, ut sine socio incomitatus prodiret. Saltus erat sepultis fartus, hunc adversus infremuit catulus Juda: fremitus in sylvam penetravit, unum discrevit, & extraxit. Mortuus revixit, & solutus doloribus inferni, vocantem secutus est. Flavit spiritus vitæ, eoque relevante, mortuus constitit in pedes, ut jam incedere liberum esset. *Lazare veni foras*, dixit: dictum peregit opus, ad dicentis imperium sepultus redivivus emicuit, sine mora vocem consecutus est mortui reditus. Spiritus suscitator mortuorum ex omnium defunctorum turba unum transtulit ad vitam, unum nempe afflavit. Exiliit è tumulo ligatus, compeditus ambulavit rectus ac trepidus; pedes namque ligatos habuisse indicat qui dixit: *Solvite eum, & sinite abire*. Vides non fuisse ante solutum, exiisse tamen, ligatum & institis involutum, nec tamen claudicasse. Scilicet, qui vitam impertiit, ac mortis vinculum solvit, institarum involucra non revolvit, ut manus, quæ antea extinctum, & mox sepulcro inferendum fasciaverant, quo postea fascias removebant, irridentium sannas comprimerent.

Hìc jam admiramini, Carissimi, Salvatoris Nostri opera, quæcumque enim egit, acta sunt propter nostram salutem: & perfecta sunt, atque absoluta, sicut jussit, qui Cœlo terræque dominatur, ipsi gloria, & ei, qui misit illum, & Spiritui Sancto laus & adoratio atque magnificentia, super nos autem infirmos, & peccatores sit misericordia ejus semper.

S. PATRIS NOSTRI

EPHRAEM SYRI
DE NATIVITATE DOMINI
SERMONES.

SERMO PRIMUS.

GRatiſſimus multoque jucundiſſimus accidit Regibus, Sacerdotibus, ac Prophetis hodiernus dies; ipſorum ſiquidem prædictiones re præſtitit, idemque confirmavit. Virgo Emmanuelem hodie in oppido Bethlehem peperit: Natus eſt igitur, qui Iſajæ vaticinium implevit: Natus eſt
Pſ. 86. 6. *qui in ſcripturis gentes numerabit*; & quod in Pſalmo David cecinit futurum, hic dies effectum dedit: & Micheæ oraculum eventus probavit, ex quo de Ephrata exiit Paſtor ſuo animas baculo recturus. Stellam ex Jacob orituram, & Principem ex Iſrael proditurum, Balaam prænunciabat; quæ ille præſagiebat futura, præſens dies repræſentat. Sic lux illa occultata diù, tandem emicuit, effulſitque ex humano corpore divina ejus claritas. Oriens, quem Zacharias naſciturum præſenſit, hodie in Bethlehem illuxit, & poſtquam in Ephrata affulſit venturi Regis jubar, Jacob bona, quæ precabatur, exhibita vidit. Hodie Filius natus eſt nobis, meritoque nomen illi inditum eſt *Admirabilis*; oſtentum ſiquidem omni admiratione dignum inde exhibebatur, unde Deus ſe exhibebat infantem. Et quidem Spiritus illum vermi ſimilem futurum prædixerat, quo ejuſdem conceptum citra operam viri tranſigendum inſinuaret; Symboli tamen hujus obſcuritatem ſuſtulit hodiernus
Iſ. 53. 2. dies, & myſterium declaravit. *Aſcendet*, prædixerat Propheta, *quaſi radix coram eo, radix de terra ſitienti*, obſcure dictum actum exhibet hic dies, & conſpicuum. Rex, quem in femore Judæ occultum Thamar deprehendit, & ſuffurata fuit, hoc die formæ dignitatem oſtendit, quam occultatæ divinitati magis congruentem ipſe delegit. Ruth accidit ad pedes Booz, docta ſibi paratum alexipharmacum vitæ in illo repoſitum: enimvero quod petebat, ipſi hodierna lux obtulit; ex ejus ſiquidem progenie natus eſt, cujus vi ac nutu cuncta vivunt.

Adam mulieri laborum, & dolorum cauſa fuit, matri damnum compenſavit filia Virgo, quo ipſi peperit Salvatorem; Evam genitricem genuit ingenitus vir, quanto credibilius videatur, filiam Evæ citra viri

viri operam gravidari potuiſſe? Terra virgo Adamum peperit protoplaſtum, terræ Dominum, Cœli Dominum Adamum hodie virgo parit. Virga Aaronis germinavit, refloruitque aridum lignum, myſterium declarat hodiernus dies proponens Virginei Uteri partum. Erubeſcat populus ille, qui Prophetas vera prædixiſſe aſſeverat, Salvatorem tamen veniſſe negat; nam ſi hunc veniſſe verum non eſt, falſa ſunt illorum oracula, fictæ fabulæ, & vera mendacia. Quin ergo laudemus illum veritatis vindicem, qui ad nos delapſus, Vatum prædictionibus effectum dedit, & auctoritatem aſſeruit. Laudabimus Te utique, Domine, ſi nobis de theſauris tuis, tuarumque ſcripturarum depoſito veterum Juſtorum ſeriem depromas, qui videre diem adventus tui ſuſpirarunt. Primus Seth, dum interfecto Abeli ſe ſubſtitutum conſiderat, Filium Dei occiſum, ſibi velut in imagine objectum, vidit, crediditque fore, ut ipſius nece introducta in Orbem per Cainum Invidia hebeſceret. Dolens Noë filios Dei à bono ſtirpis ſuæ repente degeneraſſe depravatæ voluntatis vitio, laſciviaque diffluxiſſe, & luxuria; ſuſpiravit ad ſanctum nepotem, qui impuros homines puris moribus imbueret. Gemini fratres Sem, & Japheth, dum Noë nudatum contegerent, Unigenitum Dei cogitabant, detractas Adamo veſtes redditurum; ſuperbia namque illum inebriaverat nudaveratque. Iidem infelicem hominum conditionem miſerari aſſueti, dum Chanaanis fratris ſortem plorarent, ſimul ſuſpectabant ad adventum pii Filii, a quo illum à peccati ſervitute liberandum ſperabant.

Nec dubium, quin Melchiſedech Pontificem expectaverit, cujus interim vices gerebat, præſciens ejuſdem hiſſopo Mundum dealbatum iri univerſum. Loth ſimiliter intuens, Sodomitas naturæ ordinem pervertiſſe, naturæ Dominum cogitabat venturum, quem noverat, ſanctitatem, quæ ſupra naturam eſt, hominibus communicaturum. Aaroni quoque ſimilem injecit cogitationem vidiſſe Serpentes baculo ſuo mirabiliter devoratos, intellexitque ſimili modo Cruce Domini venturi, abſorptum iri Draconem, Adami & Evæ voratorem. Miratus eſt Moyſes humi defixum æneum Serpentem Aſpidum ſanare morſus, inde ſperavit, ſibi aliquando adfuturum, qui Serpentis antiqui ictum medicaretur. Rurſus cogitans ſibi communicatam uni Dei claritatem, proſpectabat venturum qui non tot, quin plures ſuis inſtitutis efficeret deiformes. Caleb illæ terræ promiſſæ explorator in illo botro, quem in vecte ſuſpenſum geſtabat, vitem agnovit, ſuo

Mun-

Mundum liquore exhilaraturum, eundemque videre præsentem optavit. Optavit, & Jesus filius Nun; scilicet nominis, quod audiebat, notionem & vim discere volebat. Nam si ex ejus nomine tantum ipsi accesserat dignitatis, quantum ex ejusdem nativitate præsentiaque adfuturum speraret? Sed & cum terræ promissæ fructus colligeret, & auferret, nascituram vitæ arborem præscivit, sibique fieri copiam illius fructuum desideravit, unde vitam hauriunt quæcumque vivunt. Quin & Rahab meretricem ista præsagisse puto ex vitta coccinea, cujus signo communem patriæ cladem immunis evasit, proindeque ex eodem, quo servata est, mysterio veritatem prælibasse: eodemque Eliam exarsisse desiderio, & quoniam Dei Filium interris versantem videre non licuit, fidei ardore inflammatus studuit, eam sibi comparare puritatem, unde Cœlum conscendere, ibique illum contemplari mereretur. Sed & cum hominibus conversantem spectare datum fuit, Moyse pariter præsente, tunc quando mitissimus ex imis, & Zelotes è summis evocati Filium Dei in medio stantem præsentemque habuerunt. Nempe mysterium postremi ejusdem adventus repræsentare debebant, sic ut Moses vita functorum personam ageret, vivorum Elias: & illi quidem *resurgent primi* pro eo, quod mortem gustarunt, quicumque vero sepulti non fuerunt, postremi *obviam Christo rapientur*.

1. Thess. 4. 16.

Jam vero, quis mihi singulorum Justorum nomina revolvere sufficiat, quibus Filii Dei promissus adventus sui expectationem commovit? Ego sane, quæ mea tenuitas est, horum numerum non assequor: Orate ergo, Carissimi, ut, auctis Deo adjuvante viribus, illorum vobis præsagitiones alio sermone repræsentem. Interim, quis, putas, laudare posse pro merito natum nobis verum veri Dei Filium? Una mihi pro multis laus sit, illum, quotquot extitere justitiæ cultores videre suis temporibus natum, desideresse. Adam profecto ejus adventum suspiravit, non ignarus, eundem esse Cherubim Dominum, eique uni competere potestatem revocandi Paradiso ejectum ad umbram arboris vitæ: cupiebat utique Abel, illum sibi fieri ætate parem, & æqualem; multo siquidem jucundius fore præsensit, Agnum Dei videre, quam agnum Deo offerre. Hunc perinde diem opperiebatur Heva, cum feminis in maximam cederet ignominiam nuditas in publico posita, oculisque subjecta petulantis vulgi; nimirum præsciebat simul adfuturum, qui posset, detracto frondium tegumento, femineo sexui veterem, quam exuerat, gloriam refundere. Turris multorum arti-

ܚܕܐ ܚܕ ܡܠܐ ܘܡܢܗ ܐܦ ܫܪܝ ܒܗ ܡܠܐ ܕܐܬܐ ܡܢ ܪܘܡܐ ܘܥܬܝܕ ܠܡܥܒܕ ܕܟܪ ܠܗ ܒܪ ܐܢܫ ܘܒܪ ܐܢܫ ܠܐ

Prætereà quid aliud ſentiret Noë, poſtquam præſenti facto didicerat, Arcam ſolo ejus favore ædificatam fuiſſe atque perfectam, cujus enim umbra fuerat tanti cauſa boni, quanto majora putaret præſtituram ejuſdem præſentiam. Spiritu præſenſit Abrahamus ortum Filii Dei in annos rejectum, propterea- Jo: 8. 56. que pro ipſo videre *diem* ipſius *deſideravit*, *vidit & gaviſus eſt*. Simili perinde arſit cupiditate Iſaac, tum verò maxime, quando ab illo ſervatum ſe vidit, & vero ſi abſens, oblata ſui ſpecie, ei vitam vindicaverat, quanto magis ſibi credidit profuturum, ſi pro ſpecie rem ipſam exhibuiſſet.

Atqui ſi gaviſi ſunt Vigiles, Vigilem adveniſſe, qui nos mortifero ſopore oppreſſos ad ſalutarem vigiliam revocabat, hanc quis noctem non ducat inſomnem, in qua Mundus univerſus vigilat? Scilicet poſtquam primi hominis culpa veternum Mortis in Orbem noſtrum intravit, deſcendit inſomnis ille Oculus, & veteris noxæ ſopore ſepultos expergefecit. Atqui nec vigilare nos decet illorum more, quorum pectus fervet avaritia; ſiquidem & iſti ſomno vacuas exigunt noctes, vigiliæ tamen cauſa non eſt aggerendæ pecuniæ ſtudium, curaque ſupputandi fœnoris & capitis. Mentem experrectam ſibique conſtantem fur ſemper habet, ut ſomnum, defoſſa humo ſepultum, reliquiſſe videatur. Unus tamen vigilantis ſcopus eſt, ut dormientibus multas vigilias paret. Perindeque vigilat luxurioſus quiſque, vigilare cogit ingluvies, cibi potuſque exceſſu ſtomachum gravans. Vigilia intemperantiæ pœna eſt. Sic & negotiator ſomno oculos fraudat, dum digitos fatigat mnas numerãdo ſuas, aut fœneratæ pecuniæ ſubducendo rationes, utrũ in duplum triplumve exauctæ reveniant. Dives ille pernoctavit inſomnis, ſomnum diſcuſſit Mammona, ipſius Canes dormiunt, excubat ipſe, pecuniæ cuſtos factus ſuæ, vigilare ſuadent ſuſpectatæ furum inſidiæ. Vigilat negotioſus quilibet, quietem anxiæ ademere curæ. Finis vitæ in tergum incumbit, & inſtat ultimus dies, at ille pervigil ſeros meditatur annos. Diabolus, ordine perverſo, nos, Fratres, docet mutare vigilias: in bonis operibus ſtertere, vigilare in malis. Hoc Judas ille Iſcariota fecit, ſolidam noctem tranſegit inſomnem, quando ſanguinem vendebat inſontem, qui totum Mundum redemit. Filius ſiquidem tenebrarum, tenebras reſumſit & induit, poſtquam exuit, abjecitque Solem: Fur venundedit argento argenti opificem; hunc imitati Phariſæi noctis & ipſi proles, pernoctarunt vigiles; moliebantur nimirum lucifugæ, lucem, nullo definitam ſpatio, tenebris involvere. Vos autem, Fratres, Syderum

ܕܢܗܘܐ ܠܝܠܝܐ ܕܚܫܘܟܐ ܘܠܝܠܝܐ ܕܠܐ ܚܠܡ ܐܦ ܠܐ ܫܢܝܐ ܐܠܐ ܕܝܠܗ ܫܘܠܛܢܐ ܘܝܩܪܐ ܒܗ ܟܡܢ ܘܠܐ ܒܛܠ ܐܦ ܟܕ ܡܬܚܙܐ ܐܝܟ ܕܚܫܘܟܐ ܒܗ ܟܠ ܥܩܡܬܐ ܕܒܪ ܢܘܗܪܐ ܐܝܬ ܒܗ ܘܐܦ ܟܕ ܡܬܚܙܐ ܐܝܟ ܕܢܗܘܐ ܒܢܘܗܪܐ ܒܪ ܚܫܘܟ

Nox adeſt, quæ Univerſo pacem, & tranquillitatem reddit, quamobrem ægrè ſuſtinet iracundiâ tumidum, & horrentem minis. Hanc obtinet noctem Suavis, ſævitiem quiſque deponat & acerbitatem: obtinet Humilis, ſuperbiam comprimat unuſquiſque, & ſupercilium ſubmittat: Diluxit dies clementiæ, nemo ſibi factas perſequatur injurias, adeſt dies lætitiæ, nemo fiat alteri cauſa doloris & luctus. Dies eſt dulciſſimus, frænanda eſt ferocia; dies innubis & ſerenus eſt, compeſcenda eſt perturbatrix pacis iracundia. Die, quo Deus ad Peccatores ſe demiſit, pudeat Juſtum ſe ſuper peccatorem efferre. Die, quo rerum Dominus ad ſervos deſcendit, non pudeat herum caritate ſimili ad famulos ſuos ſe ſubmittere. Die, quo Dives pro nobis egenus factus eſt, non erubeſcant divites cum egentibus propriam communicare menſam. Hodie quod non poſtulavimus donum, ultro oblatum eſt, an æquum non ſit fratribus clamantibus, & rogantibus eleemoſynas non negare? Hic dies, qui Cœli januam noſtris orationibus reſeravit, fas ne ſit occludere fores petentibus injuriarum oblivionem, aut miſeriarum levamentum? Ille naturæ Dominus præter propriam naturam ſeſe mutavit; quid? num nobis arduum videatur, voluntatem noſtram mutare vitio depravatam? Propriæ naturæ conditione tenetur caro, ne major, aut minor fieri poſſit, poteſt tamen voluntas pro arbitrio ad quamlibet ſtaturam aſſurgere: propterea hodie in humana natura ſeipſa Divinitas impreſſit, ut, eo diſtincta ſigno, ad omne decus aſpiraret.

SERMO SECUNDUS.

LAuda Natum, qui Bethlehemum exhilaravit, lauda Infantem, qui naturam humanam juventuti reſtituit, lauda Frugem, quæ ad noſtram ſe ſubmiſit eſuriem, magnifica Liberalem, qui omnem noſtram inopiam repente ſuſtulit, & ſupplevit egeſtatem: Magnifica Pium, quem viſcera miſericordiæ ad curandam noſtram ægritudinem inclinarunt: Magnifica Fontem ad noſtram expiationem Cœlo demiſſum. Magnifica Dominum, qui Sabbatum implevit & ſolvit, lepram increpuit & fugavit, quem febris, ut vidit, fugit. Prædica Miſericordem, qui laborem noſtrum ſuſcepit. Prædica Salvatoris adventum humano generi ſalutarem. Agnoſce gratiam ejus, qui per Unigenitum ſuum nos extorres invi-

A inviſit, agnoſce gratiam ejus, qui in ſuo beatus ſilentio per vocem ſuam nos eſt allocutus. Etiam prędicamus Naturam illam excellẽtem atque præſtantem, quæ per carnem manifeſtata oculis noſtris aſpectabilem ſe fecit. Ipsam prædicamus ab omni concretione ſejunctam, cui placuit ſibi corpus adjungere, per quod divinam vim ſuam exereret, ſuæque miſericordiæ actus circa eodem concreta limo corpora explicaret. Ita prædicamus illum abditum, ſuaque caligine circumſeptum, cujus Unigenitus nobis manifeſtum ſe præbuit noſtriſque ſenſibus conſpicuum, illumque magnificamus vita præditum ſempiterna, cujus Filius mortem ſponte ſuſcepit, & amplificamus illum ingenua naturæ ſuæ virtute magnum, cujus Filio placuit deſcendere, & magnitudinem ſuam breves intra limites contrahere. Admiramur unam æternam ac inexplicabilem vim, ac poteſtatem, quæ Majeſtatis ſuæ imaginem, abditæque naturæ ſuæ ſpeciem formavit, oculoque ſubjecit, & menti; nobiſque utroque ſenſu cernendam propoſuit. Et prædicamus ſubſtantiam longe remotam à noſtris ſenſibus, quam tametſi nec animi mente licet comprehendere, ipſius numen inveſtigare volentibus; pro ſua tamen bonitate hominum manibus attrectandam ſe præbuit: ſcilicet, quam nemo unquam attigit, dedit manus ac pedes vinculis inferendas, confixa eſt, & ſuſpenſa; ſua nempe voluntate ſe dedidit, & apprehendere volentibus ſe corporavit. Ergo fatere gratiam ejus, quem volentem publica poteſtas in crucem egit, quem annuentem lignum portavit, quem ſepulcrum clauſit, & eo, quem ipſe fixit, limite circumſcripſit: Teſtare beneficium ejus, quem ſua voluntas ad uterum & nativitatem, ad ulnas & adoleſcentiam deduxit. Lauda commercia, quibus humana natura vitam adepta eſt.

Agnoſcamus gratiam ejus, qui animam noſtram ſignavit, & ornavit, ſibique deſpondit, noſtrumque corpus occultæ Majeſtati ſuæ ædem ſacravit. Magnificemus illius vocem, cujus laudibus cithara noſtra reſonat, & divina vis cinara celebratur noſtra. Conſpirarunt in unum Gentes, & uno agmine ad audiendam hymnorum ejus modulationem confluxerunt. Glorificate Boni Filium, quem filii hominum contemſere. Glorificate Filium Juſti, quem cruci affixerunt filii iniquitatis. Glorificate illum, qui vincula noſtra ſolvit, & induit: Magnificate Fidejuſſorem, qui ſatiſdedit & ipſe exſolvit: Magnificate Pulchrum, qui ad ſuam imaginem nos reformavit: Magnificate Purum, qui noſtras ſordes diſſimulavit. Laudate Clarum, qui lucem ſuam tenebris inſeruit, & denſa caligine texit, & occultata majeſtate nobis allitas ſor-

des eluit, & ignominiæ pariter indumenta detraxit. Glorificate Altissimum, qui salem suum mentibus nostris immiscuit, nostramque animam suo imbuit fermento. Corpus ejus panis factus est, ut naturam mortalem ad immortalitatem traduceret. Habeto gratiam Diviti, qui pro nobis exsolvit, quod non est fœneratus, & pro nobis se scripsit, constituitque debitorem. Servitutis jugo se ipse submisit, fregitque vincula, quibus ille, qui nos captivos fecerat, strictos tenebat. Lauda Judicem, qui dum judicium subire non recusat, duodecim discipulos suos judices Tribuum instituit, ejusque populi doctos indoctorum sententia condemnavit; Lauda quod vides, & quod non vides totum, infinitum nobisque immensum: parvum quippe cor nostrum est, mens nostra imbecillis est, inopes sumus, divitiarum sapientiæ, & judiciorum ejus altitudo huc illuc vagari nos cogit. Prædica oculum cuncta cernentem, cui grave non fuit obvios quosque sciscitari, & ab ipsis doceri, quæ non ignorabat; satagebat nimirum inductæ quæstioni respondentibus, sapientiæ suæ opes refundere. Adoremus Doctorem, qui mentes nostras suis præceptis velut infuso lumine collustravit, perque aures nostras suis oraculis viam aperuit. Fateamur beneficum, qui germen suum arbori nostræ insevit: gratiam habeamus ei, qui suum hæredem ad nos allegavit, ut per ipsum nos ad se traheret, ejusque hæreditatem nobiscum communicaret. Prædicemus illum Bonum, ex quo omne bonum diffunditur, laudemus eum, qui non animadvertit, quia benignus est & clemens, nec tamen dissimulavit, quia justus est.

Rursus laudemus eum, qui tacuit, & increpuit, ut hominum saluti utroque modo consuleret, severa est dissimulatio ejus, severitas ejus lenis est, etiam cum arguit; proditorem reprehendit, & latronem exosculatus est. Occultum animi nostri cultorem magnificemus, semen ejus in terram nostram cecidit, & fœcundavit ditavitque mentem nostram, proventus in centuplum exauctus in horreum nostrum illatus est. Adoremus eum, qui sedit & quievit, viam trivit, & in via via fuit, atque janua regnum ineuntibus sempiternum. Prædicemus Pastorem, qui ad Sacrificium expiationis nostræ agnum se fecit. Prædicemus botrum, qui expressus calicem salutis nostræ suo liquore replevit, laudemus fontem, unde fluxit salutis potus. Satorem magnificemus, qui idem frumentum se dedit, & satum est, manipulum, & demessus est. Laudemus Fabrum eundemque nostræ salutis arcem, & perfugium: Prædicemus eum, qui sensus animi nostri compegit, ut nostra canerentur cithara, quæ avium cantus exprimere non potuit, qui cum cerneret

ret homines jumentis inſipientibus ſimiles factos, eorum iras, & impetum imitari, deſcendit & factus eſt unus ex nobis, ut nos Cælitibus inſereret. Lauda laudis non indigem noſtræ, qui eget, quia nos diligit, ſitit, quia nos amat, & petit dari ſibi, & expectat donum, ut pro ſua beneficentia & liberalitate refundat datum. Germen ejus noſtræ eſt immiſtum naturæ, ut per ipſum ipſi copularemur ei, qui eum ad nos demiſit, & divinæ radicis germine, velut recepto ſurculo in divinam arborem tranſiremus. Illi teſtare gratiam, qui flagellis cæſus vitam nobis refudit: & ſpinis coronatus ſuſtulit maledictum; qui ſua morte mortem noſtram deſtruxit; ſuoque ſilentio cauſam noſtram peroravit; increpuitque, quæ nos hauſerat, mortalitatem. Iterum illum magnifica, cujus auxilia partem ſiniſtram depopulata ſunt, qui ſuis vigiliis Tyrannum veterno oppreſſit; noſque funeſto ſopore merſos ſuo excitavit ſomno, & languentem naturam morbo relevavit: qui merſus aquis, quod nos ſuffocaverat, peccatum in profundum traxit & ſuffocavit. Cui omnia ſerviunt, omnium ora laudem dicant. Lauda Medicum, qui ad ægrum deſcendit, & carnem ſecuit, citra dolorem tamen, ſanavit ulcera medicamine tamen minime acri. Filium nempe ſuum noſtrorum morborum medicinam fecit, ſolitus ſemper miſeris & peccantibus patris affectionem tribuere. Lauda eum, qui in Utero Virginis jacuit, & in eo ædificavit ſibi regiam ac templum, veſtemque indidem, qua ſplendide ornaretur, ſibi concinnavit, & quibus hoſtes debellaret, paravit arma. Lauda cujus laudes noſtram in dicendo facultatem omnem ſuperant; ejus ſiquidem donum cujusvis Oratoris facundiam ſua magnitudine prævertit, nec quiſquam ſenſu intelligentiaque præditus ejus munificentiam aſſequitur, ut eam explicare ſufficiat; adeo quantumlibet de illo dixeris, minimum eſt.

Sed quoniam citra injuriam tacere non licet quantulumcumque laudis canticum ora tibi modulantur infirma. Bone, qui ad reddendum non cogis impotentes; quale mihi ſervo tuo judicium imminet de capite, & de fœnore, quoniam neglexi redhibere, quæ poteram, & quæ noveram me debere, negavi! Pelagus es, in quod omnes confluunt laudes, nec ſuffragio indiges noſtro, ſuſcipe tamen, precor, minimum quod beneficentiæ tuæ reddo teſtimonium, tua nempe dona meam linguam ad tuas laudes fecere diſertam.

SERMO TERTIUS.

DES nobis hanc, Domine, gratiam, ut illum primum Natalem tuum celebremus, in quo præsentis festi signabatur solemnitas. Dies tua tibi similis est, homines amat, idcirco ad ipsos continuata temporum serie traducitur, & cum singulis redit annis; dies est, quæ cum Senibus consenuit, & occidit, & denuo cum parvulis renovatur & oritur. Dies, quæ sua se caritate instaurat, nostra nos senectute exuit. Quæ nos olim invisit, transiit & abijt, eadem pro sua benignitate iterum nos revisit; novit enim naturam humanam ipsius præsentia carere non posse; tibi usquequaque similis, perditum genus nostrum quærit. Mundus à suo fonte abesse non sustinet, ideo, ut Te, Domine, sic diem Natalem tuum universus Orbis sitit. Dies est, quæ omnibus tempestatibus imperitat, diei nempe tuæ imperium idem est, quod tuum, præterita & futura continens sæcula, una est, se tamen in plures propagat, & multiplicat, tuam nempe affectat similitudinem. Et quoniam in die tua, Domine, nobis præsente, præteritum natalem tuum intuemur, tui, precor, tuus sit similis dies, interpres & sequester pacis; ille siquidem Cœlum, ac Terram pacavit, quando Summus ad imos descendit. Potest dies tua illum Justum, aliunde nobis nostras ob noxas iratum, reddere placatum; eadem namque sexcenta remisit delicta, tunc, quando diluxit tua delinquentibus misericordia. Magna dies tua est, Domine, ne suam, oro, magnitudinem abjiciat, ut nostram stultitiam miserari desinat, & suos incipiat mutare mores. Et vero, si quolibet die tua diffunditur liberalitas, quanto latius hoc die eandem exundare par est? Omnes anni dies de thesauro hujus illustris diei tuæ sua hausere decora, & solennitates quæque ab hujus festi magnificentia suam dignitatem & ornamentum fœnerantur, quin ergo nobis in illo impertiris eas misericordiæ tuæ opes, unde hodiernam ab omnibus diebus lucem discernamus. Et quoniam Natalitiorum tuorum opulentissimum est ærarium, idem, quæso, commune æs alienum exsolvat. Magnus, inquam, hic dies est, suaque amplitudine omnes antecellit dies, quo misericordem Deum repræsentat ad hominem peccatorem se submittentem. Myrothæca est, ex qua sydus pharmacum salutis ferens ægris affulsit. Benedictus dies est, qui nobis per cæcam noctem errantibus Solem retulit, sed & divinum nobis manipulum advexit, quo rerum omnium copiam cõparavit, uvæque præcocis simul obtulit racemum,

ܕܢܗܒ ܠܢ ܡܪܝ ܗܕܐ ܛܝܒܘܬܐ ܕܢܥܒܕ ܠܗ ܒܗ ܕܝܢܐ ܕܥܝܕܐ ܗܢܐ ܕܡܬܬܟܪ ܒܗ ܙܒܢܗ

mum, occultum ſalutis continentem pocu-
lum: Solemnitas quippe prima eſt, quæ om-
nium ſolennitatum primitias, & decimas
perſolvit. Sub hyemem, quæ pomariis poma
diripit, ſterilis vitis divino pubeſcit fœtu,
ſub frigida tempeſtate, quæ omnium arbo-
rum decuſſit ornatum, germen de Jeſſæa ſtir-
pe ſe nobis erupit: Menſe Decembri, qui ſe-
mina terræ commiſſa tegit, de Virginis Ute-
ro ſpica ſalutis extitit: Vere novo, in quo
herbeſcunt ſata & fundunt frugem, ſeritur
divinus ille manipulus, terræque committi-
tur, quem olim demetet mors, voratumque
demittet in Infernum, quem tamen ipſa,
quam hauriet, vitalis medicina diſrumpet.
Vere novo quando in campis Agnelli vagan-
tur, Uterum Virginis ingreditur, qui poſtea
fluvium ingreſſus, peracto baptiſmo, piſcatores
inde egreſſos cepit, res quippe omnes in ſe
reciprocat & reducit. Hominum piſcator ſu-
biens Fluvium, in quo Simon ſuos capta-
bat piſces, eundem venatus eſt: poſt etiam
Crucem, quæ prenſat latrones, ut latronem
ad vitam prehenderet, compoſuit. Idem in-
genua naturæ ſuæ virtute vivens mortuus eſt,
ſuaque morte Infernum vacuavit, apertoque
vaſto hiatu, integras inde turmas avolare juſ-
ſit. Publicanos, & Meretrices infames la-
queos è cubili fraudulenti venatoris Sanctus
avulſit: Peccatricem, tenſum viris laqueum,
feminis pœnitentibus in ſpeculum vertit;
prohibuitque, ne Zacchæo Sycomorus ficus
daret, ut ipſum daret, nativos non tulit
fructus, ut nobiliorem ferret frugem, mente
& ratione præditam. Suam Dominus ſitim
ſecus puteum obtendit, & aquis, quas mu-
lier petebat, venatus eſt ſitientem. Femi-
nam unam ad fontem cepit, mox etiam
univerſam prehendit civitatem. Duodecim
piſcatores Sanctus cepit, poſt etiam ipſo-
rum opera totum venatus eſt Orbem. Is-
cariota, qui retibus dilapſus fugit, fugien-
tem laqueus excepit, & ſtrangulavit; ſci-
licet, quæ ille texit retia, captis impertiuntur
vitam, capit, ut ſervet, quiſquis ergo illa
fugit, vitam fugit.

Quis mihi referat, quas in te ipſe re-
condis opes, quiſve dabit ſitienti de fonte
divinitatis haurire laticem, aut guttam lam-
bere. Interim quas audis ſuſcipe, quæſo, pre-
ces, & præſta nobis opere complere, quæ
ore poſtulamus. Quotieſcumque nobis tuum
adfuerit feſtum, ſine curis jubeto nos eſſe,
præceptor mi. Tua hæc ſolennitas rumo-
res extinguat, qui aures nuper pepulere
noſtras: quæ enim aures perculere voces,
mentem perturbarunt. O vox Patris voces
compeſcito, horrificis ſtridet Orbis clamori-
bus, tumultuantem comprimito eodem, quo

Maris

Maris procellas ſedaſti, nutu. Lætati ſunt Dæmones, voces cum audirent impias; nobis contra pſallentibus læti, ut ſolent, precor, admodulentur Vigiles. Caulæ tuæ flebili reſonant clamore, tu qui homines beas, Oves, quæſo, ſolare tuas, ne nos luctus iſte, mœrore conficiat: Os nempe clamat & vociferatur, ſua recogitans ſcelera. Dies tua, Domine, cuncta nobis proferat gaudia, ut pacis coronati floribus, Paſcha tuum celebremus: die autem aſcenſus tui alta petamus, quando cum pane novo ejuſdem renovabitur memoria. Domine auge nobis pacem, ut, cumulata nobis lætitia, tria Divinitatis feſta peragamus: venerabilis eſt, Domine, dies tuus, ne nobis, quæſo, vertatur in probrum. Natalitia tua venerantur omnes, Juſte, hanc venerationem ſuſtine, nam & ſuum Herodes conſuevit celebrare natalem diem. Impudentis puellæ Tyranno placuere choreæ, tibi, Domine, candidarum animarum voces, quibus placatus illarum, oro, corpora ſancte cuſtodias. Herodis dies ipſum referebat, tuus te quoque dies: turbulenti regis dies ſcelere turbatus eſt, placidus ac tranquillus eſt, ut tu, ſic dies tuus: dies feſtus Tyranni veritatis præconem ſuſtulit, tuus ad tuam gloriam prædicandam excitat univerſos. Sub die parricidæ conticuit vox, voces ſub diem tuum reſonant. Impurus ille in ſuis natalitiis lucernam extinxit, ut adulteros occultaret nox: Tempus Sancti accendit lampades & diſpoſuit, quæ tenebras, tenebriſque amica flagitia diſſiparent. Dies illius Uulpis qualis ipſe olidæ carnis putorem exhalabat, veri Agni ſolennitas ſpirat ſanctitatem. Dies hominis labentis, ut ipſe, elapſa eſt, dies tua qualis ipſe, ſempiternum manebit. Tyranni dies, ut ipſe, rabida canis, vocem juſtam corripuit & extinxit. Manſueti ſolennitas qualis ipſe, mitis & miſericors eſt, quæ ſolem ſuum oriri facit ſuper perſecutores ſuos. Novit Tyrannus ſe regem non eſſe, Regi regum locum ceſſit. Solidus profecto dies breve mihi ſpatium ſit, decora tua cum ejus probris compenſanti; quamquam nec id tentaſſe licuit, ideo dies, oro, tua meam purget ſtultitiam, quod nefaſto diei fauſtiſſimum Natalem tuum componere voluerim. Dies tua plane incomparabilis eſt, nec illam cum noſtris quantislibet conferre fas eſt, hominis dies humana, Dei dies divina eſt. Prophetarum diebus tuus excellit, ego autem Parricidæ diem cum eodem compoſui. At tu, cui patent omnia, noſti quo tendant, quas inſtituimus comparationes. Dies tuus nobis vitam, quam petimus, afferat, quoniam tyranni dies mortem, quæ petebatur, attulit. Rex egentiſſimus ſolenni ſibi

ﻟﻪ

ܠܐ ܢܣܒ ܘܦܬܚ ܠܟ ܒܝܕ ܡܬܩܒܠ ܠܟ ܒܥܐ ܕܢܗܘܐ ܠܟ ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܠܟ ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܠܟ ܐܝܟ ܕܐܡܪ

exitii cauſa fuerat lignum, fieret idem ſalutis origo; & Vinum, quod inſanos, & petulantes nos facere ſolebat, ſanos, & caſtos efficeret. Coſtam ſimiliter è latere Adæ à Deo extractam, Diabolus rapuit, eripuitque Adæ per coſtam cor: atqui ex illa coſta divina vis ſeſe tandem erupit, atque Satanam concidit & proſtravit; ſic olim velut rei futuræ umbra Dagonem Arca proſtravit, codicem nempe ferebat venturi triumphatoris præconem. Ubi aliud adhuc obſerva myſterium in eo, quod Dagon intra propria præſidia opprimitur, Symbolo, quæ ſecuta ſunt, facta reſpondent, Diabolus in eo, cui confidebat, loco profligatus fuit. Benedicito ei, qui ſuo adventu ſiniſtra dexteraque ſigna futuri, congruente ſingulis exitu, comprobavit; adumbratum namque in Agno futurum Sacramentum ipſe in ſe complevit, idemque repræſentatum in Dagone Diaboli caſum exhibuit. Lauda illum, qui per verum Agnum nos lapſos relevavit, noſtræque prolapſionis autorem Dagonis ruina involvit. December, qui noctis ſpatia provehit, advexit nobis diem nullis definitum ſpatiis: Hyems, quæ Terram quaſi triſtitia quadam contrahit, prodidit pulchritudinem, quæ Mundum univerſum exhilaravit. Tempore hyberno, quo Terra parere intermittit, Virginitas parere didicit. December, qui Terræ conceptus cohibet, partum Virginis protulit. Agnos novellos paſtores vident primi, veri Agni ortum paſtores primi ſibi cælitus nunciatum agnovere. Lupus ille ſenex Agnellum ubera ſugentem vidit, & extimuit vel ſuam diſſimulantem formam; ſcilicet poſtquam Lupus ovilla ſe pelle texit, omnium paſtor factus eſt unus de grege agnus, ſic ipſe diſponebat, ut à rabido illo hominum helluone agnus manſuetus voraretur, & viciſſim ipſe vorantem ſua virtute diſrumperet. Sanctus in utero corporaliter habitavit, in mente nunc ſpiritaliter habitat: ſi Maria, quæ illum concepit, nuptias averſata eſt, caveat, quæ ab illo inhabitatur Anima ſcortationem: Maria illius adventum præſenſit, & ſponſi thalamos dimiſit, ecce in caſtis animabus habitat, ſi tamen ſenſere præſentem. Non ſentit ſurdus horrificum tonitrui fragorem, nec legis vocem protervus peccator, nec tonitrua perturbant ſurdos, nec audaces monitoris voces: ſi ſurdum horrendus nubis fragor concuſſerit, Impurum tremenda ira commovebit. Atqui ſurdus culpandus non eſt, quod non audierit, qui autem audierit, & contemſit temerarius, & audax

A audax fuit. Tonitrua quandoque ciuntur, Legis vox quotidie tonat, ne, quæso, aures obstruamus, quando patentes nos accusant fores, quas claudere natura negat, ostium namque auditus apertum illa manere jussit, si qua vis inferatur, nos de injuria postulabit. Oris & vocis ostia voluntas recludit & claudit, hoc illa voluntati concessit. At si bona, quæ largitur Bonus videmus, audiamus etiam grandia verba, B quæ loquitur & cogitemus, quam opidò indecorum est, Deo loquenti surdas præbere aures.

Tu vero lauda vocem, quæ se corporavit, & Verbum Altissimi, quod Caro factum est, vosque nostri membra corporis atque sensus gratias agnoscite & habetote ei, cujus adventu tota hominis compago usquequaque revixit. Gestabat Maria Parvulum infantem, C scientiam, qua omnibus linguis fari potuisset, dissimulantem, eundem ulnis vehebat Joseph abditam introrsum habentem naturam antiquam cuncta præcedentem. Summus parvo similem se fecit, sapientiæ & scientiæ divitias Mundo suffecturas occultans. Altissimus Mariæ lacte alebatur, cum ab ejusdem profusa liberalitate Mundus lactaretur universus. Uber idem est vivificus, atque vitalis spiritus, D inde vitam suxere mortui & revixerunt, sicut Aër spiritu ductus alit, & sustentat omnes animantes, sic homines sicubi Filii spiritu destituantur interire necesse est, cuncta nimirum spiritu ejus vivisount & vegetantur, & ab ipso suspensi pendent omnes spiritus supremi & infimi. Cum ergo Maria lac ipsi præberet, præbebat ipse cunctis viventibus vitam, cumque in sinu Matris jaceret, jacebat in ejus sinu Mundus. E Cum pro Infantium conditione taceret, rebus universis & singulis, quæcumque decreverat, exequenda mandabat. Nemini quippe licet ad naturam illam sempiternam accedere, nisi per Unigenitum, hic enim eidem compar est unus. Quis igitur alius per annos triginta, cum vid. moraretur in terris, vota suscepit & laudes, donaque reddita à summis & imis? Totus nimirum erat in imis, in summis totus, in universis totus, totus in singulis. Quando corpus ejus formabatur in utero, ipsius potestas omnium corporum membra componebat. Cum Filii conceptio transigeretur in utero, idem fœtus omnium animantium figurabat. Neque vero, quo imbecille fuit in utero corpus ejus, ideo ejus potestas minor fuit, aut quo debilitatum fuit in Cruce corpus ejus, ideo ejus potentia contracta fuit, nam, & Cruci suffixus mortuos e F

tumulis excitavit corpus ejus, imò ejus voluntas, nec ſecus accidit, cum totus intra Viſcera Matris conderetur, & ejus numine nutuque totus ageretur Mundus. Aſpice, ut Cruci ſuſpenſus totus, totam naturam concuſſit, obſcuravit Solem, terram quatefecit, patefecit ſepulcra, indeque mortuos evocavit. Aſpice, ut in Cruce totus erat, cum totus eſſet ubique, ſic totus erat in utero, cum ſimul eſſet ubique totus. Cruci ſuffixus mortuos ſuſcitabat, Infans formabat Infantes, occiſus pandit clauſtra mortuorum, & utero clauſus uteros reſeravit. Date operam, ſodales, præbete aures, attendite animum ad Filium Abſconditi, qui ſic per aſſumtam carnem aſpectabilem ſe fecit, ut ſuam ſimul tegeret Majeſtatem. Vis ejus cœleſtis eſt, & poteſtas ejus abſoluta, nec eam venter cum aſſumpta carne concluſit, ſed quæ in matris ventre jacebat, omnes ubique fœtus coagmentabat, complectentem matrem complectebatur, nam ſi vim ſuam contraxerit, periere cuncta, ſic ejus potentia res omnes continet, quas utique non dimiſit, cum in utero teneretur. Idem ſibi compegit formam in utero, qui omnes hominum vultus fingit ubique. Idem cum inter egentes aleretur, de penu largitatis ſuæ cunctis alimenta præbebat. Cumque ab illa, quæ miniſtrabat, acciperet unctionem, cuncta ſuis imbribus ac rore perungebat. Myrrham & aurum obtulere Magi, eadem quæ ipſe repererat & procrearat, de ſuis ergo donis ipſum munerabantur. Infuſa ab illo virtute potuit ſinus Mariæ portare portantem omnia. Quidquid illi Maria dedit, de theſauro accepit, cujus copia communi totius naturæ inopiæ providetur. Lac illa dedit, quod ipſe eidem infudit, alimenta miniſtravit, quæ ipſe produxit.

Jam quo Mariæ lac dedit, Deus fuit, homo fuit, quo illud ab ea ſuxit: geſtavere illum manus, quo ſuam temperavit vim, confovitque ſinus, quo ipſe ſe collegit. Amplitudinem Majeſtatis ejus quis dimenſus eſt? Ad pallii brevitatem ideo menſuras ſuas contraxit. Pannos texuit Mater, & nudum veſtivit, ex quo gloriam exuerat ſuam; illum menſa eſt & involvit, poſtquam ſe ipſe coarctavit. Rem ſane mirandam! Mare cum illum veheret, conticuit, ſubſeditque, quî ergo factum eſt, ut illum Joſeph in ulnis portaverit? ut concepere Inferni viſcera, ut illico dirupta ſunt, quî ergo factum putas, ut ipſum Mariæ venter ſuſtulerit? Scilicet ad ima, Domine, deſcendiſti, ut vitam impertires univerſis. Cuncti tibi gloriam & laudem tribuant,

A buant quicumque tuo munere revixerunt. Agedum quis cætera perſequatur, quæ de Filio Abſconditi dicenda ſuperant? Poſtquã deſcendit, & induit intra materna viſcera corpus, pro infantium conditione natus, lac ſuxit; & inter parvulos reptavit idem, qui Filius erat Artificis & Domini rerum. In foro nihil eximium ſupra pueri conditionem præferebat, inhabitabat tamen in illo amor omnium: ubi aſpectabilis fuit, illum circumſiſtebant pueri, circumſtipabant Angeli trepidi, ubi non ſenſu, ſed mente cernebatur. Hilarulus cum pueris puer, verendus Angelis, idem ipſorum imperator. Venerabilis comparet Joanni, & ideò ejus calceamenta ſolvere non audet, comis & benignus peccatoribus adeſt, conceditque ſuos deoſculari pedes. Angeli pro Angelorum ſapientia illum æſtimabant, homines, ut anguſtus eſt hominum captus, illum plenè aſpicere non poterant; ſinguli proinde proprij ingenij modulo metiebantur illum eximium & præſtantem, cui nec par eſt quidquam, nec ſecundum. Pater, & ipſe, ſoli ſe abſolute perfecteque capiunt, noruntque magnitudinem ſuam; reliquæ ſubſtantiæ, quæ vel ima, vel ſumma tenent, unaquæque ſcientiam habet propriæ conditionis finibus circumſcriptam. Idem rerum Dominus & Opifex nobis cuncta largitur: ditat univerſos, & idem à ſingulis fœneratur. Omnia dedit, ſibi ipſe ſufficiens, bona tamen, quæ dedit in ſe reciprocat & reducit, quaſi ipſe ſibi minime ſufficiat. Dedit pecora & armenta, quoniam eadem ipſe creavit: viciſſim victimas repoſcit, quaſi vero talibus indigeat. Aquam in Vinum convertit, utrumque ipſe produxit. Si Vinum bibit, at potu non eguit, in convivio de ſuo ſibi poculum miſcuit, idemque convivis porrexit vocatus ad nuptias. Ipſius caritas ſenem Simeonem vexit, ut vitæ veheret auctorem mortalis ipſe. Simeon, infuſa ſibi ab ipſo virtute, illum portavit & obtulit, a quo viciſſim offerebatur. Manus impoſitionem Moyſi in monte dedit, & accepit in flumine à Joanne, illius gratia Joannem roboravit, & extulit, quo Cœleſtem ipſe terrenus baptizaret; illius influxu vegetata terra ipſum ſuſtinuit, ſecus ſoluta compage concidiſſet Orbis, ſi non ipſe numine nutuque ſuo ſuſtentaſſet labantem. Martha pavit prandentem, prandium de penu ſua illo ſubminiſtrante, nempe cibos, quos ipſe creaverat, eidem illa appoſuit. Quicumque obligata voto donaria attulerunt, quidquid hoc fuit, totum ab ejus ærario acceptum ad ejuſdem menſam retulerunt.

SERMO QUARTUS.

ADest nobis menſis hilaritatis & lætitiæ plenus; ſervis nanque libertatem attulit, liberis dignitatem auxit, decoram & honeſtam corporibus voluptatem infudit, & coronavit fores; quod nos vehementer amaret, purpura etiam tanquam reges exornavit. Menſis ergo nobis redit fauſtiſſimus, omniaque refert eximia & præclara, nam & ſpiritui imperium aſſeruit, corporique imperavit ſervitium, mortalibus mortem vita commutavit, atque Divinitatem ſui vi amoris in humanis membris habitare perſuaſit. Venit illa dies, in qua Dominus humilitatem adamavit, & ignominiam dignitatis ſuæ ſplendori antehabuit: & quoniam Adamus à Deo averſus, juſtitiam iniquitati poſtpoſuerat, ejuſdem caſum miſeratus ille Bonus, correxit, & a recto calle aberrantem in viam revocavit. Mirum ſane, ſi nec modo ſuam Otioſi pigritiam depellunt, poſtquam illam Majeſtatem non piguit in utero pro nobis ad novem menſes commorari, & verſari per annos triginta cum nefariis impiiſque hominibus in terris Sodomorum. Propterea Bonus conſpicatus humanum genus miſere nudatum, & abjectum, ſolennitates inſtituit, eaſque velut commune ærarium expoſuit, ut præſentis celebritatis conſpectus pigrum admoneret, excitaretque ad procurandum illinc propriæ inopiæ remedium, & ad colligendas quas vellet opes. Hunc ergo diem ſuis Unigenitus natalitiis Mundo aperuit velut communem ſibi nobiſcum theſaurum: Unus in anno dies hanc reſerat ædem, adeſte itaque & rem noſtram impigre agamus, ultroque oblatas opes colligamus, priuſquam patefactæ fores claudantur. Beati experrecti & ſtrenui, qui, qua data via fuit, irrupere, & ſalutem velut incurrentem prædam ſibi rapuerunt, ſed, quam opidò vituperandi, qui otioſi ſpectant ſocios, arrepta occaſione locupletatos. Hunc diem honorat, quiſquis ſui Cordis januam coronat, hanc Spiritus Sanctus ſibi recludi deſiderat, cordis ingreſſum petit, & in eodem domicilium; iſtud nempe ſanctificare peroptat, ideo omnes circum explorat aditus. In hoc feſtiviſſimo die portæ ſibi mutuo recinunt lætis vocibus, & in templo ſacra adyta velut inſolito gaudio exilire videntur, perque ora infantium fauſtæ reſonant voces, atque in ſolennitate ſibi inprimis propria Chriſtus maxime, ut eſt omnium maximus lætatur.

Sub Natalitia Filii Dei Rex cenſum univerſo Orbi indixit, ut hunc ſibi faceret debitorem; prodiit nobis, Rex, qui chirographa

ܒܥܐ ܠܝ ܡܠܐܟܐ ܘܒܗܝ ܐܬܝܗܒ ܠܢ ܟܬܒܐ ܕܝܠܗ ܒܐܝܕܗ ܕܢܗܘܐ ܠܢ ܠܗ ܠܡܕܝܢܐ ܘܣܠܩ ܒܕܪܓܘܗܝ ܐܘܬ ܪܙܐ ܕܡܫܝܚܐ ܕܒܗ ܝܘܡܐ ܬܠܬܐ ܕܝܢ ܥܣܪ ܗܘ ܕܢܦܩ ܡܢ ܒܛܢ ܐܡܗ ܘܐܬܟܢܫ ܒܗ ܒܛܢܗ ܥܕ ܕܢܗܘܐ ܝܘܡܐ ܥܣܪ ܕܝܠܕܘܬܗ ܘܫܪܝ

jus providentia Mundus adminiſtratur, & ſuperum inferumque rebus conſulitur, talem enim habere decet oculum, qui imperat, & cuncta gubernat. Quorſum igitur tibi fontes lactis aperiam, qui rerum fons es & caput, aut quorſum tibi cibum porrigam, cujus menſa Mundo alimenta miniſtrat, aut quo pacto attingam faſcias circumfuſo te lumine amictum involventes? Præterea quo te appellem nomine non video, Fili viventis, nec enim auſim vocare te Filium Joſeph, horret ad vocem auris, nec vero ſanguis ejus es. At nec tutum mihi, ejus, cui ſum deſponſata, nomen ſupprimere. Quare licet unus tuus ſit pater, parentes tibi deinceps plures adſciſcam. Et ſane nec decies millies nomina te explicant, ex quo Filius Dei, etiam hominis factus es Filius, Filius Joſeph, & Filius David, & Dominus Mariæ. Jam quis fecit elinguem Dominum linguarum? Quin ergo, Sancte, non loqueris pro matre, poſtquam maligni quidam homines mihi ex tuo puriſſimo conceptu ſtruxere calumniam? quin obtrectantibus oſtentum opponis, unde cognoſcant tuæ Conceptionis auctorem? Tui cauſa, qui omnes amas, in odium multorum incidi, infeſtorque & exagitor, quod conceperim & pepererim reparatorem Mundo, Adæ conſolatorem ob redditam Paradiſi clavem. Ecce autem turbatur inſurgitque Mare, & mâtrem tuam petit, ut olim Jonam. Eccum Herodes ſævus fluctus ſuffocare molitur matris Dominum ſuæ. Mihi tamen ſedet animo fixum, extorrem tecum errare; certa quippe ubique, te duce, paratur ſalus. Carcer, te præſente, carcer non eſt, te ſublevante, homines Cælo invecti ſunt: ſepulcra ſepulcra non ſunt, te vindice, qui es reſurrectio & vita mortuorum.

Stella præter naturæ ordinem effulſit ſole minor, ipſoque major, manifeſta videlicet luce inferior, longe ſuperior ſecreta latentis myſterii ſignificatione. Hæc divini Orientis Stella, ſedentes in tenebris ſuo perculit fulgore, ac veluti cæcos manu duxit, perduxitque ad clariſſimam lucem. Munera nato Domino obtulere, ac viciſſim pro donis ſalutem reportarunt; perſolutoque, quem Deo debebant, honore, ad propria remigrarunt. Geminos Filius ſibi excivit præcones: Stella quippe ſublimi, humi Joannes, ambo præſentem prodiderunt. Duo aſſumpti ſunt teſtes, cæleſtis alter, alter terreſtris, ille ſupernus nati Infantis naturam à ſumma Majeſtate exiſtere declaravit, iſte infernus, naturam ejus ex humana origine ductam demonſtrabat; ſic mirabili conſilio ejus divinitas, ejuſdemque humanitas ab utroque prodita eſt, adeo, ut qui terrenum illum

dixiſ-

ܘܐܡܪ ܘܫܒܚܗ ܠܡܪܝ ܕܐܘܕܡ ܩܕܡ
ܢܗܘܐ ܡܟܡܗ ܘܠܐ ܟܗ ܘܡܫܬܠܡ ܠܗ.
ܘܐܡܪ ܘܫܒܚܗ ܠܡܪܝ ܕܫܡܝ. ܘܗ
ܡܫܝܚܐ ܡܟܡܗ ܘܠܐ ܟܗ ܘܐܬܐ
ܕܥܬܝܕ ܠܡܗܘ ܠܡܐܡܪ. *

ܟܕ ܐܬܐ ܡܪܝܡ ܐܡܗ ܕܝܠܗ ܩܕܡ
ܗܝܪܘܕܣ. ܘܐܡܪ ܠܗ ܫܠܡ ܠܟ ܡܠܟ ܩܕܡ
ܡܢ ܕܐܬܝ ܠܟ ܡܢ ܩܒܪܐ ܘܐܦ ܐܢܐ
ܐܫܬܒܩ ܕܐܬܐ ܠܦܪܕܝܣ. ܘܐܡܪ
ܠܗ ܫܡܥܘܢ ܕܐܡܪ ܠܟ ܠܡܐ ܐܬܐ
ܡܫܝܚܐ ܕܐܬܝ ܠܟ ܡܢ ܩܒܪܐ ܘܐܦ
ܐܢܐ ܐܫܬܒܩ ܕܐܬܐ ܠܦܪܕܝܣ. *
ܐܬܐ ܡܪܝܡ ܐܡܗ ܕܝܠܗ ܩܕܡ ܗܝܪܘܕܣ
ܘܐܡܪ ܠܗ ܫܠܡ ܠܟ ܡܠܟ ܩܕܡ ܡܢ
ܕܐܬܝ ܠܟ ܡܢ ܩܒܪܐ ܘܐܦ ܐܢܐ
ܐܫܬܒܩ ܕܐܬܐ ܠܦܪܕܝܣ. ܘܐܡܪ
ܠܗ ܫܡܥܘܢ ܕܐܡܪ ܠܟ ܠܡܐ ܐܬܐ
ܡܫܝܚܐ ܕܐܬܝ ܠܟ ܡܢ ܩܒܪܐ ܘܐܦ
ܐܢܐ ܐܫܬܒܩ ܕܐܬܐ ܠܦܪܕܝܣ. *
ܐܬܐ ܡܪܝܡ ܐܡܗ ܕܝܠܗ ܩܕܡ ܗܝܪܘܕܣ
ܘܐܡܪ ܠܗ ܫܠܡ ܠܟ ܡܠܟ ܩܕܡ ܡܢ
ܕܐܬܝ ܠܟ ܡܢ ܩܒܪܐ ܘܐܦ ܐܢܐ
ܐܫܬܒܩ ܕܐܬܐ ܠܦܪܕܝܣ. ܘܐܡܪ
ܠܗ ܫܡܥܘܢ ܕܐܡܪ ܠܟ ܠܡܐ ܐܬܐ
ܡܫܝܚܐ ܕܐܬܝ ܠܟ ܡܢ ܩܒܪܐ ܘܐܦ
ܐܢܐ ܐܫܬܒܩ ܕܐܬܐ ܠܦܪܕܝܣ. *

dixisset, splendentissimi sideris luce redargueretur, ac doceretur, eundem esse cælestem, & qui illum spiritalem à materia secretum affirmasset, ab ipso Joanne convictus disceret, illum esse corporeum, mortalisque concretionis minime expertem.

Simeon in Templo illum gestavit, ipsique talia modulatus est. Ades tandem pius & clemens, meam miseratus senectutem, ossaque mea cum pace ad Inferos deductu-
B rus. Annuente te e tumulo raptus olim in Paradisum transcribar. Anna suo illum appressit pectori, ejusque ori applicavit os, simul sensit, suis labiis insiliisse spiritum; sic nimirum olim mutum Esaiæ os admota aperuerat pruna; quare, eo Spiritus illapsu inflammata, erupit in cantus, talia occinens. Fili Regis & humilis matris Fili, qui cuncta audis & siles, cuncta vides & lates, cuncta
C nosti & ignoraris, Deus & Homo, laudo nomen tuum. Ocyus convenere steriles cum suis xeniis, ut ante Reges cum suis gazis, sic sua utrisque conferentibus pauperem repente domum locupletarunt. Sterilis item velut in insperato occursu exclamavit: Quis mihi hoc tribuit, ut infantem tuum, o Beata, viderem, qui Cælum terramque, & extra tenet, & intra? Benedictus fructus, qui botrum de sterili vite produxit. Adfuit cum
D illa Zacharias & venerando ore hæc profatus est: Dicite, ubi resedit Rex, cujus ad obsequium vox mihi nuper genita est, ejusdem adventus futura præco? Ave Fili Regis, cui nostrum quoque sacerdotium tradendum est. Cum parentibus parvulus ductus est Joannes, & adoravit Filium, & quamvis inde micantes radios orc exciperet, non ideo commotus est, ut ante clausus in utero, utrobique mirabilis, & nunc dum adorat, & ante, cum
E exultaret. At Herodes timida illa Vulpes, quamquam Leonis ferociam ostentabat, ut audiit Leonis rugitum in Vulpem resedit, & ululavit, ex oraculo scripto præsagiens, hunc puerum in regali solio sessurum. Monitus tamen illum interim in cunis esse & suspensum ab ubere, acuit dentem, conatus infantem ex insidiis opprimere. Hæc scilicet moliebatur,
F veritus, ne si adoleviisset, oris sui flatu ejus tyrannidem extingueret. Ad publicandum illius adventum natura tot finxit ora, quot censebat capita. Nunc suis Magi prædicant muneribus, nata sobole steriles, micantibus radiis stella: concinunt omnia Regis Filium adesse: Cæli panduntur, fervent aquæ, apparet Columba, vox Patris tonitruo major ingeminat: *Hic est Dilectus meus*, Angeli nunciant, cantant hosannis suis pueri: Omnes istæ voces sublimi humique illum jam præsentem promulgabant, nec tamen tanto

nubium fragore ſopor Sionis diſcuſſus eſt: quin ſtrepitu offenſa, quod ejus ſomnos abrupiſſet, in illum inſiliit, & peremit.

SERMO QUINTUS.

NAſcente Filio altis reſonat clamoribus Bethlehem. Cælo delapſi Vigiles canunt vocibus tonitruum imitantibus. Concentu exciti novo convenere Silentes, ſilentium rupere laudes naſcentis Filii Dei. Plaudamus, ajebant, Infanti, qui Evæ, Adæque juventutis reſtituit annos. Confluxere Paſtores, gregum ſuorum proventum portantes, dulcis lactis copiam, mundas carnes, & decoram laudem. Diſtinxere munera, carnes Joſepho, Mariæ lac, Filio laudem. Obtulere agnum lactentem paſchali agno, primum primo, hoſtiam hoſtiæ, agnum caduci temporis agno veritatis ſempiternæ. Decorum ſanè ſpectaculum agnus oblatus Agno! balavit agnus Unigenito præſentatus, agnus Agno acceptam referebat gratiam, quod ſuo adventu greges & armenta mactationi ſubtraxiſſet, & novum à veteri paſchate traductum Paſcha Filii introduxiſſet. Illum adoravere Paſtores, & prophetantes Paſtorum Principem delatis baculis ſalutarunt. Moſaica Virga, ajebant, tuum univerſalis Paſtor ſceptrum commendat, quique illam geſtavit Moſes, Te magnum prædicat, dolens gregum ſuorum mutatas formas, & agnos in Lupos tranſiiſſe, ac oves evaſiſſe dracones, & ferociſſimas beſtias: ſcilicet & iſtuc in illa horribili ſolitudine paſſæ fuerant malum, quando furentes rabidæ in ſuum incubuere Paſtorem. Divine puer hanc tibi acceptam profitentur gratiam Paſtores, quod Lupos & agnos in eaſdem caulas congregaveris: puer Noe antiquior, & Noe recentior, qui intra Arcam pelago fremente, pacem diſſidentibus vectoribus ſanxiſti. David Proavus tuus Agni necem Leonis cæde vindicavit: Tu vero, Fili David, occultum peremiſti Lupum, à quo interfectus fuerat Adamus, agnus ille ſimplex, qui in Paradiſo paſtus eſt, & balavit. Ea vocum modulatione commotæ nurus, pudicitiam adamarunt, optarunt caſtitatem Virgines, puellæ pudorem induerunt, confertæque affluxere per turmas, & Filium veneratæ ſunt. Ad Filium David coivere ſimul Civitatis David grandævæ anus, & auctum patriæ decus teſtatæ ſunt. O fortunatam natam, ajebant, urbem noſtram, cujus vias & fora modo Jeſſæa lux illuſtrat; hodierno die thronus David, tua Fili David, præſentia ſtabilitus eſt. Conſenſere ſenes talia occinentes: Magnificemus puerum, qui Adamum defectum ſenem repubeſcere fecit, quod ægre fer-

ferret, hunc quidem labefactum detritumque jacere; ſerpentem vero ejuſdem interfectorem cum ſquamas exuiſſet, fuga dilapſum. Etiam atque etiam ſit benedictus Puer, qui viridis juventæ florem Adamo Hevæque revexit. Adfuere pudicæ nurus: Benedicte fructus, ajebant, ventris noſtri fructibus benedicito: tales tibi primæ parantur hoſtiæ. Prophetarunt jugulatum iri natos ſuos, & primitiarum vice nato Infanti mox offerendos. Venere ſimul nuptæ ſteriles, & Infantem amplexantes: Fructus benedicte, ſupplices orabant, fœcunditatem præſta nuptis natus ex innupta, miſereſcito ſterilitatis noſtræ, admirabilis proles Virginitatis.

SERMO SEXTUS.

NUncium lauda, qui magnam attulit rebus tranquillitatem; Flexit viſcera Patris, noſtraque debita diſſimulans, de bonis ipſius ipſi ſatisfecit. Laudabilis ſane ſapiens, qui cõjunxit & ſociavit divinitatem cum humanitate; Naturas alteram à ſummo, & alteram ab imo velut pharmaca duo miſcuit, & factus eſt una perſona Deus Homo. Ille ſcilicet æqui & juſti vindex contuens Adamum in pulverem converſum, & a diro Serpente voratum, probum infudit reprobo, ſalem temperavit, quo Serpens execratus cæcaretur. Lauda Pium, qui cum videret rhomphæam Paradiſi foribus objectam, indeque hominibus interdictum ligni vitæ acceſſum, deſcendit & corpus paſſibile aſſumpſit, ut proprii lateris aperturâ viam in adyta Paradiſi aperiret: Iterum lauda Pium, cui non placuit ſeveritatem & acerbos adhibere modos, ſed manſuetudine & conſilio, quod moliebatur, confecit, ut homini mirabile præberet exemplum, unde diſceret, virtute & prudentia ſibi viam ad propoſitos fines ſapienter munire. O beatum gregem, cujus es oſtium, & baculus, paſcua & potus & ſal, quemque inviſere, tuaque præſentia recreare dignaris. Venere agrorum cultores, & vitæ ſoſpitatorem ſuæ venerati ſunt, lætique talia prophetabant. Ave deſignatus noſtrorum cultor agrorum, tu cordium noſtrorum arva coles, & frumenta inde collecta in horreum vitæ congregabis. Secuti ſunt vinitores, vineamque laudarunt ex radice ramiſque Jeſſe propagatam, quæ Virginem botrum ex veneranda vite protulit, nos, quæſo, refingito in vaſa digna vino tuo novo innovante omnia, ſtatum vineæ tuæ reſtitue, quæſo, nil illa præter ſiliquas hucuſque protulit, tuos jam inſere vitibus ſurculos. Confido fore, ut tua benedictione perfecte fœcundata frugem ferat placaturam Dominum, ſin aliter, excidium minitantem.

Ad Filium Joſeph propter Joſeph .vene-
re Fabri. Beatum natalem tuum auguramur,
ajebant, Artificum princeps, qui Noeticam
Arcam delineaſti, atque tabernaculum ar-
chitectatus es illud extemporaneũ, & ad tem-
pus duraturum, noſtra te laudant opificia;
eſto, præcamur, tu gloria noſtra, jugum fa-
bricare, futurum geſtaturis leve & ſuave onus:
deſcribito nobis menſurã plenã veritatis, frau-
dique minime obnoxiam ſtateram ad amuſſim
æquitatis & juſtitiæ exactam, qua judice reus
victus cauſa cadat, victor diſcedat innocens.
Verumtamen oramus Te, juſte Judex, ut cum
culpa clementiam in eadem trutina appen-
das, & ambas ſimul compenſes.

Simili inſtinctu ſalutavere natum Infan-
tem novi conjuges, ut dicerent. Salve puer,
cujus Mater Sponſa Sancti facta eſt, Beatas
nuptias, quibus interfuturus es, Beatos Spon-
ſos, quibus cum vinum defecerit, tuo repen-
te nutu illud affluere cernent. Clamavere ſi-
mul parvuli: O nos beatos, quibus contigit
habere te fratrem, & in foris ſodalem: feli-
cem diem, felices pueros, quibus continget
laudare te arborem vitæ, qui celſitudinem
tuam ad noſtram ætatulam demiſiſti. Rumor
pervaſerat aures feminarum, fore, ut Virgo
aliquando pareret, injecta eſt cuilibet illa-
rum hujuſmodi partus ſpes, ſperavere nobi-
les, ſperavere formoſæ tuas ſe fore matres:
tibi, Altiſſime, benedicimus, quod pauperem
matrem elegeris. Prophetavere etiam puel-
læ, quibus obtigit ad illum deferri dicentes:
Seu deformis ſim, ſeu formoſa ſim, ſeu hu-
milis ſim, tibi ero, adhærebo tibi: morta-
les thalami tuo nunquã mihi erunt potiores.

Sara Iſaacum ſuſcepit, diuturnæ patien-
tiæ præmium, ſervum ad imaginem Domini
ſui formatum: humeris impoſitum tulit ejus
crucis typum: torſerunt manus vincula,
membra dolor, clavorum ſymbola. Rachel
ſterilitatis impatiens virum incuſabat, di-
cens: da mihi liberos: felicem Mariam, in
cujus ſinum, ipſa non petente, puriſſime, de-
ſcendiſti, donum accipienti ultro oblatum.
Sara, Rebecca, Anna, & Eliſabeth lacrymis,
votis & precibus prolem efflagitarunt, & ſic
tandem aliquando poſt diuturnum laborem,
& plurium annorum luctum exorata fœcun-
ditate reſpirarunt: vere Beatam Mariam,
quæ nec prolis deſiderium ſenſit, nec pro ea
impetranda preces fudit, aut vota nuncu-
pavit, concepit nihilominus, integra Virgi-
nitate manente, peperitque Dominum, cui
ſerviunt omnes de muliere nati, ſancti &
juſti Sacerdotes, & Reges quotquot tule-
re præteritæ ætates, aut futuræ ferent. Quæ
Mariæ ſimilis mater uſquam extitit, cui clau-
ſum utero fœtum alloquio cantuque mulcere
licuit,

ܐܝܟ ܠܐ ܒܪ ܐܠܗܐ ܕܒܢܝ ܠܗ ܒܝܬ ܩܕܫܐ ܒܟܪܣܗ ܕܒܬܘܠܬܐ ܘܢܦܩ ܠܒܘܫ ܡܫܝܚܐ ܕܢܫܪܐ ܠܢ ܟܪܝܗ ܕܒܢܝ ܠܢ ܟܪܣܝ ܕܡܠܟܘܬܐ ܘܟܬܒ ܠܗ ܕܘܝܕ ܡܢ ܐܒܪܗܡ ܓܢܣܐ ܘܐܘܪܚܐ ܐܬܝܗܒ ܠܝ ܐܘܣܦܐ ܕܐܒܐ ܕܒܝܬ ܩܕܫܟ ܘܐܦ ܐܢ ܐܢܬ ܗܘ ܕܒܝܬ ܡܠܐ

Nota. Alludit ad Zaram Thamaris filium Christi Omonymon. Zara Oriens notum Messiæ nomen.

posteros transmissurum, celebrandã ob prolem non ex legitimo conjuge susceptam. Certe nomen mox puero inditum, te, Domine, appellabat, & ad matrem venturum præsagiebat. Spectatæ virtutis feminæ impudicitiæ subiere notam tui causa, qui puritatis & integritatis es auctor. In trivio Thamar surripuit te, qui ad regnum sternis viam. Non mirum feminam, quæ vitam rapuerat, vitâ privare non potuisse ferrum.

Ruth viro in area dormienti accidit propter te. Feminæ amor verecundiam exuit propter te, qui impudentiam Pœnitentes doces. Omnes sprevere voces, voci tuæ assuetæ aures. Pruna Booz lectum invasit, dormientis accidit ad pedes speculata Pontificem, ignem suo opportunam incenso in femore condentem; Cursavit & Boozo vitulam se dedidit, teque vitulum pro nobis sag nãdum mactandumque procreavit. Quod te deperiret spicas legere instituit, & congregare aristas. Continuo eam animi submissionem muneratus es, ut pro aristis Regum seriem propagaret, & pro glumis manipulum salutis & vitæ caput proferret.

SERMO OCTAVUS.

NE quis de tua resurrectione ambigeret, sepulcrum, in quo depositus fuisti, obgnatum fuit; lapidem nanque impresso sigillo notarunt, jusseruntque ad ostium monumenti excubare custodes: Tui gratia res acta est, ut, inducto sigillo ac milite, tuum munirent sepulcrum, Fili Viventis; Nam si postquam te humarunt, neglecta sepulcri custodia, ad alias curas mentem avocassent, continuo datus fuisset locus improbis garrientibus, furto te fuisse sublatum, o nostræ spes vitæ. Quo autem perversi homines magis institêre, ut sepulcrum publico sigillo muniretur, eo majorem paravere tibi gloriam. Hujus mysterii imaginem delineavere Daniel & Lazarus, ille retrusus in lacum, quem mox obsignavere Gentiles, iste reductus è tumulo, ipsum sepulcrum aperientibus Judæis: Impressa sigilla, appositæque notæ utrosque in maleficio revicerunt. Et sane, si tuum sepulcrum apertum reliquissent, sua pariter ora aperta reliquissent, sed quo sepulcrum tuum clausserunt, obsignarunt, & impresso publicæ auctoritatis sigillo munierunt, ora sua simul obturaverunt, dumque futuræ resurrectionis ignari tumulum suis obvolvunt velis, sua imprudentes obvolverunt capita omnes sycophantæ. Sic tuo, Domine, ab inferis reditu tuum ab utero exitum persuasisti, ambo clausi, signati ambo, uterus & tumulus, purus in utero, vivus

vivus in tumulo, uterum ac tumulum habuisti testes ob appressa sigilla firmissimos. Venter & sepulcrum resurrectionis, & nativitatis tuæ miracula proclamarunt, obsignatus venter te concepit, sepulcrum sigillo pariter munitum te edidit, venter præter naturæ modum te concepit, & Infernus, eâdem repugnante,eddidit: signatum fuit sepulcrum, cui te custodiendum tradiderunt, integer fuit uterus, qui te concepit, virique nescius: Uterus intactus, tumulus signatus, geminæ tubæ contumacis populi surdas pepulere aures, uterus integer, inviolatum lapidis signum Sycophantarum turbam convicerunt, maligne jactantium, conceptum fuisse viri opera, furum operâ corporis resurrectionem. Virginitatis, inquam, signacula, & publicæ autoritatis sigillum, eo loci deduxere protervos, ut proprio judicio coacti, te de Cælo descendisse faterentur.

Judæus populus constitit inter nativitatem, & resurrectionem tuam medius: Nativitatis tuæ honori plerique detraxerunt, detractores refutavit mors tua, resurrectioni tuæ derogavere fidem, protervos revicit nativitas tua: obmutuere obtrectatores, victique geminis hisce athletis dedere manus. Eliam etiam quæsivere discipuli, arbitrati montes petiisse magistrum, sed enimvero quo diligentius illum humi quæritabant, eo pleniorem fidem faciebant, illum sublime latum: ipsaque disquisitio accuratissima indubitabile relinquebat; ideo in terra repertum non fuisse, quod in aëra vectus illam reliquisset. At qui si Prophetæ, qui Eliæ ascensum aliàs præsenserant,adhuc de ejusdem abitu dubitari volebant, quanta contentione conatos fuisse, putas, impuros homines, admirabilem Filii reditum obscurare? Sed ille suum ab Inferis regressum, ab eorum calumniis optime vindicavit, improbitatemque retudit testimonio custodum, quos ipsimet designarant.

Qui sciret,quonam tuam, Domine,Genitricem nomine appellare deberet, nemo fuit: Virginem ne diceret, at ejus in oculis omnium prostabat natus: Nuptam ne affirmaret, at ad ejus nuptias neminem perveniisse certum erat. Jam si matrem tuam mente intelligentiaque assequi nemo potest, quis te attingere se posse credat? Mater tua Maria sola est, si solam cogito, alioquin soror, si cum reliquis confundo feminis. Facta tibi mater est, & in communi sanctarum feminarum choro soror quoque & sponsa: video, ut omnibus illam decorasti modis, o matris tuæ decus. Sponsa tibi data est, antequam venires, quod secundum naturam transactum est, venisti, teque concepit, &

hoc ſupra naturam, ſicut & illud, quod te peperit, & Virgo permanſit. Omnium nuptarum prærogativas habuit Maria: citra viri operam viſcera prole, lacte implevit ubera, Te jubente, ſtatim fons lacteus erupit è terra ſitiente. Aſpectu illo tuo magno recreata mater te geſtat, nec tamen ipſo gravatur onere, cibum miniſtrat, eſurire volenti, porrigit poculum tibi ipſi ultro cienti ſitim. Si illi amplexari te licuit, tua iſtud præſtitit benignitas, prunam ardentem, ne pectus ejus exureret, attemperans. Prodigium eſt mater tua: ſuſcepit Dominum, ſervum fecit, ſuſcepit diſertum, mutum reddidit, ſuſcepit tonantem, vocem ademit, ſuſcepit proviſorem ſoſpitatoremque Univerſi, mutavit in agnum, & balantem enixa eſt; Ordinem rerum venter pervertit Matris tuæ, qui componis & ordinas univerſa: hunc ingreſſus dives, egenus inde exiiſti; ſubiiſti excelſus, humilis prodiiſti; intraſti luce ipſa clarior, obſcurus egreſſus es ſic, ut nulla in habitu dignitas, in forma nulla auctoritas appareret. Impavidus, qui timorem nec capis, ex utero matris hauſiſti, poſſe timere: inde eſuriem didiciſti, qui paſtum cunctis viventibus præbes, qui aperis fluenta ſitientibus, inde ſitire cœpiſti; ab omnibus rebus nudus atque vacuus indidem extitiſti, qui veſtis & ornas univerſa.

Hebrææ Virgines aſſuetæ aliàs Jeremiæ threnos recantare, pro lugubri ſuarum ſcripturarum carmine, indidem acceptos lætitiæ hymnos hujuſmodi refuderunt, ſpiritu ipſarum ora movente: Læta jam nunc oculos ab Inferis attollat Eva hunc viſura diem, in quo ipſius Nepos vitæ auctor deſcendit extinctam matris ſuæ genitricem excitaturus. Adorandus puer caput ſerpentis contudit, cujus illa olim infecta veneno periit. A Cunis decori Iſaac Sara mater tuam ſpeculabatur infantiam, teque illo adumbratum ſuo mulcebat cantu; relegenſque infantiæ tuæ myſteria in eo puero expreſſa: euge Fili, votorum fructus meorum, cantabat, jam nunc video in te, qui latet in te Dominus, omnium piorum vota preceſque ſuſcipiens, & ratas efficiens. Nazaræus Samſon juvenis fortiſſimus tuæ fortitudinis umbra fuit; Leonem laceravit, mortis quam concidiſti typum, rupiſti ſcilicet mortem, vitamque ex ejus amariſſimo ventre excluſiſti, cujus uſura nobis futura erat jucundiſſima. Anna pariter te in Samuele figuratum ſuo non ſemel pectori appreſſit, tum primum, quando tuam præſenſit juſtiſſimam ſeveritatem ab illo repræſentatam eo die, quo regem Agag in fruſta diſſectum occidit, expreſſam Diaboli imaginem: tum iterùm, quando tuam contemplaba-

A
B
C
D
E
F

plabatur clementiam ab eodem velut rudiore manu descriptam eo tempore, quo Saulis ruinam piis & veris lacrymis lugere non destitit.

Quam mitis es, Puer, quam vehemens judiciorum tuorum vis omnipotens, & ineluctabilis est, suavis & dulcis est amor tuus, quis tibi obsistet? In sublimi habitat Pater tuus, tua mater humi jacet, undenam tui notitiam quis capiat? Si quis terrenus homo tuam disquirat naturam ab humanis remotam sensibus, hæc supereminet Cælo in magnum Divinitatis retrusa sinum. Si rursus quispiam corpus cognoscere cupiat oculis expositum, en humi jacet, teque ab angusto Mariæ gremio præbet aspectabilem. Errat incertus animus, neque sibi constat mens, tuas, o Dives, rationes supputans. Congeminatis seris claditur tua Divinitas, pelagus es tamen immensum, cedo, qui ejus fundum attingat, etiam postquam magnitudinem tuam ad nostram parvitatem deduxisti. Cum tuum conspectum petimus, hominem videmus, visuros nos Deũ sperantes, si hominem videre velimus, inde statim in oculos incurrit hebetatque aciem coruscans Divinitatis splendor.

Jam quis credat hæredem te esse Davidici throni, cui ex lauta ejus supellectile presepe dumtaxat relictum est, & ex amplissimis ædibus spelunca, deque ejus equitatu vix vilem Asellum cernere aliquando continget? Attamen quam benignus es, Puer, qui te omnibus indulges, & obviis quibusque arrides, gestisque cujusvis præsentia! talis nempe tuus amor est, qualem credibile est futurum fuisse ejus, qui homines desideraret, ut panem quilibet esuriens. Parentes ab externis non discernis, nec Genitricem ab ancillis, nec Virginem te lactantem ab impuris prostitutæ pudicitiæ feminis. Quid? Num tui ingenii naturalis facilitas huc te demisit, an charitas, qui nihil odisti eorum, quæ fecisti? Quid istuc, quod te movet, ut ad omnes descendas ad locupletes ac tenues, & ad eos accurras etiam non vocatus? Unde tibi istuc inditum, ut homines tantopere cupias? Quæ hæc tua charitas est, ut si quis te objurgat, non succenseas, si minis terret, non trepides, si duriter tecum agit, frontem non contrahas? tua nimirũ charitas antecellit legem illorum, qui suas persequebantur injurias & vindicabant.

Fuit mitissimus Moyses, sed & severissimus, atque acerrimus ejusdem zelus, quo succensus bene multos cecidit, ac trucidavit; talis fuit etiam Elisæus, sed & ipse, esto, uni puero vitam reddiderit, pluribus certe abstulit, quos videlicet Ursis exenterandos tradidit. Quis tu, Puer, cujus charitas super charitatem Prophetarũ excellit. Ferus ille Agaris Fi-

lius Isaacum calcibus petiit, toleravit ipse & dissimulavit; non ita mater, sed nati injuriam ulta est. Tu ne Isaaci typus, an ille tui? tu ne illum imitaris, an ille te, qualem te nunc video, representavit?

SERMO NONUS.

AGE nunc, secede huc de via, augusta stirpe natus, vultum depone in gremio matris; Non decet hæc facilitas Filios Regum, Davidis es nepos, & Filius Mariæ, in secreto secessu a vulgo remotus tuum observato decorum: cui ergo te similem dicemus, blande & festive Puer, & decora proles, cujus Mater Virgo est, & Pater à sensu tam remotus, ut nec ipsis Seraphim aspectabilis appareat? Viden', ut ira insanientes, magnisque dissidentes odiis, cum primum ad tuum venere conspectum, confestim exhilarati simultates deposuere, explicavere frontem, arrisere sibi mutuo, ab aspectu tuo jucundissimo miro repente perfusi gaudio. Tibi, Puer, benedicimus, cujus præsentia mitescunt acerba, & amara dulcescunt. Puellum quis vidit unquam cujusvis venientis præsentia gestientem, ut etiam ad distantem conetur prorepere? Rem sane novam, quæ intuentis sensum rapiat & amorem, cerno Infantulum de singulis suis spectatoribus usquequaque solicitum. Si quis te accessit vel mæstis agitatus curis, ut vidit te, ut omnem statim depulit mœstitiam, vel si quod coquebat negotium, confestim mente decussit, etiam esuriens cibum oblitus est, & viator viam. Atqui otium quærere deberes, & negotiosos sinere suis vacare curis, paupere in domo natus ipse ex proprio cognoscis, egentibus non esse à labore cessandum. Viden', ut omnes vel tenuissimæ sortis homines, neglectis operis, ad te festinant. Sic, ò amator hominum, homines hilaritate vultus tui sociasti.

David ille spectatæ Rex gravitatis & decori observantissimus, decerptos arbore ramos gestans inter pueros per diem solennem saltavit, divinarum laudum cantu velut extra se raptus. Quid? num te, Davidis nepos, similis nunc rapit amor? Filia Saulis, Dæmone paterno concitata, illum venerabilem, stultum appellavit, eo quod populi sui senes proprio exemplo invitaret ad celebrandas laudes tuas simili ritu; neve propterea tractare ramos, & pueris associari dedignarentur. Jam quis audeat exinceps te, ut decori minus observantem, traducere castigatus Filiæ Saulis pœna, cujus venter ideo liberos non fudit, quod os mala verba fudisset? oris irridentis pœna fuit vulvæ sterilitas. Contremiscant linguæ procaces, & blasphemare desinant. Quamquam, putasne,

putasne, obstruantur ora loquentium iniqua? At tu, Filia Sion, vide, ut linguam coërceas, neve obtrectare ausis Filio David, quod ad hanc civilitatem deduxerit Divinitatis fastigium. Cave, ne Filiæ Saulis vestigiis insistas, quam tamen secuti sunt bene multi ex impuro populo Judæorum temerarii homines, ut libidine, sic zelotypia æstuantes. Qui Hebræos maxime suspicioſos & criminatores noverat, Deus, feminas miseratus pro earum indemnitate, suas auxit ordinationes: si uxorem, ait, oderit Maritus, non ante dimittat, quam scripto libello repudiatam declaret. Quod si violatæ fidei suspectam habeat sacris aquis ejus pudicitiam exploret. Si quis alius quispiam eidem impegerit falsum crimen, velamen pro multâ dabit. Omnem suspicioſis & calumniatoribus ansam præripuit Maria, quæ Virginitatis claustra intemerata perpetuo servavit. Quo Zelotypiæ leges promulgavit Moyses, hoc ipso illorum in hac parte vitium satis ostendit. Jam vero si feminas suas adhuc innuptas atque velamen Virginale gestantes, violatæ pudicitiæ accusare solebant, & hoc prætexto crimine morte multare, nil mirum si matri, prole presente, similem calumniam intentarint. Aquis exploratoriis & velamine, quibusdam velut rudimentis illos ante exercuit, ut cum adveniſſet ille, cujus nutu omnes concipiuntur fœtus, & venter, in quem ille descendiſſet, ipsis suspicionem moviſſet, virginalia claustra, præsente fœtu, adhuc intacta, in illorum impudentiam perorarent. Si ergo viro desponsam deprehensa Virginitatis signacula vitæ periculo subtraxerunt, eadem custodita custodienti salutem pepererunt. Ergo, quicumque sapis, arma custodi, quæ si expugnata fuerint, adversus Dominum retorta dimicant. *Num.* 5. 14.

Eliam cogita, corporis ille cupiditates coêrcuit, idcirco Cælum pariter continuit, ne in mœchorum terras deplueret: quia corpus à voluptate abstinuit, rorem eripuit luxurioſis, fontes suos sine lege vagari patientibus: & quia occultus incontinentiæ ignis illum subigere sibi non potuit, cæleſtis ignis jubenti paruit. Elisæus quia corpori delicias & oblectamenta subtraxit, vitam mortuo restituit. Vita mortuo reddita naturalis fuit, supra naturæ vires fuit, quæ eam reddidit insignis castimonia. Moses, qui thalamum reliquit, & à conjuge se divisit, divisit pariter mare meretrici vadum petenti. Sic sephora sacrifici filia pudicitiam servabat, quando Filia Abraham cum vitulo mœchabatur.

SERMO DECIMUS.

OPE fretus tua rerum omnium incœptor perfectorque dicere incipiam, os ego aperiam, implere tuum est, terra sum, tu cultor meus tua mihi ferito verba, qui Matris alvo te ipse sevisti. Me mirantur omnes Hebræorum nobiles matronæ, & ingenuæ Virgines, atque, obveniente mihi tuo munere, felicitate uruntur, velut immerito collata pauperi sortisque tenuissimæ. Quis te opulenti Patris prolem divitum feminarum gremium recusare coëgit, & ad inopum ædes pertraxit: Joseph profecto copiosus non est, mihique res familiaris parva est, & curta supellex. Quamquam nuper Magi negotiatores tui aurum in nostram advexere casam, quorum proinde munera perspiciens ad concinendas laudes tuas vehementius inflammor. Quid istuc? aio: hem tui me circumsedere adoratores, & allata tibi me circumstipant dona! Tibi benedico, Puer, qui Matris linguam in organum vocis tuæ reformas, quare sicut citharedum citharа opperitur, sic te meum os suspirat, tuum, nate, precor, imperium matris pulset linguam. Te docente, novam concipiendi rationem didici, nunc vero, quoniam nova nativitate natum te video, rogo, ut ad novos canendi modos os meum refingas. Equidem, si quæ difficillima facillima sunt tibi, & planissima, quæ maximè ardua, quando Virginalis uterus te concepit, peperitque nullo ferente fœtum, quin fieri posse putem, ut os parvum magnas laudes tuas, ample & magnificè persequatur? Interea aspice quanta mihi incubuit invidia, quotve adversentur obtrectatores: quamquam nec id inique fero: aures implevere meas opprobrationes & contumeliæ; exiguum tamen istuc, quod patior, judico: decies millenos dolores, unum si dederis solatiolum, depellet: dum me modo, Fili, non despicias, læta exporrigo frontem, multis licet vexata calumniis. Concepi peperique veritatem, quæ me pronunciabit insontem. Nam si Thamar Judæ sententia absoluta fuit, quin magis ego tua?

Atavus tuus David Psalmum de te, priusquam veniisses, præcinuit, prænuncians fore, ut tibi afferretur aurum de Arabia: proditum de te oraculum, dum adhuc in cunabulis jaces, ad effectum perducitur, congeritque tibi myrrhã & aurum: tuo scilicet sapore condiuntur, quot ille composuit, Psalmi quinquaginta supra centum, omniaque Prophetarum responsa suavitatis egent tuæ: quin scientiæ etiam omnes, nisi sale temperentur tuo, ineptæ frigescunt.

SER-

A

SERMO UNDECIMUS.

EQuidem me nunquam ſolicitam habebit, ne quem ipſa amo, omnes etiam homines ſibi habeant. Eſto Deus quibuslibet te confitentibus, eſto Dominus tibi ſervientibus, frater quoque diligentibus te, quouſque lucreris univerſos. Cum intra me eſſes, extra me verſabaris; ſed nec poſtquam te peperi, populique oculis expoſui, vis tua me occulta deſeruit; intra me perſiſtens, circumſides me, o nate, qui matris mentem vagari cogis. Dum autem cerno formam iſtam externam meis repræſentatam oculis, formamque tuam occultam mente apprehendo, in forma oculis conſpicua meis Adamum contemplor, in illa occulta tuum tibi immiſtum Patrem. Mihi fortaſſe ſoli in duabus formis decorem tuum oſtendiſti, tuam, oro, imaginem repræſentet panis ac mens; morare in pane, & in comedentibus illum, in utroque objecto, manifeſto atque occulto videat te, ut Mater, ſic Eccleſia tua. Quicumque panem tuum abominatur, illi eſt compar, qui corpus tuum abominatur, compares ſunt, abſens, qui panem deſideravit tuum; & præſens, qui amavit formam tuam: in pane & in corpore viderunt te primi & noviſſimi. Attamen conſpicuus panis, Nate, tuus aliquatenus pretioſior eſt, quam corpus tuum, iſtud namque viderunt etiam Infideles, panem tuum vivum non item. Quocirca lætati ſunt abſentes, quoniam ipſorum ſors ſortem præſentium ſuperavit. Nunc vero forma tua ſanguine uvæ impreſſa eſt pani, cordi ſimiliter digito caritatis, pigmentis fidei. Benedicimus illi, qui verâ ſuâ formâ formas ſuſtulit è ſaxo ſculptas aut robore dolatas.

Nota. Reſpicit ad Eccleſiæ ſuæ liturgiam, in qua jubetur Celebrans, intinctâ in calicem conſecrati panis particulâ, reliquas tingere.

Hominis Filius non es, ut communi ſtylo perſequar laudes tuas: Conceptus tuus novus eſt, prodigium eſt Nativitas tua. Ecquis niſi tuo affletur Spiritu, te loquatur? Me proinde novus dicendi ardor inflammat, qualis Prophetarum mentes. Quem autem te eſſe prædicem, extraneum ne dicam, qui unus ex nobis factus es? Filium ne appellem, Fratrem, Sponſum, aut Dominum, qui Matrem nova per aquam generatione regeneraſti? Equidem ſum ſoror tua, quo amborum noſtrûm Proavus eſt David, & quo te concepi, etiam Mater, Sponſa quoque, poſtquam tua ſanctificata ſum gratia, item ancilla atque filia ex aqua & ſanguine, ex quo me mortis tuæ pretio emiſti, tuoque generaturus es Baptiſmo. Venit Altiſſimi Filius, & requievit in ſinu meo, ſuamque me fecit Genetricem: ex me genitus, me nova pariter generatione regeneravit, qui novo Matrem ornavit amictu, ipſius ſibi carnem adcorporavit, &

ipsa vicissim ejusdem splendorem induit, amplitudinem & dignitatem.

Thamarem Davidis Filiam Ammon violavit, subjere pudicitiæ jacturam ambo: Margarita mea mihi salva stetit, ex quo enim illam induere statuisti, in tuum recondita fuit thesaurum. Thamarem quidem imbuit soceri odor ejusdem aromata suffurantem; Josephi vero sponsæ contra accidit, cujus nec ad vestes quidem halitus sponsi transiit Cinnami, quod conceperat, odore retusus. Qualis murus igneus, talis conceptio tua, o Fili Sancti, me sepsit & munivit: suavissimum speciosissimo Lilio aspirante odorem, hebescere debuit flosculi vis, sed nec pixis odoratarum specierum plena, eo flore indigebat, aut ejus afflatu: procul abstitit caro, spiritus contemplata fœtum.

Viro famulatur mulier, mulieris enim caput Vir, non ita Joseph, sed Mariæ se devovit servitio, suo scilicet Domino fœtam cogitabat. Ministrabat ergo coram Arca testamenti tui, tuam reputans in ea latentem sacratissimam Majestatem. Portavit Moses tabulas lapideas, Domini sui manu exaratas; gestavit Joseph purissimam tabulam, quam summi Conditoris Filius implebat. Interiere tabulæ, postquam tuis præceptis Orbem imbuisti universum.

SERMO DUODECIMUS.

QUem gestabam sustulit me fœtus, ait Maria, submissisque alis pennis suis complexus sublime vexit per aëra, edixitque: Quæ vides ima cum summis proli tuæ subjecta parebunt. Audii illum ab Angelo Gabriele Dominum appellari, & à Pontifice servo jam sene vidi gestatum, Magos adorantes contemplata sum, sed & Herodem offendi novi Regis adventu consternatum. Qui olim Mosis interitum petens Hebræorum sobolem suffocavit Diabolus, infantes Bethlehemiticos occidit, quo Deo viventi vitam eriperet. Profugit in Ægyptum, qui in Judæam venerat, laboriosam in ea ducturus vitam vagus & extorris: scilicet ipse se capere conantem, capere volebat. Cum adhuc Virgo esset, ignominiosa folia induit Eva mater nostra, quæ vero, perseverante etiam Virginitate, Mater tua effecta est, glorioſam stolam suscepit, omnium mortalium nuditati indumenta provisuram. Parvum illi corporis pannum commodavit, qui nos omnes vestit & ornat. O beatam illam, cujus cor & mentem obtines! Regis aula facta est, te Regni hærede illam habitante, teque summo Sacerdote ibidem sacra faciente, in Sanctum Sanctorum transiit. Nulla talem rei familiaris aut conjugis solicitat cura, fatigatve labor. Eva nidus & caverna colubro execrabi-

crabili facta eſt,ex quo ſuggeſtum ab illo conſilium illam expugnavit, & inſedit. Evaſit etiã ejuſdem cibus,ex quo in terram rediit. Tu,Domine, cibus noſter, Tu genus noſtrum,& glorię ſtola noſtrę.Cui ergo pudicitia integra manet, ejuſque jacturam timet, præſentem habet cuſtodem; cui autem conſcientia culpam objectat, hem adeſt qui ignoſcat; cui malus Dæmon infeſtus inſiſtit, præſto eſt, qui hunc expellat, & quibus valetudo morbis atteritur, hem occurrit, qui ſanat contritiones ipſorum. Qui Pater eſt, Filio conſentiat, ut accedat, & Dilecti mei fratribus adjungatur, quæ Mater eſt, Filiæ, & conſanguineæ concedat, ut ad nuptias Cari mei tranſeat, & qui herus eſt ſervo petenti copiam faciat, naturali Domino ſerviendi: quod ſi liber quiſpiam tuum portaverit, nate, jugum, unam referet mercedem: Servus, qui duplici premitur jugo, duorum dominorum ſervitio addictus, terreni atque cæleſtis, congeminatum reportabit præmium, biſque beatus dicetur, quia duo ſuſtulit onera. Libera Virgo, Fili, ſi tua fuerit ancilla, etiam cum tibi ſervit libera eſſe non deſinit. Quæ autem conditione ſerva fuit, libera fit, cum tuo ſe addixerit obſequio, prioriſque ſtatus ærumnis præſentis ſortis felicitate finem impoſitum fuiſſe lætabitur; myſticaque colliget mala in ſuum congeſta ſinum, dummodo te diligat.

Quæcumque pudicæ eſtis ad meum Dilectum aſpirate, petite, ut in animo inſideat veſtro. Vos item, quæ pudicitiæ naufragium ſubiiſtis, orate, ut inde vobis allitas eluat ſua puritate labes. Sed & vos,pii Fidelium cœtus, huc feſtinate, veſtro conſentanea ordini ornamenta quæſituri. Etenim qui omnia molitus fuerat a principio Pater Filium miſit,ut omnia ad eum, quem dederat,ſtatum revocaret. Fatuos itaque omnium Siderum ex priſca ſuperſtitione cultores correxit: Mundum, qui vetuſtatem ab Adamo, culpâ ſuâ in ſenectutem lapſo contraxerat, innovavit. Rerum conditor earundem reparator fuit, priſtinum cunctis refudit ſplendorem, corporaque & animos, qui omnia poteſt, refecit. Ergo adeſte huc omnes, quos lumen oculorum deſtituit, veſtramque nullo pretio redimite cæcitatem. Agite vos, claudi, uſumque pedum repoſcite. Voces repetite veſtras Surdi mutique; tu quoque, membris debilis & mancus, manus impeditas expedire cura, illas qui fecit, reficere poteſt, refectaſque tibi reddere: Summi nempe Opificis Filius eſt, theſauros habet ampliſſimos, omnibus refertos opibus, qui ergo cæcatus deſiderat pupillas, accedat illum, mutabit ipſe lutum, ex luto carnem effinget, oculis lumen reſtituet. In modico luto oſtendit, manus quoque ſuæ figmentum fuiſſe protopla-

toplaſtum Adam. Sed & qui nunc redivivus ſpirat, teſtatur, eundem vitæ ſpiraculum homini primitùs infudiſſe, ſic noviſſimis teſtibus creditus eſt primi hominis Filius. Certatim & vos adproperate Leproſi, quo laboratis morbum citra laborem depulſuri. Nec enim medicinam vobis facturus lotionibus indiget, ut Eliſæus olim, qui accedentes ægrotos ſepties profluente lavare jubebat, neque ullum vobis faceſſet negotium, quale Sacerdotes, qui ægros iteratis aſperſionibus fatigabant: ſed & vos hoſpites & peregrini medicorum principis opem implorate: Peregrinitas apud Filium Regis locum non habet, non enim à ſervis alienum ſe herus credit, hic autem communis eſt omnium Dominus. Cæterum, ſi Juſtus Leprâ corpus afflixit, tuque relevas afflictum, qui finxiſti, idem ipſe odiſti, & amaſti: ſcilicet, niſi tu, Juſte, illud formaſſes, nec laboranti, miſericors, ſubveniſſes: & niſi idem ipſum à te ſanum & integrum conditum fuiſſet, nec fuiſſet morbis caſtigandum: pœna, quam intuliſti, & ægritudo, quam depuliſti, teſtantur, te rerum Opificem ſummi Opificis Filium.

SERMO TERTIUS DECIMUS.

IMperante Rege, quem dixere Semham, Dominus noſter in Judæa natus eſt: Tempore eodem regnarunt Semha & Denha, lumen & luminare, ſeu ſidus & Sol. Regnator in terris, Filius in Cælo. Eo regnante, qui homines ſcripſit in libro morientium, in librum viventium eoſdem tranſcripturus deſcendit ſalutis reparator noſtræ: idem ſcripſit & ſcriptus eſt, in Cælo nos ſcripſit, ſcripſerunt illum homines in terra. Date gloriam nomini ejus. Cæſare Auguſto regnante, umbra veritati concurrit, Rex Regi, Semha Denhæ. i. e. *Sidus ſoli* Regni inſigne ſui Crucem humeris ſuis geſtavit. Per annos triginta moratus eſt in terris pauper & egens. Ergo agite, Fratres, hymnos laudis per omnes pangamus modos annis Domini, tricenis tricenas texamus coronas, naſcenti Domino applaudamus.

Hem annus init novus, idemque feliciſſimus, maximarum diſpenſator opum; hìc, precor, noſtro accedant choro Cherubim, aſſueti Filium in throno ſedentem geſtare. Gloriam ille reliquit, laborem quæſivit, & ovem ad caulas reportavit. Acceptum beneficium teſtamini.

Annus ſuccedit ſecundus, hunc occupant Seraphim majoribus adhuc tibiis noſtros promoturi cantus; poſtquam Filium ab hominibus

A nibus nefariis ac ſceleratis comprehenſum, & clamoribus conviciiſque jactatum aſpicient, quem ipſi ter Sanctum aſſidue proclamant. Scilicet ignominiam & probrum ſibi ſepoſuit, nos vero hymnis & canticis vacare docuit. Ipſi honor & gloria.

Tertium annum Michaëlis agmina celebrant, noſtræque ſociata Eccleſiæ Filium magnificant eo maxime, quod ſervientem in terris cernunt, cui in Cœlo Angeli famulantur, lavantem Diſcipulorum pedes, & labes animarum extergentem; ſubmiſſionem ejus exaltate.

B

Annum Terra ſibi aſciſcit quartum. Hæc etſi ampliſſima eſt, anguſtam Filio ſe eſſe novit, idcirco ſtupet, ſuo contemplata ſinu receptum, atque vili in ſepulcro conditum, qui Cælum implet, ac terram; ipſius magnitudinem prædicemus.

C

Quintum ſibi Sol vindicat, qui dum terram æſtu ſuo accendit, ac torret, noſtrum commendat Solem, miraturque ſuam contraxiſſe amplitudinem, & eo uſque vim mitigaſſe ſuam, quo ejus aſpectum arcanis Animæ oculis efficiat tolerabilem. Ejus ſplendorem obſtupeſcite.

Sextum tenet totus, quem cernimus, aër; in noſtros concurrit & ipſe ſenſus. Latiſſime hic panditur, atque ab ejus amplitudine & claritate pulchritudinem, & nitorem reliqua mutuantur: ideo Dominum ſuum vere magnum admiratur, dum Infantis formam induiſſe videt, & parvo in gremio jacentem. Hujus Parvuli reveremini Majeſtatem.

D

Ad laudes Domini naſcentis anno ſeptimo nobis concurrunt nubes & venti, dumque perfundunt ſtillante rore flores, ſimul aſpiciunt ad illum diem, in quo Filius demittet ſuam ad omne opprobrium Majeſtatem, oſque purulentis ſputis turpandum exponet; gratiam redemptionis agnoſcite.

E

Octavum arva petunt, natum laudatura Opificem, dumque ſuis fontibus torrida irrigant gramina, & naſcentes fruges, adorant Filium ab ubere pendentem, & puriſſimum Infantem lacte Virgineo paſtum. Bonæ voluntati ejus benedicite.

Annus nonus Terræ datus. Laudavit illa ſui Conditoris potentiam, quod inſitis ab Orbis conditu ſeminibus gravidatam uſque modo perenni fœcunditate omnia parere, & fundere ex ſe ſe facit. Nunc vero magis exaltat, quod videt Mariam terram per ſe fitientem, admirabilem mirabiliter peperiſſe prolem. Teſtatur eundem omnium eſſe pelagus bonorum. Ipſum magnificate.

F

In annum decimum incidit Mons Sinai, nato Domino laudis modulatur hymnos. Et hic quidem illo præſente deliquatus olim

contabuit; At brevi ſentiet ſcelerata manu ſaxis appetitum; ſuſcepit nimirum lapides, qui ſuam ædificaturus erat Eccleſiam ſuper Cepham. Mirare divini artificis opus.

Undecimum invadit Mare magnum, mirabatur olim Filium, ſuo freta metientem pugillo; nunc vero ſtupet Cælo demiſſum exigua immerſum profluente; Mundum videlicet lavabat. Huic inſigni facto plaudite.

In duodecimo panditur Sanctuarium, & intrantes ad laudandum Dominum invitat, dum in ſpecie ſuboleſcentis Pueri exhibet ſenibus aſſidentem. Conticuere Sacerdotes, poſtquam Agnus ſolennitatis ſua in ſolennitate balavit. Benedicite ei, cujus eſt miſericordia & propitiatio.

Ad annum tertium decimum diademata Regum Regem mirantur, qui moriendo vincit, & quo ſpinea redimitur corona magnam molitur tiaram Adæ, quem ad dexteram ſuam locare decernit. Illi, à quo miſſus eſt, laus ſit & benedictio.

Ad quartum decimum recurrit actum in Ægypto Phaſe, Phaſis naſcentis dignitatem teſtatur; proceſſit iſtud univerſa tranſiliens, nec enim Pharaonem, ſed infernas Legiones demerſit, non equites, ſed Dæmones ſuffocavit; nato vindicatori habetote gratiam.

Succedit ad annum quintum decimum gnatonum Agnus, quem Moyſes mactavit. Dominus non ita, ſed ipſe occiſus ſuo redemit homines ſanguine. Idem cum ſe paſtorem feciſſet pro omnibus mortuus eſt. Genitori ejus benedicite.

Ad ſextum decimum habes frumenti granum, quo adumbratus, & laudatus eſt Arator ille, qui terræ ſterili corpus commiſit ſuum. Granum frumenti fuit, quod omnia natum ſua texit umbra, panem ex nova confectum farina dedit. Innocentem laudate.

Annus ſeptimus decimus vitem præſentat. Naſcentem hæc laudat Satorem ſuum. Duas ille ſevit Vineas, habuit animas quaſi plantas, alteri cum ſuo Domino compoſuit pacem, deſtruxit alteram labruſcas ferentem. Juſto Everſori laudem & gloriam tribuite.

Ad annum duodevigeſimum vitis, quam Aper de ſilva depaſtus eſt, vitem veram commendat, quæ culturam minime neglexit, fructum cuſtodivit, & Domino vineæ ſuum proventum repræſentavit; Cultoris gratiam agnoſcite.

Anno undevigeſimo verum fermentum conſperſio noſtra magnificet, quod poſtquam in terrenam ſe concretionem infudit, omnes collegit errantes, atque una imbutos diſciplina, in unam ſententiam coire fecit; ejus prædicate Doctrinam.

Ad annum vigeſimum ſal occurrit; corpus

A

ܕܡܪܝܐ ܫܡܥ ܘܥܒܕ ܠܫܘܒܚܟ ܚܝ ܗܘ ܕܢܫܒܚܘܢ ܠܟ ܐܢܚܢ ܕܟܠ ܡܗܝܡܢܝ ܒܟ ܢܦܫܬܐ ܘܦܓܪܐ ܡܬܩܢܝܢ ܡܢ ܗܝ ܗܝ ܗܝ ܕܡܗܝܡܢܘܬܐ ܡܠܚܐ ܗܝ ܕܢܛܪ ܠܗ ܡܢ ܟܠ ܫܚܝܬܐ ܘܡܢ ܗܝ ܗܝ ܗܝ ܕܛܒܬ ܠܢ ܕܒܗ ܐܬܝܕܥ ܠܢ ܕܒܪ ܡܢ ܗܝ ܗܝ ܗܝ ܕܐܬ ܠܢ ܠܡܫܒܚ ܠܟ ܡܪܝ ܫܡܥ ܘܥܒܕ ܠܫܘܒܚܟ ܕܡܪܝ.

ܠܡܐܬܐ ܘܚܕ ܕܢܗܘܘ ܡܫܬܝܢ ܒܡܪܝܐ ܡܬܬܝܒܝ ܡܝ ܗܘ ܕܢܗܘܐ ܠܗ ܠܡܝܬܒ ܠܗ ܘܠܐ ܢܫܬܟܚ ܠܗ ܡܢ ܟܠ ܡܕܡ

Ad annum vigeſimum octavum Filio laudem tribuerunt, & gloriam omnes cujuſvis conditionis potentes, qui à Tyranno nos liberare nunquam potuerunt. Unus ſcilicet eſt idemque cunctis adorandus, qui ſua morte rem noſtram reſtituit. Aſſertam nobis per te libertatem grati teſtamur.

Anno vigeſimo nono occurrit nobis Job. Multa hic paſſus eſt, ſibi tamen, nobis Dominus, qui pro noſtra ſalute pertulit ſputa, lanceam, ſpineum ſertum & flagella, convicia, contumelias & ludibria. Miſericordiam ejus magnificate.

Trigeſimo ad Domini laudationem nobiſcum concurrunt, qui Filii morte revixere mortui, viventes, qui ad pœnitentiam redierunt: Cælum, ac Terra, quibus pax & tranquillitas parta fuit, Patrem & Filium glorificate.

A ...

B ...

S. PATRIS NOSTRI

EPHRAEM SYRI

SERMONES POLEMICI

Sex & quinquaginta adverſus Hæreſes.

SERMO PRIMUS.

A QUiſquis ægrum ſanare cupit, pœnam exaggerat, nec ideo minus amat; torquet, nec odit, nunquam minus iratus quam cum ſævit: Secus Medicus non eſt, ſi ex odio ſecat. Amat, ejuſque amor honeſtus eſt atque gratiſſimus, eſto infeſtum ſit, & horrendum ejus ferrum. Idem jucundiſſimus dum ſanat, eſto moleſtus fuerit, quando curabat. Non ſic Invidus, qui dum furit multiplicem hominibus infixit morſum. Scilicet cum B ira furentem concitaverit, in obvios quoſque truculentus irruit, furor occupat animum, linguam exagitat maledicentia; velut cum atro inficitur veneno profluentis caput, aut arboris radix. Sicubi blanditur, mentitur, & fallit; pomum offert, ſed quale Sodoma proferre ſolent, ingenii nempe ſui fœtum. Vitiorum genus omne illum exercet, ſupercilium attollit faſtus, animum lacerant ſimultates: laqueos ſtruit, & pulchram obtendit C ſpeciem, fallacem nubem imitatur, ſaluti conſulere videtur, exitium parat, tranquillo Cælo grandinis procellam vehit, hanc ſcilicet peſtem perpetuo aluit. Animus illi, ut obſcurus, ita minime ingenuus, verſuta vultus lætitia, & comitas ſimulata: hilaris & jucundus occurrit, ſcilicet meditatur furtum: in alloquio inſidioſus, dum apertum, & ſimplicem credis, machinatur dolos: gratiam fingit in odio, ut impenſe amari ab illo te D putes, vix tamen ipſo alius tibi capitalior inimicus; nam & odia inter concordantes inſtruere illi ſolenne eſt. Si blande tibi arrideat, cave, ne capiat: ſuaviatur, ut mordeat, cervicem mulcet, fauces elidere cogitat. Sic quæ cum malo tuo cœpit, perſequitur, & confecit. Quoties Leo in ſaltu occurrentibus ceſſit, deceſſit è via, & Anguis intra ædes receptus, neminem læſit: Lividus domeſticos & exter- E nos promiſcue infeſtat; Quin & illa carnaria turris, beſtia in locis Orienti ſubjectis frequens, ſublime tergum homini ſponte ſubmittit, & ſeſſorem non modo ſuaviſſime, etiam glorioſe more ovantium circumvehit.

Colubrum ſi offenderis, nullus te perturbet metus, quin & ſi Dæmonium occurrat, ceu umbram contemnito: ſi autem Invidum proſpexeris, tibi obviam venientem, te ipſum obſigna & circumſpicito fugam, ſique forte inopinum adoriatur, videſis, ne cum illo

illo moreris, citus alio, qua licuit, divertito, ubi relegens hiſtoriam Job, imaginem tuam ejus tentatione delineatam agnoſces. Lethifer illi halitus, ſicubi te afflaverit, occidiſti. Si femina te amaverit, cum Joſepho communē habebis ſortem, ſin contra oderit, cum Elia exiliū, & ſi fraternū odium declinare neceſſe ſit, Jacobi alas tibi accomodabis: Invidiam autem utrum poſſis fugere, Abel tibi jam prælibavit; Invidi naturā perſpicies, ſi quæ ab Invidis paſſus eſt Dominus, relegeris, non eſt, quò ultra pergas, ſuma aſſecutus. Lividus nunquā vacuus à ſcelere, vibrat exertam aſſidue ſicā, ſanguinem petit, quo ſitim reſtingat. nudavit etiam Chirurgus ſtrinxitque amicum ferrū, amare nimirum eſt, reſecando ulcera curaſſe. Nec inde culpatur, quin poſtquam ægroti conſanuerint, laudant durum Medicum, ſi non feciſſet vehementer vituperarent, quia fecit, de reſtituta ſanitate ſibi illique gratulantur, fatenturque duro ejus regimine ſe fuiſſe ſervatos.

Quanta putas exarſit Diabolus invidia in corpus Bardeſanis, ut ipſe ſuo ore ſibi præcideret ſpem, dimidiumque ſui infamaret? Linguam exeruit, ut ſuam reſurrectionem ejuraret. Marcionem impulit in rabiem, & ad inſaniam redegit, ut in ſuum Effectorem audacter inſurgeret, atque maledictis Conditoris ſui majeſtatem violaret. Manethi ſuum quodammodo accommodavit amiculum, ut illo velut proprio inſtrumento abuteretur, ſuaque per ipſum funderet oracula. Horreum lolio plenum Bardeſani dedit, quo per agros diſſeminato, & mox ſuboleſcente triticum lappis tribuliſque ſuffocaret: ita, ut demum cum ſua ſegete ipſum ſatorem in faſcem compingeret unum. Lupos Marcioni Apoſtolorum larva velatos ſociavit, texitque veſtibus, quas Aguis detraxit. Manethem pro Sue habet, terram humore ſolutam & putrem ipſius opera aſſidue volutat. Bardeſani ſermo palam in concione pudicus, in clandeſtinis congreſſibus modeſtiam in audaciam mutavit, jactavitque impias in Deum voces: feminam imitatur furtivis aſſuetam ſtupris, in conclavi mœchatur. Marcion ſcorto comparandus, quem omnes execramur, adorat. Manes cum amaros avide hauſiſſet ſuccos, recrementa Draconum ſepè vomitavit, natis alumniſque refudit venena felle & abſynthio amariora. Pretioſis veſtibus, gemmiſque ornavit Bardeſanem. Marcioni accommodavit ſaccum, quo Filios lucis infuſcaret. Ut incautos falleret, pallore imbuit Manethem. Suis ſingulos vitiis inſtruxit, Marcionem maledicentia, verſutia Bardeſanem, ſic, ut in Manethem purgamenta, fæceſque cōgereret, & exhauriret.

Cœpere novæ antiqui Serpentis ſoboles in Orbem proſerpere delinitos verborum lenociniis

nociniis ſimplices circumvenire, atque inter imperitum vulgus ſerere errores. Generis nempe ſui auctorem referebant. Evam ille puram, & ingenuam in Paradiſo nactus, liberalibus blandiſque verbis adortus eſt, credidit illa amicum, conſilium ſuggeſſit, acquievit illa conſulenti; deceptam ſe tandem agnovit, credulitatem ſuam damnavit, & percuſſa doluit. Solenne ipſis eſt Corporum obſervare motus, temporum ſupputare momenta, tonitrua ex codice examinare, indeque arcanas ſignificationes petere, plenilunia cum ſigno Zodiaci comparare. Scilicet cum oporteret verſari, & agere cum Eccleſia, Ove nempe Sanctorum libros ruminante, libros peſtilentiſſimos ſtudioſe revolvunt. Si quem corpore valere norunt, huic mentis ſanitatem auferre conantur, ægrotum inviſunt, ut mox convaleſcentem interimant; colligant confractum, ut inde ſuos in laqueos inducant. Puero infixit morſum veneficum reptile, magicum illi carmen confeſtim inſuſſurrant, ſcorpius nempe miſerum percuſſit extrorſum, introrſum faſcinatio contudit, geminas inter peſtes imprudens ſe ipſe conjecit.

Jezabel Achabum vicit, victi annulus epiſtolam obſignavit, teſtis victoriæ fuit. Hæreſis Bardeſanem accuſavit, ipſius ſermo velut appreſſum ſigillum convicit, illum non falſo crimine delatum. Marcion ſuam inſuper operam contulit propriæ damnationis libros ſcribentibus. Manes ingenuitatem ſuam ſodali ſuo vendidiſſe ſe ſcripſit. In ſpecubus Bardeſanis audies voces & carmina: animadvertens enim, homines in primo ætatis flore muſices ſuavitate capi, carminum concentu Juvenum mores corrupit. Marcion Serpenti ſimilis jejunavit, jejunantis aures ſerpens Diabolus grandioribus verbis implevit. Idem Manethē liberalibus ampliſque promiſſis captum raptavit. Bardeſanis nil tale opinātis deſtruxere ſeptum; in eo quippe legebat ille non veritatis alumnos Prophetas, ſed libros de ſignis Zodiaci tractantes aſſiduè volutabat. Mundus in Marcionem ſuo Conditori contumelioſum exarſit, proptereaque vagus ac tremens circum pererrat orbem. Plus nimio efferbuit Manethis ferocitas, & protervia, ideo vicini Orientis populi velut objectam ſibi in itinere offenſam illum ſuſtulerunt.

SERMO SECUNDUS.

QUis ille primus Bardeſani à Deſane aſcivit nomen? congruit id certè magis Bardeſani, quam Deſani fluvio; non enim hic carduos & Lolium advexit. Marcionem Diabolus ſtudiosè lavit, ut contaminaret, acuit, ut obtunderet. Amiculus fuit Manes, ſuas detrivit veſtes. En Manichæi canes

canes quoslibet invadunt; pro quotidiano pane obvios quosque solicitant. Morbidi canes sunt, qui panem frangere quum nequeant, peccata, & delicta condonant. Et in hoc quidem multa laborant insania, & acriter contundendi sunt, quia Unus est, qui peccantibus peccata dimittit. Frustra de verbo illius, qui vera loquitur, arbitria faciunt, illud ad suum sensum detorquentes. Ille siquidem Discipulis suis potestatem tradidit, ut semel dumtaxat per aquas humanæ naturæ noxas expiarent. Qui autem ipsis concessit, ut absolverent, & ligarent, simul præscripsit, ut crimine obligatus, ejus conspectui se sisteret, qui omnia peccata dimittit, & veniam flagitaret, neque enim sine dolore nostro nos expiat. Æquum namque est, illum perturbari, & mœrere, qui captus voluptate deliquit. Si autem qui omnia sanctificat, per nostrum dolorem nos justos facit, nugas vendunt, qui de panis frustulis justitiam nos sperare jubent. Filius Buzi te appellat, dum impios accusat, assuetos divinationes pro fragmine panis licitari. Sic sublata pœnitentia, opsonatur ventri. Cave puer, ne his hominibus credas, ne operã perdas. Quam jactant peccati remissionem calamum quassum puta, peccatum condonare dicitur, exaggerat. Hæc sacra dissolutis, & inertibus mire placuerunt, impuris illorum moribus consentanea sunt, quæ si procederent, nullus in Gehennam descenderet. Ejusmodi religionem ipse quoque probarem, minime laborioſam.

Ezech. 13. 19.

Femina Sabaticos sibi subdidit, caput manui ejus submittunt; illa interim in sublimi throno sedet, in illorum auribus insusurrat, barbis illudit. Siccine illam natura nec increpuit, nec pudore suffudit? Item Cuch Cuchitis mysterium præstitit nominis sui; Cuchas enim, *Amphoras*, inanes suis eos institutionibus effecit. Illud tamen mirare novum, quod cum sint pares, dispares tamen videantur, Diabolus illos reformavit in tibias, inflavit, & seditiones concitavit. Fides sunt, quarum nervi discrepant, ut in unam nequeant conspirare vocem; illas scilicet execrandus ille mali artifex excogitavit. Cepere arcus, nullum tamen non dolosum. Vini unius recrementa biberunt, sensum illico abstulit temulentia. Fæces istas alter alteri miscuit, & ex ore suo in os alterius inflavit. Quod animadvertens Ecclesia illos appellavit; Diabolus extimuit appellantem, quod viris modestis sanctisque florere sciret, personam callide occultavit, suorum zizaniorum mysteria disceptationibus interpolavit; veritus, ne ad aures Ecclesiasticorum Doctorum manarent. Interim emissarios suos fastu superbiaque inflatos quasi metalla refudit obsignavitque seditio-

ditionis ſigillo; diſcordiæ ipſis imaginem impreſſit, poſtquã mentem ademit. Ubi ergo viderunt ſe ab Eccleſia rejectos, congeminarunt dogmata, vera furati, falſis admiſcuerunt. Hoc artificio capti cæcatique auditores, cum nullũ adhiberent examen, quo genuina in eo corpore membra ab affictis ſecernerent, confuderunt. Scilicet cum Diabolus ſciret vix fieri poſſe, ut manifeſti errores fidem invenirent, novæ ſectæ axiomata, cum veræ religionis dogmatibus compegit, hac via licuit aliquando frontem attollere, propriaque commenta proponere, eaque ſuſtinere veritatis illigata decretis. Divinas Scripturas truncavit, ut, obſtetricante emiſſariorum aſtutia, pareret confuſionem, & velut per anfractus doctos & indoctos in ſuas foveas pertraheret. Hæreſis in propria ſpecie fœdiſſima, deſpicatiſſima item fuiſſet; appreſſo veritatis ſigillo, ejus turpitudinem diſſimulavit, ut veram effigiem celaret, & falſa ſpecie deciperet. Et quia aliquid de veritate ſurreptum eſt errorique admiſtum, diſciplinam, nec ex toto falſam, nec ex toto veram compoſuit, propria illam furta ſatis ſuperque revincunt, ut nullum defenſioni locum relinquant. Quin & illud vitæ fermentum, quod Hæreticus de noſtro furatus eſt, ſuis admiſcuit dogmatibus; quod nimirum timeret, ne inde vitalis ejus vis animos auditorum afflaret: vocabula ſurripuit, & retinuit, ſenſum mutavit, ut alumnis ſuis qualecumque fundamentum præſtrueret. Illorum ſcilicet labor error fuit, & mox caſura turris.

Eccleſia ipſorum ſcripturas ex toto, & uſquequaque rejicit, quamlibet illi Scripturis apud ipſam depoſitis ſe credere teſtentur: & vero dum Moyſen etiam extare fatentur, ipſi ſe crimine falſi arceſſunt, quo inter ſe diſcordes alter alterius Scripturas adulteratas fuiſſe contendit. Sic nimirum (quod tamen minime advertunt) coronam ſimplicibus texunt, qui Moyſis libros ſimpliciter amplectuntur. Quidquod dum ſe putant grande aliquid inveniſſe, à veritate ſcitè circumventi victi ſunt. Suorum axiomatum judices appellavit, teſtes fecit ac vindices. Dumque ipſi ſe mutuo refellunt & damnant, veritas Gedeoni ſimilis evaſit; ſiquidem dum inter ſe dimicant, mutuoque vulnere cadunt, illam coronant. Veram Scripturam extare omnes Hæretici fatentur. Quod ſi ex falſo credidiſſent talem nullam reperiri, reponeret quis forſan ipſis fuiſſe incognitam. Jam vero ejuſmodi excuſationem ipſi exarmarunt, ex quo ipſas mutilavere Scripturas. Sacros namque corrupere codices, & vocabula quorum una debuit eſſe explicatio, ad peregrinos ſenſus detorſerunt. At vero ſi quis hoc auſit, ſuique corporis membrum recidit, reliqua requirunt ac

repetunt reſectum. Quin & locus unde reciſum fuit clamat, illud abeſſe. Cum autem verbum, quod ablatum eſt, vivum ſit rerumque vita, mors idem furripienti fiet, quod ſuo loco fixum legenti vitam dedit. Hoc eſſe crede veræ doctrinæ corpus, quod Hæretici mutilarunt; cum ipſius ſententias, puta, ejus membra, truncarunt, ſed quia ſuas adhuc retinet dimenſiones, perſequitur quæ reſecuere membra quamlibet diminuta: certè diminuta ſunt, & ideò illos, qui abſciderunt, non implent.

Eccleſia eſt, quam perfecta veritas perficit. Eccleſia credentium magna eſt, ejuſque ſinus ampliſſimus, duorum Teſtamentorum plenitudinem capit: Ciſternæ quaſſatæ repreheuſæ ſunt, quod aquas continere non poſſent. Utres veteres ſua novitate vinum ſcidit, & novos ſua acerbitate diſrupit. Viderant errantes gemina teſtamenta pulchre coagmentata & compacta in unum coaluiſſe veræ doctrinæ corpus; periochas ex utroque decerpſere, deſcriptaſque in unum compegere volumen, inde ſunt natæ illorum Scripturæ. Et quoniam textus ſibi mutua connexione coherentes diſtraxere, & reſectos diſſolutoſque abſurdis interpolationibus paſſim inquinarunt, quale, putas, inde prodiiſſe monſtrum, quam deforme, quã fœdum? aut quantam fuiſſe illorum inſaniam, qui ex ea membrorum laniena perfectum abſolutumque corpus condere voluerunt? Volumen, quod legunt ſacrum, principio caret, cedo, cujus formæ compoſuere corpus, cui truncavere caput, & ambas manus, duo nempe Teſtamenta? Quis monſtrum tam deforme vidit, corpus pedibus manibuſque truncum? Ipſi ſcilicet, qui finxere artifices cæci & contentioſi. Ubi locanda manus fuiſſet, obtruſere oculum inepti, leviſſimi nugatores: Lævam manum audacter reſectam abjecere, ſiniſtrum ſubſtituerunt pedem. Ipſa ſcilicet membrorum coagmentatio teſtatur, in quantum errorem prolapſi fuerint, & qualem confuſionem induxerint, poſtquam clarum illud & purum divinorum oraculorum corpus violare auſi ſunt, turbatiſque confuſiſque textibus, novas Scripturas condiderunt.

Salve Eccleſia, quam veræ doctrinæ corpus lætificat, in quo mirabilem videre eſt membrorum conſtitutionem, dogmatum integritatem, promiſſionum fidem, triumphorum coronas. Format ſublime caput veritas, exhibent gemina Teſtamenta munificas & liberales manus, Apoſtoli ſenſus componunt rerum nuncios, cætera implent viri ſancti, juſti & Prophetæ.

SER-

SERMO TERTIUS.

AGE, Fidei desertores, ceu convictos fures redarguamus, quando & ipsæ, quas rapuere, opes adversus illos declamant, vocales enim sunt. Vera nomina invaserunt, quæ rebus fictis accommodarent, inde factum, ut sicut divinas compellationes honorata ab Ethnicis numina proprias olim sibi fecerunt, sic sempiternæ quædam naturæ divinis insignitæ vocabulis, divinum etiam sibi nomen & cultum invenirent. Nec enim isti Nugatores à sempiterna natura numina ejusmodi accersivere, sed naturæ per se non existenti, sempiternam existentiam de suo affinxerunt. Quare in substantias æternas & in ævum duraturas, sempiternã sciderunt naturam, & incommunicabile nomen pluribus commune fecerunt, sic, ut illius præstantissimæ Essentiæ excellentiam virtutibus præcipuis quinque participarent. Æquale, dicunt, illarum est nomen, nec dispar ætas aut vis, ut vel altera alteram tempore sequatur, aut altera alteram dignitate præcedat: quo enim nuncupatione pares sunt, pares potestate, ac efficentia esse oportet. Omnes ergo æquali potentia præditæ sunt, sic, ut vel omnes omnia efficere possint, vel nihil efficiant, quia videlicet nihil sunt. Ehu miseros fidei post susceptũ baptismum desertores!

Asseruit Bardesanes cum Marcione dualitatem Deorum, & si rejeciisse videri velit. Et quidem duos Deos esse impossibile est, cum Dei nomen indivisum sit & unum: & si Deus unus non est, nec Deus est; nec vero Deus, nec unus est, si nec summus, nec super omnia est. Impossibile autem est illum omnibus super esse, cui jungitur æqualis. Jam si plures Dii non sunt, nec sunt plures naturæ sempiternæ, cum divinæ naturæ, & naturæ sempiternæ unum sit nomen & communis dignitas. Notum namque & proprium Dei vocabulum est, substantia per se sempiterna initio carens, natura prima omniaque præcedens. Bardesanes itaque, qui contendit plures Deos esse non posse, si docet plures nihilominus esse ἀιώνας i. e. substantias per se sempiternas, jam admittit quod rejiciebat. Cum divinam ignorarent naturam Errantes quidam, in plures illam dissecuere Deos. Substantias quatuor easque sempiternas in quatuor Mundi plagas distribuit Marcion, adjecitque duos Deos, alterum infra terram compegit, alterum Cælo locavit: duas item Manes excogitavit substantias. Ambo refelluntur, quod constat summam naturam, nec habere parem, nec secundam, ejusque proinde nuncupationem, atque potestatem unam esse, perinde ut una est & singularis ejusdem divinitas & existentia sempiterna.

Jamque revixit in Bardesane vetus Græcorum error, docentium a pluribus agentibus sempiternis mundum conditum & constitutum fuisse : invasitque Manetem Indicus error, ut induceret duo contraria numina atque inter se pugnantia. Tertium adjecit Marcion. Sic multiplicavere Deos, ut nullum haberent Deum. Contestatum furtum est, perspectumque errorum ejusmodi inventores ab uno Summo Deo clepsisse nomina, iisque res minime existentes induisse & incomunicabilia ejusdē nomina, cum rebus factis participasse. Marcion & Bardesanes impie affirmant non unum esse rerum conditorem : summi scilicet Opificis opera rebus ab eo factis attribuerunt, sic, ut Filium & Spiritum Sanctū cum istis confunderent. Adeo rerum omniū effectores nullos fuisse putant. Sed enim vero istos, qui Filii obtrectant majestati, ipsi, qui revixere Mortui, suis egressi tumulis refellunt. Quicumque vero Spiritum Sanctum existere negant, horum audaciam divinæ Scripturæ infringunt, dum docent Spiritum extare & Spiritum sanctum esse, & Spiritum oris Domini esse Spiritum, & apud eundem esse ipsius Spiritum. Et vero si nullum tempus sine Spiritu fluxit, si nullum locum Spiritus non implet, altercari jam absistant.

Quid quod cum credere oporteret, Mundum à Summo Patre per Filium conditū fuisse, commenti sunt Divinum Opificem in partem sui laborum vocasse Achamut feminam, eâdemque obstetricante Cœlum & Mundum in lucem prodiisse. Sic impii sacrilegi tantæ molitionis gloriam à Filio, quem negabant, in Achamut derivant & peregrinam feminam magni Opificis auxiliatricem ostentant. Jure factum aio, ut qui veritatem repulerant, decepti, mendaciis acquiescerent, atque ejusmodi strophis illuderentur.

Didici, Domine, & credidi unum esse te in tua substantia, & hanc cum illa substantia sempiterna habere communem. Audivi, tibique loquenti assensus sum, Patrem unum esse, mersus item sum ter in nomine Spiritus Sancti tui, & singulorum rationes doctus sum. Domine, cujus thesaurus, quantaslibet profundat opes, nunquam exhauritur, quivis tibi laudem tribuet & gloriam, modo sentiat, se esse hominem.

SERMO QUARTUS.

PII sanctique Dei homines visi sunt thesaurariorum personam induisse, postquam summæ ac supremæ illius Majestatis thesaurorum dispensatores designati fuere, delatamque potestatem exercere cœperunt. Inde siquidem quasi domini rerum constituti ubi-

ubique locorum ac gentium ſupremam quandam præfecturam geſſere. Pelago jura dedit Moyſes, ſibique marinos fluctus vidit obſequentes; nec enim ad ſpeciem illi Deus nomen incommunicabile commune fecit, quin ſic participavit, ut vocabulo ſignificata poteſtas maxima, ad maxima geſta procederet. Talia in ſe expertus Moyſes, falſos mortales arguit, quod res factas pro Diis haberent, ipſorum oculis ſcripto ſubjiciens ampliſſimum, quod ſibi divinitùs delatum fuerat in eaſdem imperium, illudque frequenter inculcans: in miniſterium noſtrum condita fuiſſe aſtra, quæ Cœlum ornant, quæque Terram gravidant ſemina, indeque provenientia, germina plantarum ac ſtirpium, ut proinde puderet eos ſervire rebus, quarum dominari debuerunt. Hinc porro deprehendes, quantum aberraverint fatui Idololatræ, qui naturam rerum imperio natam ipſis rerum imaginibus ſubmiſere. Hunc igitur errorem, ut corrigeret rerum Dominus earundem naturam ſæpe mutavit, ſervorum ſuorum miniſterio uſus pro ſuo arbitratu. Ploravit Ezechias, Eſajas oravit, Solique preces & lacrymas oppoſuere, coëgere præcipitantem in occaſum retrocedere præter omnes naturæ leges, quo maximam pii fletus & orationis vim Pœnitentes docerent. Potentiã mirata eſt Babylon ſuorũ numinum domitricem, purãque Ezechielis fidem ſuis laudavit donis.

Juſtus alter Jeſus filius Nun oravit, ſuſtulit manum contra Cælum, amboque diei noctiſque luminaria continuit, fixitque; diſjectoque tenebrarum ſepto tempus in duos diſpeſcente dies, lucem in biduum continuavit, plures in unum compegit dies. Præſignavit, quod Dominus per carnem ſuam poſtea præſtitit, quando partes diſſidentes conciliavit, fecitque utraque unum, *medium parietem maceriæ ſolvens*. Tellus ſuccuſſa eſt, ivit circum clamor per loca, fuſa per gentes ſuperſtitio nutavit, vociferavere Magorum collegia. Credibile eſt, cœcos Cœlum verſus ſurrexiſſe frontem, certè quiſquis orbus non fuit, oculos ſuſtulit, in pedes quiſque conſtitit, Mundus ipſe labare viſus eſt. Biduum conceſſum eſt, quo ſpatio conſiderare cuique licuit patefactam Aſtrorum vanitatem, indeque diſcere ſpem omnem in omnium rerum Conditore eſſe locandã. Tu ergo unum crede Dominũ, &plures ejura Deos, cum videas unius hominis nutu fractas fuiſſe planetarum vires.

Epheſ. 2. 14.

Quod ſi fatui reponant, & iſtud factum Fato fuiſſe deſtinatum, cedo, quiſnam ſuſtinuit Fatum, vel quis Fatum intercluſit interdixitque, ne quid per quatuor Mundi plagas interea temporis moveret? Profecto poſtquam Solem & Lunam homini profligare licuit,

cuit, nullum supereſt Aſtrum, quod victoriam ſibi promittat. Ajunt pollere Solem poteſtate omnium maxima, minima Lunam, noviſſimum ſidus: quiſquis ille fuit, qui aſtrum omnium potentiſſimum cohibuit, idem profecto Lunam illo tanto minorem cohibere potuit. Erubuere enimvero ſtellarum cultores, Deos ſuos acie victos retroceſſiſſe, conſpicati, nec tamen illarum ſimulacra abjecere, aut appulere animum, quo intelligerent, eos homini oranti parere coactos: proindeque nec ſibi conſtare potuiſſe. At enimvero cujuſnam periculo aderint, qui propriæ cauſæ defuerunt?

Conticuere die eodem ſidera, nec potuerunt horarum ſpatia indicare; ſuos nempe Sole variante meatus, ſuos etiam illa mutarunt. Quid ergo? An non infantes per illam temporis capedinem nati horoſcopum explodunt, ceu vanum & futile commentum? Unus certe cunctis incidit horoſcopus, qui proinde omnes aut reges, aut ſervos præſagiret: contrarium autem accidiſſe Mundus univerſus conteſtatus eſt. Hebrææ matres per idem tempus uterum gerentes, nec ejuſdem ſortis fœtus enixæ ſunt omnes, nec ulla regem; cum certum ſit, neminem per id tempus natum, diademate poſtea fuiſſe redimitum; hoc enim Manaſſis capiti, qui tamen biennio poſt natus eſt, tandem accidit. Nec vero Fatum divinæ promiſſionis mutare fidem potuit, ſic ut non illud regia ſtirpe nati per continuam ſucceſſionem alter in alterum tranſcriberent.

Chaldæum Perſia Chaldæorum mater premit & revincit. Conſtat Regum Perſarum ſeriem diù imperturbatam manſiſſe, ut parentibus nati ſuccederent. Si non hoc factum negant, negare Fatum coguntur Fati laudatores; ordinata nempe ſuorum regum ſucceſſio, & conſtans ſibi longa Principum ſeries ipſos fateri compellit, *Fatum* eſſe nomen inane, quod illum ordinem variare nequiverit. Aderat rata dies, & Sol altiſſimus ſumma Cæli tenebat, injeratque hora, quam Chaldæi fauſtiſſimam prædicant, & diadematum diſpenſatricem: urbe in una quot putas eo die peperere matres? Fieri autem nequivit, ut omnes nati uno tempore, unaque in urbe dominarentur; luculentũ hujus rei teſtem habes Herodis invidiã nudum ferrum intentantem.

Item ſi unus ille dies, qui horoſcopum compoſuit, felix fauſtuſque diluxit Hebræis, cur Hethæis extitit calamitoſiſſimus? Fatum, arbitror, viſa rerum in exitus adeo varios ac diverſos converſione, erubuit. Profecto diademata non multiplicavit eo tempore, quo Joſue triginta Reges regno vitaque ſpoliavit, ut aliquando Fatum puderet ſui. Et ſane ſi Horoſcopus ingenita conditionis ſuæ virtute rerum naturas per ſe diverſas & inæ-

A inæquales, ſimiles & pares facit; contra vero evenit, ut res ipſæ ab invicem omnino diſcrepent; jam nec ſecum ipſe convenit Horoſcopus, nec ſibi conſtat ipſius influxus; nudum proinde nomen, & vocabulum ſine re nobis obtruditur. Itane æqualem dices, qui ſibi contrarius civitates, alias excidit, alias ſervavit? Sola Ducis oratio ligavit & ſolvit, quas ſubvertit urbes, & quas integras manere juſſit.

Natura ſcilicet generationem ad unum exegit modum, naturæ Dominus pro arbitratu diſcrevit prolem matris in toro nobili parientis à verna in luto & ſordibus naſcente, nec valuit æqualis horoſcopus amborum ſortes exæquare aut removere poſitum à ſummo Moderatore diſcrimen, qui nobis ſuccurrens, quo noſtras purgaret mentes, caminos accendit ubique luculentos. Nec ſane fato icuit infantem fingere peccatorem, quum vitio naturæ rationis careret uſu: nec eidem aſtra in cunabulis commeandi libertatem negarunt, aut dederunt adulto agitationem & motum, nec illa, ſed ætas rationis uſum expedivit. Vafri & nefarii homines Dei Juſtitiam optimorum morum magiſtram reticuerunt, prædicarunt vitiorum altricem ἀταξίαν ordinis perturbationem, iſta virtutis nervos accîdit, illa roborat ac firmat. Spem omnem Mundo peccatori viſum eſt ademiſſe Fatum, quo Deum orandi morem antiquavit, & pœnitentiam diſſuaſit, quo docuit, humanas voluntates aſtris famulari & obtemperare.

Quod autem Deus per bidui ſpatium planetas ab ordinario curſu continuit, viſus eſt, eoſdem habere ſibi teſtes voluiſſe, ad revincendam fatidicorum petulantiam, garrientium, ſe obſervaſſe horoſcopos, cæteris mirantibus, aſtra ſuos inhibuiſſe motus; nam & iſtud portentum oculis perſpicuum fuit, ſolita planetis nitentibus luce, ſtellas porro fixas detinuit, ut mentes anxias haberet & miratrices, arcanaque ſibi uni patere demonſtraret. Duos autem diſcrevit dies, ut ore duorum conteſtata fides ad omnes manaret: unum eſſe Rectorem Univerſi, omniaque per dilectum ejuſdem Filium gubernari: & hic quidem latet in ſinu Patris in Cœlo, quamquam & in Terris ejuſdem nomen Jeſus manifeſtatum fuit. Ab eodem Mundus & omnes Mundi partes conſtituta ſunt, & adminiſtrantur, idemque eſt Rector & Dominus Angelorum.

Interim mirari ſubit, quî factum ſit, ut ſceleſti homines ſe aquis mergendos dederint, mox leviſſimum vulgus in eadem impactum vada ſuffocarint, utque ipſi decepti ſimilis ſtultitiæ feminis impoſuerint: ignotum pertentarint iter, perque anfractus & ſalebras erran-

errantes, ſortes inde confictas illarum natis allinerint & utriſque perſuaſerint; nec porro animadverterint Chaldæorum fautores, quod ſi illud temporis momentum, quo planetarum curſus inhibitus fuit, ipſis diſcernere non licuit, nedum prævidere aut deſignare punctum, quo idem laxatus eſt. Eo longe minus licere omnes ſtellarum numerum, meatus, erroreſque deprehendere, atque mente complecti.

SERMO QUINTUS.

ATqui ſi Chaldæus præteritæ vitæ meæ geſta, futuraque eventa mihi renunciat, & ſi humanum arbitrium Fato cogitur, profecto deberet perinde ex præſumta ſibi ſcientia retexere, quæ à me dicta vel dicenda ſunt, nec enim iſta Fatum, ſi quidem omnia moderatur, latere debent. At ſi contra voluntas humana ſuorum conſiliorum arbitra eſt, Fatique imperio ejus dicta nullatenus ſubjiciuntur, jam nec ejuſdem poteſtate continetur, quidquid eidem voluntati agere lubuit, quemadmodum nec verba, quæ dixit, alterum enim ex altero ſuadetur adeo ut, ſi quæ illa dicet, incomperta ſunt, ea, quæ aget, perinde incerta & occulta ſint. Scilicet humanæ voluntatis adyta nulla ſibi ſubegit clavis.

Cæterum ſi ex diſpoſitione Fatorum plurimi naſcuntur infantes luminibus orbi, cur non item & Reges ſuis ornati inſignibus? Præterea ſi Fato fit, ut pes pedi ſimilis ſit, cur vultus & facies non item ſimiles finguntur. Diſce quod ille docet, qui hæc omnia molitur Deus, unum videlicet ſe eſſe, & ubi id naturæ utilius eſſe judicavit, ſimilia conformaſſe; contra ubi ea conformatio rerum ordini minus conſentanea videbatur res ipſas variaſſe, ut in eo nobis maxime conſuleret. Diſſimilis itaque finxit vultus, ſimul oculos coërcuit, tentationes aſſimilavit, ſimul mentes ſcrutatorum confudit: diſcrevit, ut Opificem agnoſceremus, compoſuit, ut ſuſpiceremus, ſimiles finxit, adjecitque diſſimiles, ut nos ſui ſuorumque operum admiratione compleret: ſimiles formavit idem qui & diſſimiles, cum unus ipſe eſſet hominis archetypus, diſcrevit & permiſcuit cum unus ipſe repertor eſſet & cognitor rerum.

Sed enimvero ſi divinæ œconomiæ ratio admodum obſcura eſt, ut alteri egeſtatem, divitias alteri temerè diſpenſare videatur, attamen certum eſt, hujuſmodi confuſionem à recta ratione minime exorbitare, perinde ut nec ſtellarum diſtributionem: nam etſi ſine lege videantur errare, omnes tamen ſuos conſervant motus conſtantes & ratos; tales vide-

videlicet esse jussit in usum nostrum, qui illas reperit & disposuit, non ut cogerent, sed ut officii nostri nos admonerent: nec enim voluntati per se liberæ dominas præfecit stellas, imo velut ancillas subdidit, & quasi dominæ famulari jussit: Et serviunt utique vel cum viam in continenti ingredientibus, funalium vicem supplent, vel cum maria tranantibus, littora portusque designant. Jam istuc docti Nautæ, oculos perpetuo intentos habent ad Arcturum & Arcton; Hyadas & Plejadas respectant, & observant Gigantem, *Orionem*. Non nos cætera sidera fallunt, dum testantur Unum nostris interesse rebus, omniaque perspicere ac moderari. Quidquod etiam humanæ volũtati libertatem adstruunt leges & constitutæ transgressoribus pœnæ: illæ indoctos illiteratosque docent, istæ audaces & impudentes coërcent. Judices itaque dum in parricidas & sicarios, in mœchos & fures animadvertunt, cuilibet homini adesse vim arbitrii consulendi, quid velit, admonent. Et sane si hanc potestatem tollis, ineptus es, si peccantem reprehendis, quo ergo nocentes reprehensione dignos putas, Fatum negas. Tacebit Fatum, modo reprehensores loquantur.

Quot vides surdos una signatos nota? Jam nec deni occurrent una corporis figura, unaque membrorum atque lineamentorum conformatione præditos, sed nec vultus quidem quinos Fatum ad unum conformasse exemplar, satis liquet. Veritas animadvertens, errorem suis horoscopis unitatem arrogare, qualem natura in suis observat vitiis, hominum lineamenta variavit, quo horoscoporum vanitatẽ ostenderet. Memoria nostra quidam annos supra centum vixere decem, nec tamen tanto temporis intervallo infantes visi sunt sibi invicem prorsus assimiles indole animi, corporis habitudine, oris forma ductuve membrorum. Jam cum perspectum sit, Fatum nec integro quidem sæculo potuisse vel unius infantis geminare figuram, quis credat Fato fieri, ut cæci perpetuo similes nascantur? Porro Adamus Sethum ad imaginem & similitudinem suam ideo progenuit, quod cum summus ille Opifex hominis culpâ suam imaginem oblitteratam vidisset, restituere ea ratione cogitavit, sui ergo vultus pulcherrimum simulacrum homini primitus insculptum, ejusdemque vitio mox detritum turpatumque iterum conflavit & recudit, elaboravit & erexit. Datus est parenti Sethus in speculum, spectavit Adamus se recusum in filio, suam perinde Sethus imaginem in parente agnovit. Quid? Num vidit quisquam genitum & genitorem alterum alteri impressum, & alterum altero convestitum? Duo nimirum indue-

 runt

runt perſonas duas Domini noſtri, ejuſque Genitoris.

Si Mathematici quiſquam violet uxorem, ſi marſupium vacuet, expiletve domum, menſam ſubvertat, disjectiſque lagenis, vinum effundat, ſiquidem ille ſuam uxorem ſuaque repetat, horoſcopum ſuſtulit, quem prædicabat rerum Dominum, cujus proinde vi imperioque ducantur iſthæc omnia, in quibus homines peccant, & ordinem perturbant. Si quando occurrat Chaldæus tibique tua Fata ſuis è ſchedulis recitare occipiat, involа tu in ſcriptum, ablatumque ſcindito & lacerato; ineptum Mathematicum & lapidem appella, ipſique de ſua ſecta reponito; iſtuc Fatorum item neceſſitate fieri. Et ſi quidem urgeat acceptamque injuriam tecum expoſtulet, tu viciſſim illum urgeto: quonam jure ſibi fas eſſe putet, ſua exigere, ne egeat, nec putet eſſe nefas, fallere, ut ex alieno diteſcat? Viden', ut arbitrii noſtri poteſtas factam ſibi injuriam expoſtulet, ſeu cum ablatam pecuniam repetit, ſeu cum ſuo ſe immeritam gradu dejectam conqueritur. Sic in æſtu contentionum Fatum ſuſtulerunt iidem, qui laudant: damnant nimirum, dum ſibi debita, jure repoſcunt, & ſeditioſam Mathematicorum ſectam ſuis fabulis omnia permiſcentem convellunt. Babylonii turbulenta in urbe nati aures noſtras perturbarunt; intra ejuſdem pomœrium, ſub Orbis conditi primordia confuſæ fuere linguæ, ibidem maleficas artes & ſcientiam auguriorum, ac divinationum inquietæ quorũdam mentes repererunt, Babylonem confuſionum matrem ſui ipſius cives confuderunt. Quiſquis talibus ſe credit, aut aures præbet, ſua ipſe ſentiet in viſcera inſerpſiſſe legionem Dæmoniorum, choreaſque ibidem ducentem, ludentem ac tripudiantem.

Quare beatam te dico, o Catholica, quæ oculos avertis à curſu, quem curioſa ſpectare conſuevit Babylon, proptereaque à Propheta filio Amos meritò deriſa & frequenter reprehenſa cum illis, qui ipſi aberrantes illam propriis erroribus imbuerant. Quamquàm ſtella ejus, qui mentiri nequit, Babylonios poſtea excivit Bethlehemum, ut qui ſiderum lumine cæcati errabant, ſimili luce in viam reducti, ſalutem aſſequerentur. Nec enim in curſu ſideris præter communem aſtrorum legem vagantis videre fuit, quæ de Fato & Horoſcopis vulgari errore jactabantur, quin potius inde animadvertere pronum fuit, Fato perturbari ordinem naturæ, humanique arbitrii opprimi libertatem. Erravit igitur ſtella præter ſui generis legem, quo ſignificaret, in Orbem noſtrum intraſſe ſidus veritatis, jamque diluceſcere diem, & adeſſe Mundi Reparatorem.

Eſ. 13. 14. 47. 48.

Tu,

ܐܬܪ ܐܢܬ ܠܢ ܡܢ ܣܥܕ ܐܝܡܢܘܬܐ ܚܕܬ ܒܟ ܐܡܝܢ ܐܬ ܫܩܠ ܛܥܝܘܬ ܐܦ ܐܢܘܢ ܒܢܝ ܐܢܫ ܡܬܬܪܥܝܢ ܠܡܗܦܟ ܠܢ ܒܐܣܟܬ ܐܢܘܢ ܕܡܢ ܚܠܡܐ ܡܬܦܠܓܝܢ ܠܡܫܕܐ ܒܗ ܐܦ ܐܢܚ

roſcopo dividat, quove Mathematici calculo utriuſque rationes explicent, utrum videlicet ad formationis tempus Horoſcopum referant, aut in ipſa nativitate ſubſiſtant? utrumlibet aſſumant, inde Fatum premitur ac tenetur. Si enim diem natalem petant, hunc prævertit conceptionis tempus; ſin hujus momenta ſcrutari pergant, occulta iſta ſunt, & penitus ignota. Præterea ſi cuipiam lumen abſtulit ſidus, quod robuſtum credis, unde evenire putes, ut miſero huic nulla ſimilis ſtella viſum hactenus reddere potuerit? Sin ais, Horoſcopum à natura fuiſſe ſuperatum: id enimvero contendimus teſtamurque, naturæ Dominum cuncta agere & moderari, perindeque ordinaſſe ſortes, ut per omnia tempora ſervi ſervos, liberique liberos procrearent.

Et ſane ſi Fato fieri putas, ut piſcis piſcem devoret, cur non item ut ovis ovem occidat? Et ſi quidem Horoſcopi oculos diſpenſant quonam ſurgente ſidere, Talpis decreta ſors eſt, ut omnes orbæ naſcantur. Quin nec ineptè Horoſcoporum patronos percontabitur quiſpiam, ut explicent, quis ſit Cacodæmonum & Dæmoniorũ horoſcopus? aut quæ fuerit fatalis hora legionis, quæ Chaldæos invaſit, & adhuc obtinet. Repete modo quas audiſti variantes fatidicorum ſyntaxes & conſtructiones, proindeque ſe mutuo deſtruentes: ſin minime audiſti; agedum explora Divinos, Hariolos & Chaldæos ſciſcitando quodlibet: ſtatim falſos deprehendes & mendaces. Fundamenta ſcilicet, quibus ars ipſa incumbit, labant, apertiſque rimis ubique hjant. Auguralem ſcientiam Aruſpicina deſtruit, diſſolvunt ſe invicem incantamenta, ſomnia ſomniantes ludunt, & ſidera Magos. Quid? Quod cum ſtellarum & planetarum motus ipſis aſtris liberi non ſint, expediant nobis Fatidici quæſtionem omnium obſcuriſſimam, quiſnam ſingularum ſtellarum motum cieat, & moderetur? Simul cogitent quàm ineptè agant? Cum ſervo pedibus capto, herum perinde ſuos non habentem in poteſtate motus committunt.

Vir acris ingenii Bardeſanes, qui vulgare Fatum accuſat, commentus Fatum illo præſtantius, ſuorum quippe arbitrum progreſſuum atque regreſſuum, neceſſitatem, quam in imis arguit, eandem in ſummis arguere cogitur: vim namque aliquam iſta ſuſtinere manifeſtè probant ipſorum deliquia. Faceſſant itaque impia Chaldæorum dictata, quæ divinum Opificem vehementer irritant, dum ejus poteſtatem circumſcribunt, & ajunt, cæca illam neceſſitate duci, ejuſque proſpicentiam unà cum ſtellis errare. Ecquis jam deinceps optimum diligat, ecquis Juſtum colat? Si judicii quæſtiones tollas, & claudas vindictæ cami-

caminum? Age vero si fœtui in utero matris præfuit hora cædium præsaga, mox natura vitium correxit, quando, procedente ætate, puberem arbitrii potestate instruxit, comparavitque, ut suos in virtute profectus cum adolescentis ætatis incremento promoveret. Jam cum, ætate variante, electiones prodeant diversæ ex deliberatione & consilio rationis, evidenter concluditur, rectam institutionem, modestam castamque finxisse juventutem, & commodam senectutem attulisse.

Vagantur sidera, nec motu feruntur uno, nec proinde Horoscopus errare desinet; non enim ipsis potestas est consulendi, quas velint conversiones ac tempestates. Vis atque violentia omnia premunt involvuntque tempora. Quo ergo hominis pubertatem & senectutem intactas relinquit, rixantibus declarat arbitrii libertati palmam deberi. Veritas una est, nec veritatis vis infringitur, quod si auditores inter se divisi litigant, pulcherrimam veritatis speciem temere disceptantium fœda colluvies minime afficit, minusque deturpat. Porro si veritas divisionem non patitur, restat, hanc disquirendi disceptandique libidinem quandam esse hominis ægritudinem, qui, quod sanæ mentis argumentum est, disciplinæ terminos non observat; rectam quippe fidem tenentibus tres statuuntur fines, quos prætergredi nefas est. Istos proinde intra limites cogitationum nostrarum evagationes contineamus, quorum alter circum alteri insidet, nec invidet; cæterum si unum prætergrediaris, centies millenæ, quibus omnes muniuntur, occurrent feræ. Decumani fluctus disputantium æstum prohibent divinam illam genetionem attingere: cingunt eandem prælti muri in modum, ut oppositio velut aggeri impacta mens cogatur, refracto impetu retrocedere. Præterquamquod nostram ratiocinationem cohibet orationis vacuitas, ne eo provehi queat, ubi fontem inveniat, & examinet, sed & undæ circumfrementis sali accedentem revolvunt, rejiciuntqu eretrorsum utramque. Quare sinamus ista retrusa tenebrisque circumsepta, & ad Chaldæos regrediamur. Si cui præfuit Horoscopus, & infimam nascenti sortem præfinivit. Si post contingat Horoscopum occidere, atque suo occasu funestam ac pestiferam illam horam secum devolvere citra ullam pueri jam puberis injuriam, bona infantis indoles, quæ horam cohibuit, victam etiam fuisse testatur.

Præterea quomodo Fatum omnia ordinare & componere dicis, quod nihil non perturbat & confundit. Alioquin si Fatum omnia gubernaret, quid necesse foret pondera & mensuras statuere, condere leges, & jura præscribere? Adeo ubique Fatum tenetur,

netur, & cauſa cadit. Orbis univerſus uno reclamat ore, *Fatum* factum homini laqueum ad omne nefas. Profecto nec Circumciſionem nec Præputium Fatum inſtituit, nec Fato fit, ut Gens illa conſuetudines obſervet, iſta diſciplinam, altera ciborum delectum ſibi præſcribat, altera morum. Unde nam tantus Piorum in Orbe proventus? iſtorum certe inſtitutum Fati vim, atque naturæ vitium contemnenda docuit, cum neutrum ſanctimoniam puris mentibus infuderit: utrumque, Fatum inquam & naturam, ſprevere locupletes, qui opes diſpenſavere ſuas, quique paupertatis ærumnas patienter tolerarunt Inopes. Nec illa profecto magni fecerunt, quicumque cibi potioniſque deſiderium frænantes, temperantiam conſtanter fortiterque coluerunt: Fatumque fabulam eſſe clamant, qui continentiam & virginitatem adamarunt. Vides quot Fatum oppugnant adverſarii, vides autem plurimos, omnes in acie pede in uno perſtitere, nec obſtitit Fatum, quin in deliberato ſibi vitæ curſu conſtantiſſime perſeverarent. Si quem Fatum edidit orationis expertem & mutum, is nuſquam loquitur, ſi ergo Fatum ita comparavit manum, ut ubique occideret, unde fit, ut ſicarii brachium torpeat in turba, quis præſidentis aſtri impreſſionem modo cohibuit? Præſente Judice mœcha pudefit, & commiſſum flagitium damnat, quis aſpectum illius impuri ſideris caſtigavit? Rurſus ſi juſtum & æquum perinde ut injuſtum & iniquum à Fato fingitur, quare illud omnes amant, iſtud oderunt? Item ſi nulla eſt liberi arbitrii poteſtas, nec ulla diſcernendi facultas, ſed à Fato omnia unicè pendent & aguntur, unde norunt homines eſſe Deum? Aut quomodo de Fato ejuſque legibus Chriſtus triumphavit?

Poſtremum, ſi Fatum verax eſt, nec à vero unquam diſcordat, & ſiquidem nemo non illo præſente agenteque poteſt cogitare, aut movere quodlibet, neceſſario ſequitur, nullam motionem aut cogitationem, proinde nec orationem aliquando à veritate deflectere; ſin autem nec id verum eſt, & Fatum ſæpe mentitur, obſtruantur ora litigantium; & mentium perturbatrix diſceptatio tandem aliquando conquieſcat. Diſputandi libido intolerabile jugum Chaldæorum induxit, quo enim voluntas ſuarum deliberationum arbitra propria poteſtate dejicitur, coguntur homines ad mutarum animantium conditionem deſcendere, Terra, mare communem Opificem orant, ut alium à Fato gubernatorem & aurigam ſuo currui, navigioque provideat. Tu vero hinc eruditus diſce rerum Conditorem earundem etiam eſſe Rectorem.

SER-

SERMO SEPTIMUS.

PRO comperto habeto, frater, ea, quæ ſocietatem appetunt, perinde nec ſolitaria condita fuiſſe; alioquin nec appeterent. Quid ergo? num divino Opifici placuiſſe putes, qui cæteroqui in reptilibus ſocietatis conjunctionem pro ſua æquabilitate, tuetur; puriſſimos illos ſpiritus in eas conjicere anguſtias, ut quamvis ſemen ipſis infudiſſet, novale negaret, adeo, ut in infimum Orbem deſcendere compulſi fuerint, ibique receptam ſementem, ei, quam nacti fuiſſent, terræ committere? Ficta & commentitia fabula eſt, quam ſupervacaneum eſt confutare, cum ipſa ſe ſatis ſuperque refellat. Nec vero matris in utero tanto par fœtui capedo fuiſſet. Ipſa parentis complexio arguit nati proceritatem talem futuram fuiſſe, quæ ſummo vertice aſtra contingeret. Scilicet ejuſcemodi nugarum compoſitores natura ipſa rejectat, & ipſæ feminæ fictum factum redarguunt. Sed enimvero, quiſquis cæco odio quempiam perſequitur, hunc mirificè delectat audire, quidquid adverſarii exiſtimationi honorique deterere poſſe videt, proniſque auribus excipit quælibet, quavis fama jactentur: nec verifimile ab improbabili diſcernit. Manes ut verum odit, ſic commenta credit, nec enim habet vocabulorum exploratricem fornacem. Gigantum fabulam veram hiſtoriam putavit, & Chaldæorum errorem, ſcientiam credidit. Nec, quod profundæ ſtultitiæ indicium eſt, manifeſtam vidit poſitionum cõtradictionem, ut quæ ſe mutuo convellant. Et vero quis caſtiſſimos Cœli cives ad nefarium facinus excivit? Fatum ne illos fortè afflaverit? At quo aditu aſpectum Veneris eo ſe inſinuare potuiſſe credas? Viden' ineptos fabulæ artifices ab imis perinde atque à ſummis deprehenſos & convictos?

Rurſus obſerva variantes hominum ſtaturas, indeque Fati vanitatem arguito; opponitur Gigantum ſoboli alia hominum progenies, quos homines dimidiatos dicere poſſumus, ad quorum ſtaturam accedit brevis & puſilla, cujuſmodi ſtatura fuit Zachæus Publicanus. Jam ſi contingat hanc poſtremam ab excelſæ ſtaturæ parentibus propagari, quis ambigat inde varietatem auctum iri, multoque magis conſpicuam futuram? Ab uno mirabili fonte protoplaſto omnium vocum & figurarum communis fluvius effluxit, Gigantum quoq; proceritas breviſque pumilionũ ſtatura. Hinc rurſus diſſidentium protervia vehementer premitur; nam ſi Angeli Cœlo delapſi Gigantum propagavere genus, explicent fabulæ auctores unde, quove fata parente pumilorum natio prodierit. Tres à Noëmo expreſſæ in po-

in posterorum corporibus emicuere formæ, prima Gigantum, altera infra ipsam, quam vocant mediocrem & justam, postrema Pumilorum dicta. Hinc iterum fabula descensus Cælituum exploditur: si enim Angeli Giganteæ gentis auctores fuerunt, postquam hæc cataclysmo penitus interiit & deleta est, quis deinde tum Giganteum genus reparavit, & pumilos, atque cubitalis staturæ homines progeneravit? Scilicet qui nunc, etiam tunc ab Orbis conditu homines congeneres sibi homines procreabant.

SERMO OCTAVUS.

QUIN mutas animantes audimus docentes, non fuisse suo generi definita ab astris conjugiorum tempora, proinde nec hominibus confusa? Erubescamus ad avium casta connubia, rejiciamus usquequaque Zodiaci signa; nec enim astra pudicitiam docuere Milvos, nec illa viros, aut feminas generis nostri contrario vitio imbutos in turpissima scelera impulerunt. Sed hæc hactenus: accipe nunc quo plane obseres Chaldæorum ora. Quid ais? Unum ne præsidet astrum maritis perinde atque uxoribus, adeo ut idem judex istas quidem in adulterio interpellatas capite damnet: illos vero feminas ad nefaria seducentes absolvat? aut diversum præest masculis sidus, & feminis aliud? aut: papæ quantum Chaldæi libellus & Fatum aberrant! Virgines segregatæ clausis continentur septis, nuptæ intra thalami angustias cohibentur: eunuchi & pedissequæ ad illarum custodiam perpetuo excubant: nemo non istas observat, sibi quisque fas esse ducit, ipsas arguere, increpare. Quis, cujas aut unde perpetuus iste mulieres invasit hostis? Vel quis exemit legibus viros, & impune vagari permisit, ut impurè intemperanterque vivendo in singulos dies Justitiam magis irritent. Fatum ne dices concessit viris intra atque extra lares vagas excercere libidines, adeo ut si quis servi violet uxorem, non idcirco vita periclitetur? Quid si servus & hera conspirent, & adultero qualem intulit, referant injuriam? Quem jam esse dices qui istiusmodi crimina perpetrantibus succenseat, quia nefaria aversatur? Quisve eadem vindicet, quia justitiam amat?

Justus conjugia libravit, lance in altera appendit Evam, Adamum in altera, nec enim geminos, aut geminas fecit, docuit alterum alteri esse obligatum. Hæc ipsa trutina novissimo die redivivos conjuges justis examinabit ponderibus. Quicumque viæ terminos transtulerit

ſtulerit, ad ſiniſtram transferetur. Vide, vir, ne tua te intemperantia à juſto & recto abripiat, ut putes, ſolam feminam naturæ legumque ſtatutis teneri. A Coſta diſce judicium tuum, tegitur illa quidem, ſpeciem tamen habet decoram minime lucifugam, minimeque deſpicabilem; tibi autem ut natura dedit conſpicuum & ſublime caput; ſic vultum texit ſuffuſus ex recentis ſceleris conſcientiá pudor. Jam vero capitis tui figura doctus hoc agita, quo purges oculos, os, frontem, ut ea populo oſtendere non pudeat. Hebrææ feminæ lapſæ ſunt, conſenſere ſtuprum, eo tamen, quod coſta infirma eſt, ſua ipſis ſolummodo culpa nocuit. At vero poſtquam caput inclinavit in vitium, intemperantiæque ſe dedidit, vicena hominum millia, lapſum ſecuta pœna involvit & oppreſſit. Nathan Coſtam præteriit, caput appetiit & objurgavit: dimiſit Balam Jacob, & primogenito maledixit.

Cæterum ſi Aſtra, Fatumve diſpenſant ſortes, pecuniam, agros; quicumque putat ab illis diſtribui, quæ ipſis ſubjacent, atque infima ſunt, explicet, quiſnam propalavit bona Aſtris, Fatoque ſuperſtantia, atque ſumma? Jam ſi nec Aſtra nec Fatum iſta manifeſtarunt, unde, cedo, iſthæc ingentium promiſſorum ſcatent fluenta? Inde reor, unde promiſit Adamo Serpens immortalitatem, ex quo tamen mendacio mors & error ad omnes mortales manarunt. Porrò ſi aſpectus Aſtrorum reveretur fures, ipſorumque motus ſicarios metuunt, ac tacent, ſi ipſorum ardor in ſenibus & parvulis languet, & ipſa humana ratio illorum fallaciam redarguit, eſto hoc ſatis ad refellendum Chaldæorum errorem, quo oſtendimus noſtri arbitrii poteſtatem Aſtra ſupervadere. Quicumque integri caſtique vixere, viri feminæque juſto certamine vicerunt illam Impuram, quam tamen ſeptem planetarum numero accenſuere Chaldæi. Venus eſt, quam colunt Iſmaëlitæ, noſtras in terras illa aliquando invaſit, nunc obtinet Hagarenos.

Fatum ne dices, corpora ſuis imbuit coloribus? Atqui nec atrum Indorum colorem, unquam mutavit, nec ſuum Medis fuſcavit candorem. Auſtrales populi corpore aquilo, Boreales flavo, barbati Orientales, Occidentales cincinnati Fatum explodunt. Diademata & munera regibus, & principibus viris deferuntur, quin & ſaxis artificioſe dolatis adolentur thura; opus ſuum artifex eſſe novit, honorat tamen & reveretur, qui ſtellas non vituperet, nullus eſt. Fatum dixere cæcum, ſeneſcentem Lunam, in trivio tanquam meretriculam, expoſuere Venerem. Inter planetas duas diſtinxerunt feminas, nec

nec nomina ſunt, nomina ſcilicet ſine re, nomina ſunt feminarum, quas, puta, plenas ſtupri, ſceleris, flagitii. Si autem communes omnium uxores ſunt, quem ex his pudicum, quemve rectum eſſe reris? Qui nec avium legibus matrimonia ſanxerunt. Lunam, Veneremq; feminas finxere Chaldæi, reliquos quinque planetas mares eſſe credunt, infamarunt conjugium, meretricioque æquarunt, imo penitus ſuſtulerunt. Habet hinc Chaldæi uxor, quo conjugem Zelotypum premat & confundat: decet enim Chaldæi uxorem ſideris ejus inſtitutum tenere: parenti item convenit Filiæ conſulere, ut Lunæ ſe inſtituendam tradat, quo tandem diſcat non eſſe pudicam. Alium præterea ajunt eſſe planetam cruentum & crudelem, & hunc filio præceptorem deſignet. Ita tamen ut nec ipſe Chaldæus detrectet, imitari Saturnum, ſuoſque vorare natos.

SERMO NONUS.

CEnſen' planetam, quem Rhetorem dicis, eſſe diſertum? Os namque motumque ſideris gubernat extranea vis. Adeo certum eſt, quem aſſeveras omnium actuum arbitrum eſſe, nec ſuum habere in poteſtate motum; cum ergo ſit expers vitæ, otioſum eſſe oportet, nihilque per ſe agitare, minus vero quodlibet animare. Nec vero credibile eſt, inanimem exanimatis vitam impertiri, aut noſtræ menti infantem fandi facultatem inſerere: deinde quî fieri dices? ut cæcus naſcatur ſub ſidere non cæco, & ſub planeta non muto mutus. Næ tu claudicas quicumque doces, claudicare ſtellas. Quin dicis, Fatum monſtrum eſſe informe, omnibus conflatum formis, mutum, cæcum, claudum, & malo dæmone obſeſſum. O qualis, quàm horribilis fera Chaldæos invaſit!

Porrò ſi Zodiaci ſigna ac planetæ mente intelligentiaque prædita ſunt, ſuam profectò norunt conditionem, viliſſima autem eſt, cum illorum orbes externa vi perpetuo rotentur motu, ipſorumque poteſtas in eas anguſtias contracta ſit, ut nec inimicis nocere poſſint, nec amicis prodeſſe; utrũque vel infimo principis ſervo conceſſum eſt. Ex eo quod calidus ſemper ſit ignis, quod aër frigidus, humidũque elementum aquæ, terræ vero ſiccum, conſtat ex eorundem natura, proprietates ipſas profluere, quare nec illorum poteſtati arbitriove ſubeſſe. Jam ut omnia ſua ratiocinia conferant Chaldæi, nihil afferent, quo explicent, quomo-

quomodo cæci ſideris aſpectus Fatuos promiſcue ac Sapientes hactenus procrearit: nam ſi quæcumque calore prædita ſunt aut frigore, frigida aut calida progenerant, id utiq; ex indita ſibi facultate efficiunt; de ſuo itaque ſua per ſe cõmunicant, nec præter approximationem cauſæ ad effectum nullus intereſt aſpectus; jam ſi Aſtra, quod viſu intelligentiaque careant, neutrum impertiri poſſe compertum eſt, Unus ergo eſt, cujus voluntas rerum omnium eſt theſaurus. Borealium regionum editiora loca perpetuis nivibus obſita ſunt: calore Solis ideo, arbitror, nunquam uſquequaque tabeſcunt, ut Zodiaci ſigna redarguant perpetui velut teſtes, non potuiſſe Fato diſſipari nives fluviis Aquilonis conceſſas indiminutæ ſcatebræ ſupplementa; nec ab aſpectu gelidi ſideris conſtare inexhauſtum aquarum nivalium theſaurum, fontibus paratum ſiccitatis remedium.

Everſæ naves, obruti portus, urbes exciſæ, peſtilitates & morbi, terræ motus & ſuccuſſiones, alluviones & bella, Horoſcopum, quo communem & æqualem eſſe docent, arguunt nullum eſſe. Tabernacula Hebræorum, Hagarenorum tentoria, mores & leges, eſſe ſe convincunt liberæ voluntatis opus. Mirum ſane quo prolapſi ſint hominum mores, ut celebrare liceat Lymphatorum feſta, eorum pulſare tintinnabula, ludos exhibere & fabulas recitare! Chaldæorũ ſunt hæc cõmenta. Quis enim alius nefandæ Veneris inſtituit ferias, in quibus fas eſſet matronis ſuam populo proſtituere pudicitiam? Quid iſtuc? Num ſidus aliquod eiſdem adhuc virginibus præfuit, impulitque, ut impudicitiæ pudorem voti religione obligarent. Vides omnes populos præfectis parere, Principes obſervare ſuos, Regeſque ſuos colere. At nos quis, cedo, retraxit à religione ſiderum? Ipſa ſcilicet Aſtra ad id nos compulere, & ab ipſis deficere coëgerunt. Quis autem Fatum jurabit, à quo cogimur ipſum ejurare? Vel quis dominum obſervet, qui ſibi inſervientem compellit erubeſcere talis heri famulatum? Viden', ut Fatum, quod ſervos ſuis dominis ſubjecit, nos idem ſibi rebelles fecit. Fatum in nobis ſeipſum adverſus ſe concitavit. Nam ſi nulla nobis ineſt poteſtas arbitrii, vis utique nos cogit Fatum peſſimis deſpicatum habere modis; Fatum inquam, quod Regi coram maledicere nos prohibet. Scilicet cum æquiſſimum Magiſtratibus ſe præbeat, ſibi maxime iniquum eſt.

SERMO DECIMUS.

SOL radiis nobis ſuam fœneratur lucem, ſi ſic Aſtra ſuos diſpenſant aſpectus, ipſorum ortus nec diſſimilis, nec inæqualis erit, quovis temporis puncto contingat, nec ullam proinde vim habebit hora. Ab aſtris velut à fonte, ais, profluit humana voluntas, ſi hoc dicis, ineptè dicis; quandoquidem nec ipſis aſtris ineſſe arbitrium oſtendit impreſſus ab externa vi motus. Porro, ſi quos aſtra verſant orbes, definitis diſtinguuntur periodis, quarum aliæ ſublimes, humiles aliæ, indeque aſtra diverſimode in genituram influere dicis, ſi hoc dicis, ediſſere ſimpliciter, remotiſque ambagibus, quidnam à ſignis Zodiaci, aut à planetis in nobis ſubſidere credas? Nobiſcum enim eadem implicari ais, vis ne, an voluntas, aſpectus ne, an arbitrium? Cum ſuum ignis calorem rebus communicat, mox adventitius ardor ille revaneſcit & extinguitur. Jam quæro, utrum ſtella lucem ab orbe ſuo dividat, & ſi id fiat, quomodo deciſa pars luminis in nobis reſideat, atque alternante in dies caſu, modo vincat, modo vincatur? An forte alia huic ſuccenturiatur poteſtas, ſibique nos ſubigit, vel ſtella redit genituræ præſes, ſeni repræſentatura Fatum, quod diſpoſuerat infanti? Deinde ſi aſtrorum aſpectus ſomnia non ſunt, quomodo aſpectus ſine aſpectante in nobis ſubſiſtit, aut ſine influxu corporis lucidi perſeverat lux, aut ſine impreſſione cœpit vis inſita? Nec ergo iſta ante extiterunt, nec modo intereunt. Rurſus ſi aſtrorum vis deficit & concidit, quid iſtuc ſit, quod nobis illabi ajunt? Profecto ſive hoc perſeverare dicas, ſive tandem deſinere, quodcumque id ſit, unum non eſt, nec ab uno ſidere fluit; cum evidens ſit, inditos nobis eſſe varios & diverſos affectus, atque ſingulos propriis agitari motibus: incredibile autem eſt excitos ab iis fluctus unius aſtri aſpectu componi, ut unaquæque facultas ad proprios actus in tempore revocetur. Finge Fatum homini cuipiam diſpoſuiſſe futurã circa finem vitæ morum mutationem, ut ex pudico & modeſto procax & luxurioſus fiat; quis, quæſo, antea ſtellam compeſcuit, deinde laxavit? Num ſomnus eandem oppreſſit, poſtea reliquit? Item, quis nunc priori illi aſtro modeſtiſſimo intemperantiſſimum iſtud ſubrogavit? Fatum ne iteravit, quem peregerat, curſum, & viam, quam iverat, redivit?

Animantes contemplare mutas: ſui generis ægros nec inviſere ſolent, nec gratiam agnoſcunt cum inviſuntur, vile inſectum, & ſi ſenſu intelligentiaque careat, colligit annonam, & in poſterum tempus recondit. Genus omne viventium ratione carentium benigni-

A nignitatem ac beneficentiam in pauperes ignorat, quia nec Mortuorum resurrectionem expectat. Inde lauda illum, qui nostrum arbitrium singulari prærogativa distinxit, quominus ædes nostras in stabula ferarum converteremus. Lucifugas noctuas non visitant columbæ, simplici lepori suam vulpes non communicat astutiam, non opitulantur natantibus pisces: alienas calamitates non sentiunt feræ. Hunc Zodiaci signa ordinem minime repererunt, ille repertor fuit ubique prædicandus, qui hominis rationem ad summa erexit. Hic æger decumbit, ut decumbentem ille sanus invisat, & inde valetudinem & firmitatem sibi procuret: alter esurit, ut ipsius esuriem alter depellat, & inde sibi vitam comparet diuturniorem: alius quispiam erravit, errantem alius correxit, quo ipse proficeret: sic Mundo provisum est, ut inconcussus eat. Repertæ sunt sexcentæ artes, & ad nostrum commodum conservantur, quibus nihilominus Chaldæi quotidie Dei indignationem irritant. Omnem apud Superos exercendæ misericordiæ occasionem sustulit ipsorum opulentia; nec ulli licet egentis socii inopiam suis opibus sublevare. Cæcum esse oportet Chaldæum, qui non videat locatam supra sidera beatam vitam, & infra sidera egestatem, & misericordiam. Philosophorum sectæ, & variantes hominum opiniones Chaldæi proterviam arguunt. Mirum sane est, quot & quàm varias homines invenerint religiones, & quanta cum pertinacia singulæ gentes statas cæremonias constantissimè retinuerint, nec potuit populũ quempiam cogere, ut assumta semel sacra mutaret, ille magnus siderum cursus, quem insani isti homines prædicant, esse vicissitudinum & mutationum rotam. Quisnam, rogo, perniciissimarum alitum pennas implicavit?

SERMO UNDECIMUS.

QUI nostra soles medicare mala, nostram, oro, cura libertatem; hanc, precor, sana atque etiam expiato; ferto opem laboranti; ejus namque valetudo tuo constat numine. Præclarissimũ munus est potestas arbitrii, qua nos supra maria sublimasti, etenim ista suis coërcentur terminis, quin & supra montium cacumina & Cælorum orbes, quibus cum absit vis faciendi, quid velint, admodum exigua sunt. Oremus Dominum, ut animum mentemque nostram visitet, æstuat nimirum habendi cupiditate, angiturque curis parta conservandi molestissimis. Sic hominis Ratio intestino suarum perturbationum bello vexata de summa suæ potestatis periclitatur. Nullum profecto malum homini accidit, quod ipsius voluntas non

accer-

accerſerit, ratione fruſtra reluctante; nec illi diem atra nox eripiet unquam, ſi qua excellit eligendi poteſtate, ſibi inditam lucem tueatur, neque pullulabunt vepres, ſi non ſuimet culturam negligat. Quæſo, Domine, menti noſtræ tuum miniſtrato lumen, incultam excolito; hanc tua lux purgabit & accendet.

Illorum, qui rectæ fidei præcepta repudiarunt, plerique, facta cum Chaldæis manu, hominis libertatem oppreſſerunt: non vis illos ad id coëgit, ſed ipſa, quâ præditi erant, arbitrii poteſtas induxit. Docuerunt à principio malo voluntatem noſtram ſuperatam fuiſſe, Fatique diſpoſitionibus ſubjectam. Atqui demonſtrabimus, hominis arbitrio ita ſubeſſe omnia, quemadmodum iſtis ſupereſt ipſius Dominus, ſummus, & ſupremus bonorum malorumque adminiſtrator, cujus proinde potentiam nec malum illud principium, nec Fatorum vis eluctari poſſint, ſed nec eidem contraſtare & obſiſtere. Quare habeto gratiam optimo noſtræ voluntatis Opifici, qui ſervilis conditionis ancillæ dedit ſolutam eligendi poteſtatem, ut nihil impediat, quominus id quod placeat, facere poſſit. Ceterum quis hanc noſtræ voluntatis prærogativam obſcurare ſe poſſe arbitretur Sole clariorem, ſuaque ſede moliri poteſtatē Divinæ proximam? Mirum quantum illa oppoſitas nubes eluctata coruſcat, quando iidē, qui ejus amplitudinem ſupprimere tentarunt, ejuſdem buccinatores effecti ſunt. Suavis eſt ejus congreſſus, conſuetudo jucunda, & auguſtiſſimum nomen. Illius proinde gratiam agnoſcito, qui ſuis mandatis coronam texuit, quo libera voluntas ornaretur: laudem rurſus & gloriam illi tribuito, qui Juſtorum numerum amplificavit, quo totidem humanæ libertatis teſtes ac præcones haberemus.

Divinæ Scripturæ tradunt, improbos homines de abuſu conceſſæ libertatis à Juſto fuiſſe reprehenſos: porro ſi impellente malo principio, mala mali facerent, Impulſorem Juſtus de injuria appellaret, aut coërceret, & ſi Fatum homines parricidas efficeret, non iſtos, ſed illud omnes accuſaremus; ipſos ſcilicet ſcelerum authores deferre ſolemus, quibus talia audentibus eligendi poteſtas integra & ſoluta manebat. Quare omni laude amplificandus eſt ille, qui per interpretes ſuos Moyſen, & Danielem Reges in propria regia damnavit.

Cæterum, quemadmodum vis arbitrii ingenitam ſibi honeſtatem inſidioſè adoritur, atque inertia & ſegnitie nititur corrumpere; niſi quod Juſtus, admoto verbere, ceſſantem identidem excitat, quod cum ſenſerit, creditum ſibi depoſitum redhibere tandem deliberat;

rat; sic veritatem voluntas perversa molitur evertere. Quamquam Magi & Chaldæi ejus vim eluctari non potuerunt, quominus vel inviti eandem faterentur. Agnosce numen illius, cujus nutu subductis, quibus error obtendebatur velis, emicuit, effulsitque occultata veritas. Hinc rursus ipsius mirare consilium, quod olim Adamum nec magna nec valida tentatione pulsari permiserit, ne quis vid. malignè objiceret, Adamum corruisse, ineluctabili quodam impetu raptum, aut alia quavis peregrina vi coactum, vilissimum instrumentum adhibuit serpentem bestiarum congenerem, unde & bestiam nominavit, sua proinde conditione servum, qui etiam pedibus multatus, infra generis sui gradum projectus est, ut Adamum tandem puderet, tantilli adversarii impressione se fuisse superatum: enimvero mari similis apparuit, quemlibet sibilantis auræ flatum secundanti.

Babylonius Chaldæos ad supplicium rapi jussit, ipsorumque disciplinam damnavit. Quo periculum evaderent, quæsivere nomen, quod Fati vocabulo præstantius haberetur. Nam si suorum Deorum opem putassent implorandam, ab illis utique propositæ quæstionis solutionem discere se posse credidissent: jam si aliud nomen prodiderunt, ipsi propriæ disciplinæ existimationi detraxerunt. Illum proinde testare magnum, qui absente adhuc Daniele Magos ex ipsis, & in ipsis redarguit. Enimvero qui Deum summum ac supremum jurare nunquam didicerant, hunc fateri & laudare coëgit callida necessitas, & quam hactenus pernegaverant, veritatem promulgare. Nec tamen nisi ex arbitrii potestate illam occultare studebant. Postquam vero Dei nomen, esto in numero plurali prodiderunt, occurrit Daniel, Deumque unum, cujus est potestas Superûm & Inferûm publicavit. Illum itaque magnifica, qui mysteriorum scientiam manifestavit, docuitque istam ab homine precibus impetrari. Talem porro negant Chaldæi Fato facultatem, dum Arithmeticæ artis subsidio secretorum cognitionem obtineri affirmant, quam qui teneat, eum omnium rerum scientiam adepturum promittunt. Interea dum se deprehensos planè cernerent inter dolum & gladium, quo utrique parti occurrerent, Fati notionem ignoto numini affinxerunt libero, artique minime subjecto, supplicantibus tamen quidquid postularent, indulgenti. Ita demum veritatem publice & palam professis, capitis periculum evadere licuit, Deo benefactum hunc in modum remunerante. Postquàm vero repressi fuere protervi & animales homines, atque disceptando lassati obstupefactique obmutuere: rsus postquam eorundem

Dan. 2. 12.

rundem disciplina, indeque natæ divinatoriæ artes, & idololatria non sine opprobratione rejecta fuere, morbusque remittere cœpit, tum demum Optimus Hebræos Medicos introduxit. Sic deprehensæ tum miraculorum vanitas, tum Deorum fictilium impotentia morbum depulere. Benedicito ei, qui illorum languores miseratus, arbitrii, quo præditi erant, potestate curavit.

Babylonio in augurali scientia Pharao consors fuit, Fatum tamen, quod ille complexus est, repudiavit, ostenditque non inde petendas esse lethi causas. Istorum acta ipsorum scita refellunt. Quomodo enim cum sub eodē horoscopo nati fuissent pueri puellæque, istas dimisit,& illos Fatum demersit? Justitiam agnoscito illius, qui malum suis auctoribus rependit, & iterum majori adhuc mensura in pelago refudit. Ægyptus cladibus attrita didicit, eandem, quæ percussit, sanare manum. Nec enim à Chaldæis accepit, quod egit, quando, gliscente malo, ad Moysen confugit, & medicinam depoposcit. Nisi fortasse dicas clades iterandas fuisse, ne in casum, quod patiebantur, malum rejicerent. Per decem verberata vices veritatem agnovit: 1. *Reg.* 6. 10 Moyses docuit Ægyptum, Philisthæam vaccæ. Euge, illum magnifica, qui sinus incantationum divinationumque plenos nudavit: Ægyptus pharmacorum myrotheca fuit, Babylon amuletorum officina. Assyria quoque Sennacheribi casu erudita fuit; suæ pariter Indos ab Asa profligatæ acies ad pietatem informarunt. Altissimus omnes populos per varios & diversos casus velut admotis stimulis increpuit, ut moniti oculos ad eum piè converterent. Illum laudare justum est, à quo unâ duo docti sumus, & nos Domino subesse, nobisque vicissim subesse arbitrium decernendi, quid velimus.

SERMO DUODECIMUS.

JUstus errantes Josephi opera perspicuam docuit veritatem. Postquam vero ad veteres errores revoluti sunt, Moyses illam scripto tradidit, atque ne mente excideret, illorum corporibus incidit, occulta calamum ducente manu; non atramento, sed vulnere inflicto veritatem exaravit. Suam tunc erubuere Magi imbecillitatem, quod suis se artibus tueri non possent; nec vim propulsare suis minime patentem sensibus, non dubio tamen verbere ipsorum membra quatientem, Mose præsente, illo nimirum, cui traducta apud Reginam auguriis deditam adolescentia, hujus-

hujuſmodi lutum allinere non potuit. Fides nempe cum adoleſcente adoleſcebat, & auctâ ætate augebatur, ipſi videlicet conceſſum fuit, quod Hebrææ juventuti idem poſtea præſtitit; quando veſtes per deſerta iter agentium deteri paſſus non eſt, nec productâ corporum ſaturâ proportionem amittere, indumentorum menſura membrorum dimenſiones paribus incrementis perpetuo coæquante. Et quoniam nec pudore vinci ſe paſſus fuerat, ut filiæ Pharaonis morem gereret, & obſequeretur erranti; nec vultum ejus vitioſus aſperſerat rubor, quem verendæ cujuſvis perſonæ conſpectus ciere ſolet, ideo Deus ipſius faciem auguſtiore ſpecie decoravit, & quia Ægyptiorum Deos repulerat, ipſum conſtituit Deum, & adverſus eos expedivit. Sic Moſes illuſtri exemplo nobis demonſtravit, divitem in fide opulentiorum cõſpectum non vereri, & potentiorum amplitudinem & gloriam non magni facere: nec enim timore capi timentem terrentem omnia, atque in unum ſuper omnia ſummum, mentis aciem intendentem, dummodo vultum conſervet pura nitentem fide, nec inhoneſto, quem dixi rubore genas inficiat: quod quidem veræ hominis ignominia eſt, cujus proinde ipſum pudere debet. Juſtus rurſum veræ religionis præcepta, Daniele interprete, Babyloniis tradidit, cum vero tradita animo obliteraſſent, excuſſæ è fornace flammæ ea reſtituerunt. Nec tamen profecit, quominus iterum deſiperent, quamobrem ſubmiſſa in aulam erroris vola manus, eadem, quæ docuerat, ad memoriæ ſubſidium, in adverſaria retulit: Solis Lunæque meatus fixo limite inhibuit filius Nun, ſuorumque numinum impotentiam Chananæis patefecit. Unus homo planetas duos, eâ, quâ præditus erat, fide coërcuit: increpuit, properanteſque in occaſum medio in curſu cohibuit; nec valuere, ſibi fixos ab illo limites tranſcendere. Chaldæi contraxere frontem, pudore ſuffuſi: mirabantur, quomodo homo unus, quem ipſorum diſciplina ſubjectum aſtris prædicabat, eorundem meatus interrupiſſet, & cum ſeptem planetis etiam duodecim ſigna fixiſſet. Errorem Scriptura confutavit, oſtenditque, nullum nobis præeſſe Fatum, ſed homini cuncta ſubeſſe. Ad ſolidum aſtra diem continuit Deus, Juſto annuens petenti inchoatæ victoriæ conſummationem. Nec enim ad modum ſomnii, aut expreſſæ fortuito nubium concurſu imaginis, ſignum iſtud exhibuit, ſed congeminavit dies, ut fatuis augeretur in duplum intelligentia, & veritas ab errantibus duplo clarior ipſo in Sole ſpectaretur. Et quoniam nec eo perfectum eſt, quominus ſtultiſſimi homines, filii tenebrarum vulgarent, illud

miraculum casui, vel cuipiam contrariæ causæ adscribendum fuisse, recte dispositum est, ut, quandoquidem auctæ in duplum illorum mentibus incubuerant tenebræ, lux pariter ministraretur altero tanto major, quæ falsam opinationem revelleret, quod & factum est, cum postmodum Sol decem quos peregerat gradus, relegit, ut decies vicies errorem refelleret.

SERMO DECIMUS TERTIUS.

UT vidit Elias nefarios Baalis mystarum conventus, animadvertitque contentiosis placere pugnam, ut quidquid ipse pro veritate diceret, illi contradicerent, & vociferarentur, atque dicentem subsannarent, Dei injuria valde commotus est, eo magis, quod cerneret, eos Jezabelis potentia fretos talia audere. Nec tamen cæco impetu certamen iniit, nec Imperitorum more, sed Sapientiæ, quam à Summo Vero hauserat, ductum secutus, summo digito pluviam simul tetigit, simul suspendit, quo discerent potentissimi quique, quæ foret illa vis, quæ posset reddere cælestibus aquis motum. Cæli januas clausit, & imbres prohibuit, abegit rorem, nubes & nebulas dissipavit, & ventos in secretos carceres retrusit, tum fluidus aër æris duritiem induit, mollis gleba in ductile ferrum transiit. Ergo quemadmodum Moses quo ruentem grandinis procellam compescuit, Magorum fastum repressit: sic Elias divino succensus zelo, quo pluvias, hyemante jam anno, cohibuit: exhibuit veritati evidentissimum argumentum, quod vel cæcus animadverteret, dum imbriferam sub tempestatem sustinuit imbres: Ille mitissimus grandinem suspendit, pluviam iste studiosissimus divini honoris. Mirabantur ad ejus imperium extemplò glomerari nubes, & paulatim revanescere, iterumque ad ejusdem preces condensari & opacare Cælum; utroque Achabi superbia retusa est. Postquam vero Cælum saturitatis & copiæ thesaurum verbo uno clausit, in solitudinem secessit, ut quæreretur, imo ut ipsum quærentes veritatem quærerent: id enim secuturum prævidit, ut per varias regiones dispersi quæsitores, dum Prophetam petunt, una simul publicarent, cujusnam numine Cæli cohiberentur. Continuit Cæli ubera, victuorum fontes Zelotes, inde cœperunt lactentes pueri, terræ indigenæ fame sitique conflictari. Intercepti sunt agrorum proventus, suspenso cælesti rore, & sublata pluviarum irrigatione, aruere segetes. Inde patuit magna Fidei dignitas, quod piis credentibus de suo mensas instrueret.

interea

Interea dum integro triennio,& ſenos ſolidos menſes Cælum cinere deplueret, Pſeudoprophetæ, & cæteri, operto capite, conticuere; Baalis ſacrifici ſuum erubuere Deum: puduit artis ſuæ Divinos; victique dedere manus Contentioſi: nugatores Chaldæi ſuas fabulas damnarunt, animadverſa ſeptenarum virtutum imbecillitate, quod propriis cultoribus ne rorem quidem impertiri potuiſſent: erubuere ſimul, quem dicebant Hermetem pluvium, quod homo unus ſiti diſcruciaret univerſos: ſimili Jezabel ſuffuſa pudore intellexit ſuis ſaginari epulis mendacium Prophetarum colluviem; ſcilicet octingenti Baalis myſtæ nodum ſolvere nequiverant, quem illius Zelotis ſtrinxerat digitus: ſic laqueo preſſit colla primùm, oculos deinde fefellit fugâ. At, qui rempublicam adminiſtrabant, ingens verſabat cura, cum cernerent, ſiccas fluere hyemes, ſubiitque cogitatio, placandos eſſe Deos. Sed nimirum quo plures hoſtias falſis Diis mactabant, eo magis Deum verum exaſperabant; nec unquam intelligere potuerunt, eam calamitatem impiæ indigenarum ſimulacra colentium religioni eſſe unicè adſcribendam: neque oculos eo adverterunt, unde velut è ſuperiore loco Deus ipſos cædebat. Et eſto, ſcirent magnum aliquod numen eſſe, quo jubente, Cælum negabat aquas, non potuere tamen aſſequi, quomodo & quorſum id fieri juberet, nedum nomen aut naturam ejus, cui temporum curſum ac tempeſtatum converſiones & ordinem perturbare liceret. Poſtquam vero Achabus Eliam quærere inſtitit, ſuorum quæſitorum opera errorem ſuſtulit, occultam veritatem prodidit, errorem evulſit, incredulos confudit, & impios depreſſit.

SERMO DECIMUSQUARTUS.

DIfficilem nactus materiam faber, dura capit inſtrumenta: ferro rigenti & acri igne, flatuque valido, arte, ac vi domantur metalla & formantur, ut noſtris aptentur uſibus. Beſtias, quas natura cicures ac tractabiles non genuit, frænum & jugum ferociam exuere docent, & parere rectori. Quælibet natura ſi rebellis ſit, tormento cicuratur, ſi morigera fovetur, remollit aſperos virga, mites gubernat Caritas, ergo obedientiam extorquet jugum, virga pertinaciam frangit, dolor acerbitatem mitigat, ordinat vis, ſuadet conſilium, dirigit ſapientia: ad ſocietatem ducit benignitas, profectus ad tentationem; concordiam ſequitur pax, victoriam opes, & prudens conſilium laus. Hîc porro rebel-

les occurrunt alii Pharaoni comparabiles; qualis ille fuit, quando malefactum, admoto verbere damnabat, eoque ſuſpenſo, quem exuerat errorem, repetebat, & contumaciam exaggerabat; tales ſunt iſti homines volubiles, inconſtantes, leviſſimi, cum molliter & blande tractantur, injuriam parant. Sed quos modi ſuaves fecere improbos, correxere aſperi. Si humilem te viderint, idiotam dicent, ſique fortem & magnanimum, inſanire credent, ſi ſuavem & facilem, ut pelagus ratem abſorbebunt te & obruent, ſi ſeverum, & rigidum, fugient, tuque cum ignominia à conſuetudine ſodalium ſegregaberis: ſi negotiis te immiſcueris, quaſi callidum, veteratorem, retiaque tendentem & laqueos traducent. Si ægrotaverint, requirent te, & ſi quærentibus excuſes abſentiam, accuſabunt; ſi inviſeris, nullam inde tibi habebunt gratiam, & ſi convaluerint, deſerent, & confirmata valetudine etiam prævertere molientur: ſi quod debitum exigas, maledicta referes, & ſi benignè debitores exceperis, quaſi ſervum habebunt. Adeo nec benignitatem ferunt, nec ſeveritatem, qui ubique & undique arripiunt, unde pejores fiant.

Quare non mirum, eos errorem etiam hauſiſſe, ex quo ipſis accidit omnium Sectariorum videre in eodem conſenſionem, illorum, inquam, qui damnatum Hyles vocabulum à Græcis accepere; iſtud nimirum nec Moyſes in ſuo Pentateucho meminit, nec indicarunt Prophetæ, nec Apoſtoli tradiderunt: unam quippe eſſentiam ſempiternã omnes filii veritatis prædicarunt, veritatem contradixere filii mendacii, mutuamque inter ſe affinitatem in doctrina ſanxerunt, docueruntque, Hylen eſſe quandam ſubſtantiam æternam, incorruptam. Et hanc quidem à Creatore diſſidere tradidit Marcion: Bardeſanes contra ejus in Mundi opificio conſortem fuiſſe ſcripſit: Manes autem Babylonius in carcerem compegit, cum deliraret. Moyſes ſuum eſſe credidit ſacrum myſterium exponere, literiſque conſignare. Nec vero piguit Juſtum ſuorum interpretum opera veritatem audire volentibus declarare. Moſes materiam ſuppreſſit, quò homunciones iſtos confunderet ejus nominis buccinatores, quos proinde non puduit mortis Chriſti auctores imitari, qui, coitione factâ, Barabam appellarunt; latronum ſcilicet principem cum ſcirent, ſibi ducem crearunt: confidebant, ope robuſtiſſimi latronis profligari jam poſſe, imo & occidi Gigantem, qui ſuam ſponte potentiam ipſorum poteſtati ſubjiciebat. Suos Marcion Lupos congregavit, ſocius vulpes, Manes de grege ſuo Porcos collegit, arma videlicet

ܡܫܚܬܗ ܕܝܢܗ ܠܚܕܘܡ ܘܐܡܪ ܠܗ ܐ delicet parabant adverſus illum, qui Davi-
ܠܐ ܬܫܬܘܒܚ ܒܢܦܫܟ ܐܠܐ ܐܢ ܐܢܬ ܘܐܒܝ dis operâ ſtraverat Leones, & Lupos diſcer-
ܐܒܐ ܠܐܘܠ ܡܢ ܕܡܐ ܕܥܡܗ . ܡܠܬܐ pſerat, & Samſonem concitarat ad colli-
ܕܐܡܪ ܠܐ ܐܠܗ ܐܠܐ ܐܢ ܕܡܐ ܕܥܡܗ . ܘܐܙܠ gandas vulpes ſuorum fratrum typos, quos
ܘܐܡܪ ܠܐ ܐܠܗ ܐܠܐ ܐܢ ܕܡܐ ܕܥܡܗ . ܘܐܙܠ ſuiſmet verbis ſtringit veritas & revincit.
ܘܐܡܪ ܠܐ ܐܠܗ ܐܠܐ ܐܢ ܕܡܐ ܕܥܡܗ . ܘܐܙܠ

sobolem. Cogita Milvum & Hirundinem, notum illius populi opprobrium. Onager zelotypiam didicit, sociam adulteram explorat, in crimine revictam punit. Quis, rogo, locustam volatu elevat uno, unoque ducit motu, & uno temporis momento deponit? Carnivoræ alites illam vorant, in aquas devolvit ventorum rabies: edissere, quis insectum tale tot sæculis adhuc conservat? Quis item ova relicta fovet, statoque mense excludit? In eo, quod despectissimum habes, errorem agnosce, & dementissimam plurimorum temeritatem irride, qui Scripturas examinare audent, indeque in tantam dejecti sunt insaniam, ut in divino hominis opificio defectum & confusionem accusent, quando vel fatui testantur in hac rerum universitate nihil esse homine præstantius. Et sane si res à propria natura ad ejus obsequium dispositæ tantam in prima illa sua constitutione extulere dignitatem, & rursus tantam referent elegantiam & venustatem in generali illa Mundi innovatione, quam opido nobiliore forma decoratum fuisse putas à suo conditore Adamum? Papæ ad qualem vesaniam projecta est ætas nostra, dum sapere se putat, ut cuncta aptissimè dispositа credat & laudet, non item hominem, quippe quem incomptum & inordinatum neglectum fuisse asseverat! Adeò prædiũ prædii domino antecellere judicavit. Quocirca alterutrũ pro admisso ab ipsis extorquendum est, vel Deum nec esse justum, nec bonum, nam si talis est, homini invidere non potuit, nec inordinatum negligere; vel si eo usque desipuere, ut Deo ubique calumniam struere illos delectet, pergant porro, & malum, & stultum esse effutiant: id enim ex utraque thesis parte sequi necesse est, malum nempe fuisse, si prudens talem condidit hominem, qualem ipsi fingunt. Si autem imprudens, stultum certe sibique minime constantem. Sic nimirum pessimi & stultissimi nebulones illum, quo majus nil cogitare potuerunt, fecere quovis de plebe, justitiæ ac disciplinæ studioso minorem. Viden', ut in utraque sui parte revictus error, laxata velut compage, concidit.

Jer. 8. 7.

Cæterum si quem justum fateri debent, bonum esse negant, hoc ipso, quo vituperant, imprudentes laudant; pueri nempe sunt, nec animadvertunt, quanta cum bonitate dissimulaverit injuriam, suamque temperaverit severitatem; quo nimirum eru bescerent; postquam clementiam, quam ipso desiderare se ajebant, eidem opido maximam inesse perspexissent ex hoc ipso, quod illos tandiu toleraset. Jam verò cum non modo eorum blasphemias patienter dissimulet, justitiæque suæ æquissimam severitatem

tem cohibeat, quod certè maximè admirari deberent, quo animo, quove ſenſu iſtuc excipient, quod theſauros ſuos aperuerit, ſuaſque opes ipſis profundat plena manu. Quis non utrinque obſtupeſcat, vel reprehendi adhuc ejus Juſtitiam, dum punit; vel gratiam negari, dum Pœnitentibus indulget, eoſque ad ſe benigniſſimè invitat, ipſius gratiâ deinceps jucundiſſimè victuros. Vita carent quicumque errant, eo quod ab ejus legibus ſpiritum trahere recuſant, nec geminorum Teſtamentorum ſuaviſſimum lac ſugere volunt. Ceſſatio & ſtupor ipſorum interitum teſtatur, poſtquam ſuam negarunt reſurrectionem, corpora multarunt ſua, ſpem ademere ſibi, & effectori ſuo valedixerunt:

SERMO DECIMUS SEXTUS.

SED jam contemplare imagines in ſpeculo, cui imagines nec abſunt, nec unquam abeſſe accidet. Intuere naturam ſempiternam velut ſpeculum, nulla contagione contaminatam, nulla violatam impreſſione, ſed nec violabilem: nulla tamen imago hanc oculis repræſentat noſtris. Omnia portat, nec onus ſentit, pleniſſima eſt, & exhauſta videtur, cuncta implet, & exundat, quis enim exhauriat totum, quod illa intra ſe condit? Cuinam ſimilem dices mentem, quæ etſi vacua nunquam fuerit, quarūlibet rerum ſcientiam capit? Quiſq; ſuam fateatur tenuitatē, nec erubeſcat, infirmitatem ſuam à Numine tanto ſuperari. Unum nomen habet principium ſempiternum, quia ſocium non habet: at ſi geminatur ſuo in Filio, atque is ab ipſo genitus non eſt, quomodo in ipſo inſideat? Si enim putas, æterna principia diviſa, ſecum mutua circuminſeſſione cōmunicare, rem confundis, & blaſphemas. Si contra deſignas locum, in quo inſiſtunt, major erit illis, qui ea circumſcribit locus. Planum eſt, ſi principium principio ineſt, hoc vel eſſe ab eodem genitum vel factum; ſin autem ſingula ſuum quodque locum obtinere dicantur, ingens ſuboritur quæſtio & diſceptatio, vis ne ea fuerit externa, quæ locum definivit, vel natura, fixo limite, illa frenavit, ne ſe mutuo colliderent? Sanè mirum quàm imbecillis fuerit ea vis, quæ illis ordinem præſcripſit, turbarunt enim. Et ſi natura indidit, quis iſtam deinde coëgit, ut mutaret, ſineretque ea liberè vagari? Si vis ergo fuit, victa eſt; ſi natura, variavit. Quamquam nec principia quieta componi aut commiſceri poterunt, ſi abſit principium motus. Atqui ſi principia principio carent, ſubſtantias eſſe immobiles conſequens eſt, ſiquidem omne, quod movetur, incœptum eſt ac definitum. Quid ergo?

ergo? Num illius Altissimi numen irrepsit clam, & illa movit secretâ tenebrarum impressione? At si tenebræ suapte natura quietæ consistunt, quis ipsis motum impressit: vel si aguntur & agunt, quis illas fixit? Ille nimirum, qui motum ante negavit, idem ipse Altissimus est, qui postea movit & dispulit. Denique si principiis inest arbitrium, ut confusionē elegisse credantur; utiq; si adest arbitrium, ratio abesse non potest, & si utroque prædita sunt, Conditoris opera nequaquam indiguerunt. Dispudeat ejusmodi disciplinæ repertores, tales composuisse fabulas, & nugamenta prætulisse veritati, quæ tamen eadem veritas idiotarum operâ profligare consuevit: hanc itaque laudabo, sua in me quoque tropæa efferentem: Patrem item magnificabo, qui egentium inopiam sua supplet opulentia, atque Filium in ejus sinu insidentem & continentem omnia.

SERMO DECIMUS SEPTIMUS.

FRatres, & Patres, vosque meæ disciplinæ alumni, huc, precor, attendite animum. Veritatis vox Unum in Ecclesia clamat, & ex omnibus Scripturis inculcat, docens, unicum esse rerum principium, nec immundum esse colorem noctis, nec malo congenerem, cum nec unam amborum naturam esse perspiciat, quisquis oculis subjecta discernit; malum enim à voluntate existit, nox ordinariam planetarum conversionem sequitur. Occidit Sol, simul omnes contenebrastis. Tenebræ atque nox unum sunt, non ita humanum corpus & anguis. Et quamquam in summo illo principio numerus non est, naturæ tamen ab illo existentes multiplices sunt; corpus quod aquis expiatur, & animus, quo sapimus & credimus, serpentis manifestum venenum, & occultum Diaboli virus, Satanas ipse minime aspectabilis, Dæmones ratione præditi, & muta caligo, caro nitida & atra nox, quomodo unam habeant naturam, nec tamen similem, unam radicem, nec tamen eandem, unum principium, & tamen divisum. Jam si summi Opificis voluntas illorum substantias discrevit, ejus ergo libera dispositione, quælibet natura subsistit, cuivis mutationi exposita, & inde patitur suas cujusvis generis species deteri, decoram puta columbam, & viperam lethiferam, immaculatum Agnum, & fœdum serpentem.

ܗܘ ܕܢܦܠ ܠܬܚܘܡܐ ܕܬܚܬ ܫܡܝܐ ܘܐܪܥܐ ܘܠܐ ܢܫܬܟܚ ܠܗ ܫܘܡ ܒܪ ܐܢܫ ܐܦ ܠܐ ܡܠܐܟ ܡܢ ܫܡܝܐ ܐܠܐ ܒܪ ܐܢܫ ܕܢܚܘܬ ܠܗ ܠܐ ܢܫܬܟܚ

negotium conflabant, unde rubore suffunderetur, Moysi contra coronam texebant. Porrò Ægyptum oppressit nox, quod insontem Joseph falso crimine oppressisset, indeque carceri mancipasset. Non fuit vera nox, sed spissa caligo, quæ conglobata eo se affuderat, & velut obtensis ponderosis alis loco incubabat. Postquam autem Ægyptii resipuere, vim illa remisit, remotisque repagulis, viam Moysen petentibus aperuit. Pœnitentiam ergo tenebræ pepererunt, nox quippe manifesta, quæ occultam mentium caliginem sequebatur, Pharaonem atra nocte obrutum suffudit pudore, & stupore perculit. Agglomeratæ tenebrarum nubes lucem retulerunt, quam dies sustulerat, lux cor ejus cæcaverat, quo minus honestum discerneret. Dies rebellionem suaserat, persuasit obedientiam nox. Dies tenebras offuderat, nox discussit; sic ambo suam mentiebantur naturam.

Præterea quæ noctis cum Diabolo necessitudo fingi potest? Hic enim omnia pervertit, fatigat omnia, omnia vexat: illa contra rebus tranquillitatem, silentium, quietem conciliat, eadem ab ordine nunquam exorbitat, nec vero errantem Davidem secuta est, nec Simoni Dominum neganti similis visa est, aut Apostolo Ecclesiam persequenti. Quo igitur affinitatis vinculo Diabolo conjuncta videatur? Hunc autem à recto tramite declinasse, & multipliciter ab officio deviasse liquet. Ipsi Satanæ inditum cognomen, ejus apostasiam & rebellionem testatur.

SERMO DUODEVIGESIMUS.

SI tenebrarum carnisque natura improba est, quem oppressit nox, quomodo probus erit? Carnem ibi, tenebrasque, hisque affinem Satanam morari clarum est, tria, quibus omnia obediunt, sique iis accedant vinum, & concupiscentia, quæ nobis supereſt spes subigendi primum illud, quod malum rerum principium finxerunt. Interim contra accidit quod mirentur, voluntas siquidem sola omnes concupiscentiæ impetus infringit, & vincit Diabolum, quem rerum principium isti nugatores crearunt. Quo autem eos propriæ petulantiæ planè pudeat, cogitent, quam opidò imbecilla sit ægroti cujusvis humilis precatio: hæc nihilominus Diabolum quatit, & discutit, orando nimirum homines prostratæ valetudinis illum prostraverunt, & afflixerunt afflicti. Claudi jejunando illum cursu præverterunt: excæcarunt Cæci psallendo Deumque laudando: manibus capti orationis jaculo eidē etiam oculos eruerunt. Ita siquidē res habet, Satanæ vires frāgunt infirmi, claudi cursu fatigant, dejecti dejiciunt.

Serpen-

Serpentum venena necant, nec id arbitrio, ſed neceſſitate fit; noctis item tenebræ neceſſaria orbium cæleſtium converſione obtenduntur, æſtum febrientium, & dormientium ſoporem natura facit; peccatum ſola voluntas ſui juris nata. Ipſa naturæ illam, quam ei adſtruunt, deſtruit unitatem; quandoquidem corpus in Cacodæmonem invehitur, & in ſuum, quem dicitis cognatum inſurgit, ſuam contra impensè amat animam. Siccine diligat extraneum, & affinem averſetur? Reſtat ergo ejuſmodi effecta ad primam cauſam referenda eſſe, cujus præpotens ſapientia Diaboli deformatam ſpeciem corrigere poteſt, & ad ſummam venuſtatem reducere, cum noctem illa nobis gratiſſimam reddat, Diaboli, ut creditis, cognatam: hæc nimirum mirificè placet, quo tacet, ſuo namque ſilentio vigilantes ad pia opera juvat. Jam ſi amborum principium unum ſit, naturam à Conditore mutatam fuiſſe oportet, cum noſtra quies ſit nox, Satanas contra labor: ſin autem naturam negas à ſummo Opifice mutatam, ergo præpoſterè jungis cum Diabolo noctem, quam ab illo diſcrepare manifeſtum eſt. Quamobrem qui Terram, Carnem, Diabolum, & noctem confundit, eâdemque in trutina compenſat, & homogenea credit, cogitet, an queat, uniuſcujuſque naturam cum proprietatibus alterum ab altero diſcriminantibus componere; ſed enimvero reclamat humus, & ſuas oſtentat fruges: corpus & ſuos explicat ſenſus decoris plenos, nox quoque horas & proceſſus ſuos ordinatiſſimè diſpoſita, multiplices item Diabolus ſuos retexens dolos. Næ tu hunc quartum ipſum execrandum dicito, ex electione tamen propriæ voluntatis, maledictum, odioque digniſſimum ob ſui arbitrii abuſum.

Tenebræ Cainum nobis repræſentant, age hunc contemplemur: ſanctarũ operationum pulchritudinem occultant tenebræ, Cain illarum auctoris necem diſſimulavit, ſuam cum nocte ſocietatem teſtabatur: remota luce, Nox vacuo ſinu fures confovet, parricidæ illius pectus machinationes & inſidias obtexit, ſua nox opacitate oculis imponit, ſuo ſermone Cain Deum fallere tentavit. Huic plane contrarius Abel fuit, lucis nempe filius matrem referebat. Nihil in luce, quod perſpicuum non ſit, nihil in Abele non apertum, non ingenuum fuit. Fuſus & candore miſtus oris rubor oculos etiam inimicorum rapuit, hilaris Abelis aſpectus qualis ſiderum; qualis noctis eſſe ſolet, tetrica Caino facies ac triſtis. Tenebræ primum creatæ ſunt, indeque primigenia jura occuparunt; Cainum ſcilicet adumbrabant: erupit deinde lucis dilu-

culum: sic Abel post Caini ortum editus fuit. Sed Cain, ac tenebræ cum tempore præcessissent, mox senescere cœperunt; Abel & astra, esto, successerint, huc usque manent & prædicant futuram sæculi novi successionem, Mundique senescentis transactam per Christi adventum reparationem.

Malefici, & Incantatores spiritus & serpentes magico carmini obsequentes habent; Diabolus adversarios sibi finxit, ut victus videretur; se ipse nudavit, quo artes sibi contrarias propalaret: manus conjecit in vincula, quibus teneretur. Atqui dum nos capere satagit, non attendit eo nos admoneri, ipsum non esse rerum principium, quo magicis incantationibus cedere videbamus. Magister Leonem exercuit, & docuit, nec fera docentem læsit, Maleficus viperam alligavit, nocendique appetitum cohibuit: Aquilæ item & Accipitres hominis imperium pati didicerunt, nec semel cicuratæ, postea rebellarunt. Næ ille, quem Bonum laudant, infra mortales esse oportet, qui Diabolum minime correxit, nec justitia imbuit. Tu ne Bonum prædices, qui Satanam cernit ubique sævientem, nec tamen ulla ratione, aut arte ulla potuit ejus feritatem ad mansuetudinem transferre? Scilicet Leo, Accipiter, & serpentes, mutæ despectæque animantes carmini parentes prostant, ad explorandam falsitatem impiarum religionum, eandemque refellendam. Et si quidem, ut illi ajunt, ejusmodi bestiarum genus à natura mala propagatum fuit, quî fieri potuit, ut mitioribus imbutæ moribus, sævire desierint? Quandoquidem radix, unde pullulant, nunquam mitescit; Diabolus enim insitam feritatem immanitatemque nunquam deposuit. Vos interim veritatis alumni, rogo, pias ad Deum preces fundite pro iis, qui ejusmodi errores disseminant, vehementer enim falluntur, & fallunt.

SERMO UNDEVIGESIMUS.

CArnem Errantes dixere fæcem, & abjectum naturæ purgamentum, calumniam discussit ipse carnis conspectus luculentus minimeque sordidus: enimvero quod recrementum vocant, in instrumentum cessit Piis ad pios usus aptissimum: carne quippe ministra, opera exequuntur egregia, dum vita manet. Vide quàm præclarum sit corpus, quod fæculentum dicis; cogita quam fœdus ac turbidus Satanas sit; spiritus est tamen: sunt inquinatissimi Dæmones; Apostoli si quas contraxere labes eluerunt. Deinde Eliam & Dia-

& Diabolum compara, contemplare utriuſque exitum, ut corporeus ille ad ſumma evolarit, ut ſpiritalis iſte præcipitarit in Tartara. Munda putantur armenta, greges, cervi quoque, & agreſtes hujus generis beſtiæ, quæque per aëra volitant, puta, Columbæ, & in aquis natantes piſces, naturæ utique eluviem nemo dicit. Pomorum genera & ſpecies ſapore ſuavi minimeque fœdo palatum delectant; omnia generatim corpora munda eſſe cenſemus. Quos rectè odimus, Dæmones dumtaxat ſunt, ſpiritus generis noſtri hoſtes; ipſorumque princeps; item quos Tartari cuſtodes quidam appellant, illa quoque Angelorum eluvies, quæ Cælo delapſa feminarum appetiviſſe nuptias alii commenti ſunt. Viden' quantam dignitatem cum corpore induerint, quæ corporea ſunt, & qualem ignominiam contraxerint illi ſpiritus, quos ipſa conditio ab omni carnis contagione ſejunxit: quantum proinde falſæ religiones à vero aberrent, quamve præcipiti judicio illarum ſectatores corpora abominentur & fugiant: nam ſi ſpiritales naturas pluris faciunt, cogitent, Diabolum tametſi carnis expertem, infinito tamen odio videri digniſſimum. Si qui contradicant, illos in alterutrum errorem impingere neceſſe eſt, vel, ut omne corpus execrentur & oderint, vel omnem promiſcue ſubſtantiam corporeæ concretionis expertem complectantur & ament, adeoque vel omnium generatim corporum conſuetudinem admittant, vel omnes promiſcuè ſpiritus explodant. Sin neutrum placet, ſtatuant id, in quo omnium ſapientum ſententiæ concurrunt, nullum videlicet corpus, nullumve ſpiritum pro immundo habendum eſſe, aut ideo eſſe fugiendum, unam ſi modo excipias naturam arbitrii ſui poteſtate peccantem.

Oppidò quantum deſipuere, qui docuerunt, Enochum & Eliam abeuntes in Cælum corpora ſua dimiſiſſe, ſuamque hoc pacto purgaſſe naturam! Quid? Quod & in Angelos malignè invecti ſunt, effutire auſi, eos in adjuncto corpore cum ſcortis nefaria perpetraſſe. Carnem itaque Cælitibus coagmentarunt, clepſere terrigenis, Enocho & Eliæ: corporeos, corporiſque expertes confuderunt, corporeis corpus abſtulerunt, dederunt incorporeis, amictos injuſtè ſpoliarunt, amiculum nudis malitiosè accommodarunt, unde ipſis calumniam intenderent. Mirum, quomodo invertant perturbentque omnia! Reſtat, ut id etiam expediant, ea quandoquidem principiis rerum naturam unam & ſimplicem adſtruunt, doceant, ubi invenire ſit, eam conſpirationem & habitudinem, quam neceſſe eſt, ineſſe rebus ab una

singulari causa productis. Cæterum si porro pergant, contendantque, Angelos liberorum procreationi operam aliquando dedisse, cogitent, nec hodie fore difficile desertoribus Angelis opprimere feminam, & filios generare. Hîc dæmones, hîc mulieres: explorent, num liberos gignant? Adsunt testes ejusmodi deliramenta refellentes celibes benè multæ, quæ à viris perpetuo segregatæ, matres nunquam esse potuerunt. Una & singularis extitit Maria, quæ citra viri operam Mater fuit, & Virgo permansit, eo quod Deo difficile nil excogitari potest. Et si quidem Angeli patres esse potuerunt, Virginem mansisse Reparatoris nostri Genitricem ineptè miraremur. Gratissimum quidem Satanæ fuisset, virgines Dæmonum operâ concipere & parere, quo haberet, quas Mariæ opponeret virgines. Illius versutia omnia imitatur exemplaria, in Virgine dumtaxat sua eum fefellit nequitia, ne geminaret singulare exemplum fœcundæ Virginitatis. Veteratores quosdam sibi ascivit, quos Electos appellat, seductos & seductores, *superbos mente cordis sui*, Prophetarum personam mentientes, quales olim Baalis mystæ, Ecclesiæ Sacerdotibus Presbyteros substituit: istorum nempe consuetudine simplices fallere cogitavit. Apostolis Christi emissarios suos pares fecit, & inter Fidei hostes aras fixit in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Mentitus est continentiam, paupertatem, abstinentiam, precandique studium. Auctor callidus hujusmodi integumento sententiam occultare volebat: idcirco egregia quælibet simulavit, Matrem Virginem repræsentare nequivit, ejus astum revicit Virgo nostra, huic similem non habuit, quæ Virginitatem cum fœcunditate copulavit. Absit ut supernos Cæli cives aliquando peccasse credamus, non quod, cum peccandi potestas forte deesset, innocentiam sponte elegerint ob congenitam prærogativam naturæ, quam integram nacti fuerant; neque quod corporis expertes essent: nihil enim corporeum, concretum nihil Diabolo admixtum est, & homo quilibet ex conditione naturæ nec malus, nec pravus est. Videmus nihilominus & Dæmones omni illuvie coopertos, & homines suis flagitiis assiduè provocare Deum; qui tamen in his tribus mirificè declarat bonitatem atque justitiam suam, quo supremos purgavit, medios castigat, & infimos meritis mactat suppliciis.

Ornavere se virgines Madianitæ, populoque Israëlitarum se conspiciendas præbuere, illorum oculos rapuere, eripuere mentem. Attamen illa pulchritudinis miracula Angelos non magis quam putrescentia cadavera

movere

movere potuerunt. Salomon mulieribus ardentissimo amore agglutinatus est, quarum venustas ipsas quidem ad luxuriam lasciviamque inflammavit, Maritum vero perdidit. Quid? Num Angelis placuere, aut ideo minus abominandæ visæ fuerunt? Unicam illam Uriæ ovem etiam repulere, perstiterunt in sua purgatissima conditione immobiles & fixi. Cæterum si generis propagationem apud Superos instituere voluisset Deus, feminas etiam in Cælo condidisset, per quas Angeli multiplicarentur, & numerus ipsorum generi definitus compleretur. Non fecit: quo ergo jure illos damnat, quod locum deseruere, ut Conditoris sui voluntatem exequerentur? Colonis cujusvis loci Deus arva distribuit, negavit illis, quos in Cælo constituit, quid ergo ipsis vertitur in crimen, quod inde digressi sua semina nostris commiserint agris? Facesse ista, vana sunt & indoctarum mentium ludibria; liquet enim Angelorum naturam à sua conditione puram esse, eorumque numerum perfectum, & venerabilem ipsorum sanctitatem.

SERMO VIGESIMUS.

Vidit autem Deus omnia, quæ fecerat, & erant valde bona. Res cæteras laudavit, illarum pulchritudine, dignitate & venustate delectatus, Hominis dumtaxat Deum pœnituisse Scriptura commemorat, esto reliquis animantibus longè præstantior sit homo. Is quidem peccavit, & reus culpam non agnovit, nec damnavit. Compar ipsi serpens visus est, qui utique non doluit, quam ipse procuraverat, hominis ruinam, ex qua tandem didicisset rusticum se esse, vilem agrorum colonum. Hujusce nihilominus sortis hominem Deus eò postea sublimavit, ubi cum ipso Deo communem haberet appellationem, & diceretur, atque appellaretur Deus. Id porro intelliget, qui cogitat dignitatem, ad quam sobolis suæ meritò Adamus provectus est; adeo ut Unigenitus se gregem suum deseruisse fateatur hominis amore victum, & hunc, quem condidisse se dolere ait, cæteris quibusvis rebus ab ipso conditis antetulerit, hominemque sibi ea singulari prærogativa conjunxerit, ex qua omnes intelligerent, hunc esse perfectissimum instrumentum ad usum Unigeniti comparatum. Scilicet nostris nos sensibus erudit, de nostro nos ærario divites facit, de nostro fundo nobis viatica ministrat. Agnosce supremi Opificis munificentiam, & disce, eundem pœnitere quidem; sed ut omnia præscientem decet: Opus suum damnat ex arte, ut suam

Genes. 1. 31.

inſci-

inſcitiam damnent illi, qui Deos homine nihilo meliores magnificè extollunt; interim vero, dum ad vocabulum pœnitentiæ inhorreſcunt, quæ jactant in Unigenitum, convicia non ſentiunt. Reſtat, ut imperfectam hominis conſtitutionem non fuiſſe demonſtremus. Videamus itaque, an noſtrorum membrorum formam, qui primus coagmentavit, poſtea immutarit. Senſus nimirum noſtriq; corporis partes ſanavit, non in alias formas tranſtulit, ut à conſtantia operis Opificis præſtantia agnoſceretur. Et quemadmodum corpus curavit, & ingenuæ ſuæ integritati reddidit, atque ad priorem etiam venuſtatem & ornatum revocavit, ita priſtinam animæ valetudinem reſtituit: hoc & ipſa, quæ revixere corpora teſtantur. Legem mutavit, ut homini vita conſtaret; Medicum cogita pharmaca ſimili de cauſa variantem. Nec ignorantur, quæ Mundo laboranti adhibet, medicamenta: mortalis Medicus per omnes modos corporum conſulit ſanitati, & per omnes cauſas humanæ ſaluti proſpicit Deus.

Sed fefellit Sectarios illud vocabulum *pœnituit*: dictum ſanè ægros offendit, & quaſi ſtomacho ingratum rejectum eſt, quando ipſa illa Scriptura nobis magnificè declarat ad quale dignitatis faſtigium Adamus elatus fuiſſet. Excogitavit itaque Deus rationes, quibus homini perſuaderet, non eum eſſe vas infirmi Opificis opus; quandoquidem nulli figulo poſtea licuit ejus figuram conditionemque innovare. Reliqua viventium genera cum muta ſint, mens & ratio homini conceſſa fuit. Pelago ſpatia definiuntur, fixæ montibus deſignantur ſedes, Homini imperium. Perperam ergo divinam Scripturam interpretati ſunt imperiti expoſitores, quamquam error ſtatim in vulgus manavit, & hodie quoque eo vocabulo abutuntur plerique Deum obtrectantes, quod nec antea perſpectos, nec exploratos extollat, ſubjiciuntque Saulis exemplum & illa, quibus diſerte Deus pœnituiſſe ſe dixit, quod indigno regnum contuliſſet, quo ille accepto, ab officio deflexiſſet; quare ſecretum Adami exemplum in Saule palam congeminatum fuiſſe. Non ita res habuit, ſed ut obtrectatores revinceret non ignarus futuri Deus, voluntatem ad eligendum quod libuiſſet expeditam, oblata regali dignitate aucupabatur; ſic proinde exponenda ſunt illa: *Filios enutrivi & exaltavi*: *Eſ. 1. 2.* at illi à generoſa ſtirpe degeneres ad omne nefas proruperunt. Utrumlibet cenſetis, Auditores, eſſe culpandum, Deum videlicet tali homines dignatum honore, an populum talem injuriam Deo referentem? Maleſani & amentes in Deum inſurrexerunt, caſtigavit ille ſceleſtos, ut reſipiſcerent, ſed caſtigati

A
B
C
D
E
F

ܐ ܫܬܘܬܐ ܕܒܘܠܐ ܕܫܠܡ ܡܫܟܚܐ.
ܠܐ ܐܝܟ ܕܐܢܫ ܕܢܬܟܠ
ܒܫܒܥ ܕܢܡܬܗ. *
ܒܗ ܐܦ ܡܫܘܚܐ ܠܚܕܐ
ܡܠܐܟܘܗܝ ܕܐܠܗܐ ܟܠܗ ܡܫܬܠ
ܡܢ ܕܢܫܐ ܕܢܫܐ. ܐܦ ܕܢܫܐ
ܡܢ ܕܢܫܐ ܡܢ ܕܐܡܪ
ܕܡܢ ܕܐܡܪ ܐܦ ܐܢ ܒܐ
ܒ ܡܢ ܕܐܡܪ ܠܐ ܐܝܟ ܕܐܢܫ
ܕܐܡܪ ܐܦ ܐܢ ܒܐ ܠܐ ܐܝܟ
ܕܐܢܫ ܕܐܡܪ ܐܦ ܐܢ ܒܐ
ܠܐ ܐܝܟ ܕܐܢܫ ܕܐܡܪ
ܐܦ ܐܢ ܒܐ ܠܐ ܐܝܟ
ܕܐܢܫ ܕܐܡܪ ܐܦ ܐܢ
ܒܐ ܠܐ ܐܝܟ ܕܐܢܫ

rit, Dæmones Domini Divinitatem prædicaſſe. Cæterùm ſi malum Dæmoni ingenitum eſſe nunc affirmant, à ſe ipſi diſſentiunt, ut modo verum eſſe fateantur, omnem hominum & beſtiarum pravitatem à Diaboli malitia longo intervallo diſtare. Reſtat: malum à bono non cogi. Viden', ut in Arca omnes quidem viventes ab illo coactos à propria conditione deſciſcere, non ut mali fierent, ſed ut qualemcumque malitiam ipſis hærentem excuterent. Ex parte rem totam cognoſcito. Piſces per Continentem vagari compulit, errare per freta Sues: vis, quam Bonus intulit, ſine dolore fuit, Bonus ille naturam non violavit, ſed correxit: & immanem beſtiarum conditionem cohibuit, ne ſe mutuo conficerent.

Quid? Num putas αἰῶνα tenebrarum libero præditum arbitrio, & ideo non fuiſſe vi ducendum, ut malitiam exueret; quemadmodum neque mali & improbi homines coguntur ad bonam redire frugem. Si hoc dicis, inepte malum abſolute appellas, cui propria natura dedit integram poteſtatem eligendi quod velit: porro in oculis omnium eſt; quod de libera Diaboli voluntate Scripturæ perhibuerunt, proptereaque ipſi paratum aiunt, ignem ſimilem atque malis hominibus, ut qui ſimili libertatis abuſu deliquerit. Sic ratum eſt, ut natura quælibet ratione prædita, & quodcumque principium, cui poteſtas eſt conſulendi, quid velit, ſi modo nocens ſit, plectatur pro merito.

Teſtis idoneus citatur ſerpens Adami deceptor, & inde pedibus multatus, & beſtia flammis tradita, quam polluerat mœchus uterque, quem vides, & quem non vides: cauſa fuit pœnæ culpa viri mœchantis, & Satanæ ſuadentis. Serpens namque niſi à Diabolo actus fuiſſet, integer manſiſſet; & ſine labe jumentum, ſi ab homine tactum non fuiſſet: Diabolus & Homo re bona male abuſi ſunt: Deus autem dum naturas proprio arbitrio abutentes perſequitur, jumenta damnavit, quo illos redderet cautiores: alterum rurſus habeto teſtem, vitulum illum aureum ab Hebræis conflatum: purus ille quidem extitit, ſuoque placuit Conditori; merito tamen à Moſe contritus fuit, illorum cauſa, qui ſacrilega ejus adoratione ſe contaminarunt. Sic mortifera fiunt ea etiam, ſine quibus vivere non poſſumus, cibus & potus; ſacræ quoque victimæ res aliunde minime pollutas coinquinant, & ipſa pia carmina polluunt: adeo clarum eſt, malorum caput eſſe liberum arbitrium, & Satanam, atque Adamum ea, quâ pollebant, eligendi poteſtate, primos malum invexiſſe malæ voluntatis fœtum. Diſcant modò Errantes nec repti-

A reptilia, nec jumenta unquam immunda fuisse; quandoquidem per serpentem Deus populum sanavit, & per asinam Balaamum increpuit, effecitque, ut meditati sceleris ipsum puderet. Sed & Hominem, & Satanam Deus gemina velut vasa purissima finxit, si autem sua ipsi conditione abusi sunt, non ille, sed ipsi se sordidarunt præter mentem optimi Artificis, qui mundos splendidè extulerat, & magnificè exornaverat: cumque cerneret naturam rerum à causis liberis depravatam, ipsemet descendit, lapsam visitavit, & per viscera misericordiæ suæ illius sordes absterfit.

Quod iterum confirmat virga Mosis, quæ projecta colubri formam induit, & serpentes devoravit; simulque perstrinxit despicatissimarum sectarum inscitiam, & objectam generi suo ab iisdem calumniam confutavit, ostendens, puram esse naturam serpentum, Satanas namque Satanam non pellit, nec credibile est, viri justi baculum ab illa mirabili transformatione labem contraxisse. Age vero, num æneum serpentem Diabolus conflavit, ut in idolum transcriberet, aut in Domini tabernaculo locavit, aut per illum ægris ad eum aspicientibus restituit sanitatem?

Restat, ut, serenata mente, & animo contradicendi libidine minime præoccupato, audiant ambæ sectæ, Bardesanitæ primùm, qui Moysis scripturas suscipiunt & reverentur, ad hunc enim referuntur Domini verba: *Sicut exaltavit Moyses serpentem in Deserto* &c. Quid id esse dicitis? Num creditis, Salvatorem hìc Diabolo se comparare voluisse? Audiat & Marcion, si Diaboli opus est serpens, Justus, qui Diabolum execratur, ejusque molitiones odit & acta, cur serpentis effigiem honorat? Bonus est ergo, cujus Moses imaginem excudit, populoque piè spectandam exhibuit, Domini quippe figura fuit. Unum adhuc à Judæo definiendum hìc supereſt, homine tamen minime livido: cur Deus, qui in Deserto Hebræis caverat, ne ullam imaginem, aut quodquod simulacrum sibi fingerent, mortem interminatus, si quid hujusmodi ausi fuissent; postmodum serpentem conflari jusserit, sanitatem spondens ægris, qui ad eum oculos piè elevassent, quomodo ad Deum attollere solebant? Quin potius Angelos Seraphim, & Cherubim tali fuisset dignatus honore? At reptili maledicto, & hominis inimico erigi statuam, quo jure licuit? Hunc, Judæe, nodum solvito, represso tantisper contentionum æstu, & amota interim concertandi libidine. Isthæc audiant Judæi, & Medici agnoscant beneficium & caritatem, quâ impellente tantum pro genere nostro suscepit laborem.

Interea vero quisnam fletum cohibere potest, cum cernat, Judæos necdum errorem deponere, & jejunia retinere: aut quis cessset pro iis orare, qui cum pias vigilias frequentent, adhuc à sua persuasione non discedunt, quis non postulet, Dei clementiam ipsis opitulari, qui laborare non desinunt, & suo se labore conficiunt? Quin ipsorum pro ipsis vota salutem exorant? nec enim perire velint. Ego vero Dominum suppliciter precor vestræ caritati propitium fieri, ut, eo vocante, veniatis ad Ecclesiam, ipsius misericordiam testaturi, quod vos hucusque sustinuerit. Fratribus nimirum calumnias struitis, & ille dissimulat; pauperes opprimitis, & vos alere non cessat; ab invicem dissidetis, & in mutua odia exardescitis, nec tamen ille discordes ad concordiam & mutuam benevolentiam revocare detrectat.

Sed & vos perditi & scelerati homines hùc adeste, & confitemini nobiscum Deo nostro, ejusque erga vos benignitatem & munificentiam admiramini, vos, inquam, maledici, quibus ipsius numen sacrilegis dictis impiè violantibus alimenta tamen non negavit; vosque perjuri, quos quantumvis nomen ejus sæpe sæpius pejerantes, esurire tamen passus non est. Scilicet in omnes, & per omnia suam diffundit beneficentiam. *Solem suum oriri facit* super eos, qui suam cum illo fidem mutarunt, & pluit super eos, qui in illum execrabili contumacia contumeliosè debacchantur: comprehendit omnes usquequaque, ut malefacti ipsos pœniteat, atque in eorum pœnitentia ipse lætetur. Quis ad nostrum profectum similis est tibi? Nego quemquam esse, ut certè non est.

Quem jurabo vobis, quicumque à sancta religione aberratis, quo mihi fidem habeatis, narranti labores, quos pro salute vestra suscepi? Vos quippe semper amavi, & idcirco vestram nunquam non dolui ruinam: quomodo enim sustinerem siccis oculis cernere parvulos subjectis torreri flammis, cum talia videre, sibique ciere lacrymas, individua sint? Memini, multos parricidarum supplicio commoveri solitos, esto malorum, quæ illi perpetravere, minime ignaros, quales ergo quàm uberes lacrymas exiget casus hominum, qui spectata probitate pridem insignes, modo videas suis spoliatos ornamentis, nec tamen talia passos proprium infortunium adhuc sentire? Quis jam fletum inhibeat? Recogitans Adæ posteros à rectitudine propriæ conditionis deflexisse, suique parentis vestigia secutos ex editissimo sortis suæ loco hùc præcipitasse?

A

B

C

D

E

F

SER-

SERMO VIGESIMUS SECUNDUS.

A QUemadmodum Alphabeti corpus suis constat integrum membris, nec est, ubi quodquod demas aut adjicias, sic veritas literis consignata, & sacro Evangelii codice comprehensa, perfecta mensura est, cui quidpiam addere aut detrahere nefas & crimen est. Meritò itaque Marcion suis Evangelium assumentis depravare ausus, ab Ecclesia pulsus & abjectus est; damnatusque fuit Valentinus, qui illud deseruit, & qui etiam proculcavit furiosus Cucus. Horum per vestigia incessit Bardesanes, propriam tamen nequitiam ornavit ac texit, Manes namque plane insanire visus est. Ingentem vides spinarum & zizaniorum segetem, age quod tuum est, precare Bonum, ut errantes oves ad suas caulas reducat: mirare simul ipsius
C Providentiam, quæ de hominibus etiam nequissimis optimè mereri non cessat.

Valentinus gregem ab Ecclesia suffuratus, suo nomine infamavit, majori adhuc scelere Cucus, & callidus Bardesanes, quas abduxere oves, etiam subhastarunt: Marcion similiter proprias sibi divisit caulas: successit Manes, ejusque armentum simili dolo avertit. Strinxere Canes rabidi alter in alterum dentes. Gregem quisque suum, omnes proprii
D nominis signo notarunt. Ingentes illi habendæ & agendæ sunt gratiæ, qui domo sua eos pepulit, & procul relegavit. Similis error Arianos abripuit, dum Scripturas suis additamentis corrumpunt, perinde atque Aëtianos, dum Dialecticorum argutias & acumina consectantur, & Paulinianos, postquam à recta in salebras & anfractus se conjecerunt. Nec porrò alium exitum tulere Sabelliani
E versutissimi veteratores, aut vafri simulatores Photiniani, quique puri castique videri voluerunt Cathari; similis aliquando ruina Audianos oppressit, dum in laqueos ipsi se induunt, à quibus se extricare non possent, nec non Messalianos, postquam ad inertiam & voluptates corporis suas cupiditates solverunt. Nunc vero miseros omnis destituit salutis spes, nec firmum ac stabile quidquam se offert, quo apprehenso, se à casu sustineant, nec lacinia quidem juxta prætereuntis
F amici. Inclamant nos rursus Apollo discipuli, grex ille, quem pavit olim Apollo. Sed & istos fugimus, & damnamus: etiam certe Anathema sit, quicumque Apollo dici discipulus malit, ut Christi nomine vocari nolit. Anathematis caminus absumsit mutuatas formas, suamque mentientes speciem ignominiosè nudavit, ex quo proprio errori anathema dicere noluerunt. Tu vero illum amplectere, & magnifica, qui simulat res ejus-

ejuſmodi , quo ſegregavit , etiam detexit .

Sed enimvero nec ipſi Apollo placuit tunc cum viveret , ſuum à quopiam hominum uſurpari nomen , & nunc ſi mortuo loqui daretur , talibus anathema diceret; diceret autem , quia Apoſtoli diſcipulus fuit , quem Corinthiis graviter ſuccenſuiſſe novit , quod Chriſti nomen reliquiſſent , & cognomenta ſibi ab hominibus derivaſſent . Meritò laudandus ille eſt , qui præceptori inſtituendum ſe tradidit veritatem amanti , ut huic nihil addat abſonum , nihil difforme , ſibique nefas eſſe ducat , ſuas opinationes Chriſti oraculis componere . Chriſtiani cenſentur , quicumque diſciplinam Chriſti ſuſcipiunt , quiſquis ei vel modicum quid de errore ſuperinduxerit , hunc Chriſti nomen deſeruit , ejuſque auditores proprium zizaniorum vocabulum induerunt ; nec enim unquam error cum veritate conveniet . Illi ergo tribuamus laudem & gloriam , qui ſuis nos præceptis ad veram diſciplinam formavit , juſſitque in ea ſtabiles permanere .

Plana patet via ſimplicibus , & hæc fides eſt , eademque ampla aperuit diverſoria , & milliaria diſtinxit directo tramite à Paradiſo ad Paradiſum , quoniam Adamus exitum , reditum poſt Latro monſtravit : diſceptationum æſtus velut intercurrentia æſtuaria , divinorum arcanorum ſcrutatores à vado ad ſcopulos impegerunt . Illum proinde laudare juſtum eſt , qui ſimplices & ingenuos tuetur .

Moneta , ut videtis , fratres , Regis ſignatur effigie , nec ſummo militiæ duci fas eſt minutos obolos proprio notare ſigno : quin & ille , cujus munus eſt monetam cudere , ſi id in ſecreto exerceat , aut comburitur , aut membratim conciditur ; quàm opidò audacior fuit , quiſquis ille fuit , qui , refixa Domini effigie , propriam induxit . Tu vero illum magnifica , qui ſuo nos nomine ſignat . Eſt quippe nimis vile Regi noſtro aurum , nec ſuam argento imprimit imaginem . In homine re omnium præſtantiſſima pulcherrimam ſui vultus effigiem deſcripſit , qui hominem redemit . Quiſquis credidit in nomine Dei , Dei ſuſcepit ſignaculum . Si autem hominis appellationem affectavit , ſibi ipſe hominis notam inuſſit , quæ cum divino nomine compoſita lutum eſt . Benedicito ei , qui ſuis nos nominibus inſignivit & diſtinxit .

Judas cum rem alienam cleperet , & fur eſſet , Diſcipulus vocabatur , cum autem dexteram deferens , ad lævam tranſiſſet , impiæ turbæ dux factus , à Domino amicus eſt appellatus , quo nos doceret Diſcipuli loco neminem excidere , qui Sanctorum Communionem

munionem adhuc retineat. Contra si ab illorum corpore se sciderit etiam amicus, adversarius tamen habetur & dicitur, hujusmodi transfugam Iscariota repræsentat. Domine, despectus & humilis sum, te laudare tamen non desinam. Hùc pertinet, quod legitur: *Rex iturus committere bellum cum Rege socio Suo* &c. Hostes socios appellat, non quo benevolentia conjuncti essent, sed quo regali honore haberentur pares. Hoc extimuit malum divino succensus zelo Apostolus, cavitque Corinthiis nuncupationem sibi ab hominibus quærere. Rebelles larvam veritatis induunt, quò ascititiis cognomentis incautos seducant. Impius Fidei desertor etiam cum Deum jurat, in corde negat. Judas, cum Redemptorem proderet, Magistrum appellabat, quid animo coqueret, publicavere Cohortes militum à tergo subsequentes. O quam submisè Jesus illìc se gessit, quando coram aggressoribus cum suis solus Discipulis stetit! Quàm bonus ille fuit, qui turpissimo homini osculum petenti, dedit!

Luc. 14.31.

Idem Manes Christi personam induit, nomenque sibi arrogavit: inflavit in Prophetas suos spiritum erroris, corpusque suum ipsis impertiri se finxit; Orbem terrarum emissariis suis divisit: assumtâ Domini larvâ, adversus Dominum insurrexit: ingeniumque tortuosum & subdolum dissimulans, palam se Apostolum esse affirmavit, & plurimis persuasit, etiam se esse Paracletum, qui tamen externum ante diem nullus erat. Laudem illi dicito, qui immanem feram tandiu toleravit, captamque demum oppressit. Leviora tamen isthæc visa fuere homini audacissimo, nisi ad violandam Dei Majestatem os suum instrueret, & acueret linguam ad dicendum aliquid, quod ejus existimationem detereret, effutire ausus, Canum animas de divina natura fuisse decerptas. Profecto ei difficile non fuit seipsum facere Deum, qui Deum Canem fecisset. Hinc mirare Justum scelerum vindicem, qui suam continuit iram.

Ipsi perduelles Sectarii fateri coguntur, uno omnes junctos se esse jugo, uno ergo ducuntur spiritu, uno instinctu loquuntur, scribuntque nefaria illa dogmata, quæ detestabiles illi, quos damnat Apostolus, usurpabant, eaque ab Ecclesiis eliminanda prædicat. Equidem non video, fratres, quis possit eorum libros detergere, & illud, quo obliti sunt, cenum decutere. Tu, Domine misericors & miserator, illos repurgato, precor.

Rursus iidem premendi sunt, instando, ut suam quisque ætatem prodat, qua quis altero antiquior est. An forte Manes primogenituræ jura sibi arroget: atqui prior illo est Bardesanes. Hic ne natu majorem se prædicet?

cet? Atqui minor est natu maximis; Marcion quippe fuit illa spina omnium prima, & velut primogenitus dumeti, quod est peccatum, lolium precox, ac temporaneum. Justus, oro, illius contundat germina. Iterum distinctè interrogentur, à quo manum susceperint, & si quidem hanc à nobis acceperunt, & subinde repudiarunt, plura non habet veritas, quæ requirat; sin autem ipsi sibi Sacerdotum officia arrogarunt, sat illa habet, unde & redarguat, & pudore suffundat. Jam enim quilibet fiet Sacerdos, dummodo suo ipse velit capiti manum imponere. Viden' confusionem desperatissimam?

Altissimus summo montis Sinai allapsus, suam super Moysen demisit manum, suam deinde Moses Aaroni imposuit. Sic mos iste traductus est ad Joannem, cui propterea Dominus dicebat, partem esse justitiæ baptismum, quem sibi ab illo petebat; ne videlicet ordo dissiparetur, quem etiam Discipulis suis transcripsit, & ab istis sibi transmissum hodie quoque nostra Ecclesia retinet. Benedicimus ei, qui suam apud nos disciplinam deposuit. Jam vero Domini vox hostes suos coërcuit, sustulitque assumptiones Aëtianorum, & Arianorum, Sabellianorum, & Catharorum, Photinianorum, & Audianorum, qui ab Ecclesia nostra manus impositionem suscepisse visi sunt, ut, quod quidam illorum fecerunt, eo petulantius impiam manum injicerent Orthodoxæ Fidei à celeberrima illa Synodo traditæ, cujus congregandæ auctor fuit Imperator æterna dignus recordatione. Mox Ecclesiis proprios præfecere Antistites, Presbyteros instituerunt, & Diaconos, Doctores, & Lectores, quidam etiam Monastarum institutum amplexi sunt. Ab Ecclesia nostra pariter suffurati sunt Ecclesiasticorum officiorum ordinem, inde didicerunt sacrum facere, baptizare, panem frangere, & annuntiare utrumque Domini adventum, præteritum & futurum. Illum laudabo, qui omnes veritatis osores divina veritatis vi revicit & repressit.

Magnoperè laborarunt, susquedeque permiscuerunt omnia, peremptoria quærebant venena suis immiscenda dictatis. Et alii quidem disceptationes, & quæstiones induxerunt, commenti sunt alii revelationes, acta alii vulgarunt, non pauci æmulati sunt Chaldæorum disciplinam, & peregrinas sectas: Manes unus omnium audacissimus omnem usquequaque errorum colluviem coëgit, ac toto hausit pectore. Hymnum laudis dicamus ei, qui hoc à nobis prohibuit malum. Quid? quod protervi quidam homines, & perversissimi docuerunt, falli eos, qui putant Prophetas Dominum prænunciasse, quorum temeri-

A temeritatem olim redarguet futurus ejuſdem adventus. Cæterum uti priorem Salvatoris manifeſtationem Prophetæ vaticinati ſunt, ſic poſteriorem Apoſtoli prædicarunt. Ab adventu adventum diſce, à præterito futurum arguito, & lauda eum, qui utrumque nobis oſtendit & præmonſtravit.

SERMO VIGESIMUS TERTIUS.

B DUodecim Apoſtoli Mundum excoluere univerſum, pars Orbis nulla fuit, quæ ſui coloni nomen obtineret: at ubi agricultores obierunt, eruperunt zizania, ſegetique propria communicavere vocabula, cum triticum in lolium tranſmutaſſent meſſorum opera rato tempore revellendum. Jure laudandus ille, cujus nutu feſtinata dies meſſis jam imminet. Ab ipſiſmet Fidei noſtræ adverſariis didici, eoſdem odiſſe, poſtquam intellexi, libros, quos ſine arbitro ſcripſerunt, occultare; verentur quippe infamiam inde ſibi ſecuturam. Eccleſia noſtra non item; quin vultum dignitatis & decoris plenum attollit, & offert, omnium oculis conſpiciendum: neque enim vitium habet, quod occultum manere velit, vel morbo laborat, quem manifeſtum fieri nolit. Ejus nimirum Decreta Sole clariora nitent. Quo etiam magis

C

D commendes Patrem luminum, qui luce veritatis illam illuſtrat.

Urbem Regum ſedem ad deditionem compulerat Joabus, verumtamen cavit, ne ſi Joabus diceretur oppidum cepiſſe, ipſius nomen ea victoria loqueretur, quamobrem, miſſis nunciis, Davidem ad caſtra venire rogavit, ut, ſecuta dëditione, urbem intraret primus, indeque fama vulgaret, civitatem ab ipſo expugnatam fuiſſe. Joabus itaque

E quaſi ſervus, quæ ſuæ partes erant, exequebatur, bellique exorbebat moleſtias, ſed Regis nomen rei bene geſtæ fama nihilominus referebat. Te, Domine, laudent quicumque veritatem amant. Sic Apoſtoli, & Prophetæ noſtri videlicet Principes ac Duces ſudarunt, & alſerunt, aperuere ſcholas, populis præcepta dederunt, expugnarunt urbes & arces, Prophetæ, inquam, & Apoſtoli,

F ærumnas & dolores hauſerunt, modo ut Dei non ipſorum nomen gentes audirent, & loquerentur. Et vero quid intererat, Dominum noſtrum laborare & docere, ſi futurum erat, ut nefarii & impii homines ſua obtruderent nomina, & Sectis cognomenta darent? Illum proinde magnifica, cujus magnum nomen ſcelaratis larvam detraxit, obductiſque eos integumentis nudavit.

Sed age, percontare Bardeſanis aſſeclas, qua tandem ratione perſuaſi, quave illecti

ſpe à Bardeſane ſibi nomen quæſiverint: quæ rurſus hujus appellationis origo fuerit? An forte quia generis ſui auctor Bardeſanes fuit, qualis Hebræorum Heber? Alioquin ſi cauſa nominis doctrina fuit, cognomen à nomine Doctoris petitum demonſtrat, dogma aliquod minime ſanum ab illo commentum, ac traditum fuiſſe. Meritò laudandus ille, qui hujus nequitiæ hominum fraudes detexit. Neque enim quiſquis Cœtui cuipiam præcepta dedit, ſuum etiam nomen adjecit. Apoſtolus plurimas gentes inſtituit, nullam tamen ſuo inſignivit nomine; in eo ſiquidem nomine, in quo illas Chriſti doctrina imbuit, etiam Baptiſmo initiavit, & in quo baptizavit nomine, ipſum idem adorare docuit: omnia huic nomini tribuenda judicavit, cui omnes laudem & gloriam tribuimus, eidemq; omnia deberi fatemur.

Eutactus in Gangrenſi Concilio damnatus.

* Erro quidam extitit apud Græcos, qui cum ſingulas examinaſſet ſectas, inde decerpſit, quod propoſito ſuo credidit magis utile fore, & hodie quoque ejus Sectatores pergunt, ſimplicibus feminis multis modis illudere, & alias quidem vana abſtinentiæ ſpecie capiunt, fallunt alias ſacco & legumine, atq; alias melliti ſermonis lenocinio. Laudes Domino, qui illorum artes eluſit & evertit. Nec enim mendacium per ſe deforme formam aliunde, quam à veritate ſibi accerſat, nec perfidia procedere queat, niſi per Fidei veſtigia incedat. Obtenta igitur veritatis ſpecie ſeduxere nurus, quamquam ipſæ non ignorant, eos utiq; eſſe turpiſſimos: ſeductas autem ſibi habuerunt, quamlibet iſtas non lateat, eos ſpecioſo integumento occultare flagitia. Erit itaque quiſpiam, qui tales non fugiat? Erit etiam aliquis, qui Te, Domine, non laudet, omnium commune perfugium?

Perge porro, iſthæc involucra evolvamus, loquamur, quæ vel ſurdi audiant, voſq; appello judices, Auditores, vos ipſi decernite, utrum præſtet magiſque deceat, Chriſtianum ne, an Marcionitam nuncupari? Dici ne Chriſtianos, an Deſanitas, putida utiq; zizania. Nos interim optimum & excellentiſſimum magnificemus, qui debet ipſe per ſe ad eum cupiendum quemvis allicere. Repetamus tempus, quando nec dum viderat lucem Bardeſanes, aut Marcionis nomen innotuerat; & diſcamus, unde ſuum antiquiſſimæ Eccleſiæ duxere nomen, & hoc noſtrum perpetuò fore ſtatuamus, novaſque, rogo, nuncupationes rejiciamus. Tu vero illum glorifica, cujus notitia per ejuſdem nomina ad nos tranſmiſſa ac propagata eſt.

ܡܫܘܚܐ ܒܪܘܚ ܩܕܫܗ ܡܫܚܝܢ.

SERMO VIGESIMUS QUARTUS.

QUamquam Fidei Orthodoxæ desertores Scripturas refigere non dubitarunt, ea est illorum audacia, veriti, ne, si integræ & salvæ manerent, sua auctoritate, ac testimonio ipsorum errores præverterent, una tamen, quam supprimere ausi non sunt, illorum nequitiam satis superque manifestat & refellit; equidem arbitror, illam à Domino in sacro codice conservatam, provisumque, ne stylo eodem, quo reliquas, hanc etiam configerent: utrum autem intactam posthac relicturi sint, id porro incertum. Idem, precor, me pariter custodiat, ne similis flagitii reus aliquando fiam. Interim quod in orthodoxa Fide usque ad hoc tempus perstevero, ipsi acceptum refero, & gratus agnosco. Monuit & mandavit, qui non mentitur dicens: *Nolite vocare vobis Magistrum super terram*. Apostolus etiam veritus, ne istuc latius manaret malum, præoccupavit ferre legem, ne quispiam gregum Christi sibi Pauli nomen allineret. Quod tamen Apostolus malum extimuit, ad hoc zizania suspirant. Una superbos impulit causa ambitus honorum, dum unusquisque Cathedram occupare contendit. Illum prædicare, vere est justum, qui suam in Cruce mortem objiciens, superbiam nostram cohibere studuit. Zebedæi filiis prima subsellia petentibus summus Magister prudenter negavit, cavens, ne nos ex eorum facto argumentum similis ambitus perversè duceremus. Sed & eosdem suis quæstionibus à petitione primatus ad consectandam humilitatem revocavit. Nostram ut ambitionem compesceret, pro honoribus perpessiones obtulit, arrogantiæ nostræ objurgatrices. Tu vero reverere supremum Judicem pro tribunali sedentem.

O fidos sponsores, quorum fidelitas labefactari non potuit amplissimæ potestatis spe, ovesque repulere dicentes: *Ego sum Cephæ, ego vero sum Pauli, vel Apollo*. Miseram ovem, cui gregalis suæ nota signari, tanti fuit. Dominum certè reverentes optimi servi, suis à nominibus derivatas nuncupationes obliterare studuerunt, gregique Domini signum imprimendum curarunt. Jam benedicito ei, qui suorum Apostolorum operâ oves suas proprio distinxit charactere. Subdoli autem & improbi Doctores fraudulentis sponsoribus similes visi sunt; nam cum eos sponsus fidei plenos opinatus, suos ad sponsæ domum legasset nuncios, communem expectationem fefellerunt, Christique sponsas sibi averterunt: ut vero incautas deciperent, suaviſſimos Sponsi mores imitati, jucundissimum ejusdem aspectum decoris & dignitatis plenum illis objecerunt. Sic enim-

vero adversus Sponsum ipsiusmet armis dimicare voluerunt. Quis hìc pro merito laudet eum, qui igne suo exploratorio veteratorum fraudem detexit & publicavit? Joannes contra missus Sponsi paranymphus, cum animadvertisset, se à Sponsa Domini sui intentius inspici, perinde ac si ipsius dominus esset, servus suam conditionem minime dissimulavit, fassus, se loco infimo natum, & naturâ mortalem: summa ab imis discrevit, Sponsæque utraque proposuit, testatus, se Sponso nullatenùs esse comparabilem, cujus nec esset dignus, ut ejus corrigiam calceamenti solveret. Gloriam tribuito illi, qui Joanni talia suggessit, ejusque monitis errantem correxit.

Contrariam cepere viam mendaces & fraudulenti Doctores, fucatam nempe fallacemque mercem obtulerunt ingenii sui acumina & argutias. Sic enim fit, ut qui honestam heri uxorem violare molitur, se primum diligenter excolat & ornet. At enimvero quantumlibet istuc hominum genus se comat, expoliatque, suam profecto deformitatem ac turpitudinem nunquam adumbrarit. Jesu humilitas qualibet venustate pulchrior est. Hunc proinde suspicito & lauda, cujus vel opprobrium gloria & decus est.

Ejus certè dignitatem & amplitudinem statim ut aspexere Græci, Persæ, Ægyptii, sua ejuravere simulacra, inanium Deorum abjecere nomina, homines ante vitiis dediti ductas à suis majoribus nomenclationes antiquarunt, atque in verba Magistri veritatis jurare cœperunt. Hæc vident putida zizania, perditissimorum tamen hominum nomina affectant nihilo minus, & inde sibi cognomenta petunt. Testare gratiam illius, qui devios in viam ab errore reducit.

Postquam apud Græcos Filii Dei Sponsam perversi Doctores labefactare cœperunt, continuo magistrorum nomina sibi schola probavit. Servorum vocabula appetiit uxor, quæ affectum mutavit. Injuria provocatus potentissimus Sponsus, ne latius flueret malum, & universum gynæceum corrumperet, ejusmodi nomenclationes eliminandas curavit. Laudare justum est illum, qui Ecclesiæ suæ viros divino zelo incensos providit. Et sane si Apostolus in corpore mortali versaretur adhuc in terris, ejusmodi improborum hominum memoriam de sub Cælo deleret pœna, quæ populo Amalecitarum olim statuta fuit; nam si obstitit, ne Christi grex nomen sibi Simonis approbaret, quanto diligentius curaret, ut obliterarentur nomina furum, qui seductam Christi Sponsam, sibique adjunctam propriis notavere vocabulis. Laudem dicito ei, qui suam Ecclesiam adorando nomini suo affixit.

Mar-

Marcion, qui inter primos auſus eſt Divinam obtrectare Majeſtatem, cum à proprio nomine avelli non poſſet, alteram ab invecto ſchiſmate nuncupationem invenit, inde cœpit propriæ ſectæ cognomento ſignari: etenim nec fures ab arte ſua nuncupari velint, ſed hujuſmodi appellationem ars ipſa vel invitis obtrudit; ſcilicet noſtri nobis mores nomina fingunt. Illi benedicito, qui ſuo nomine nos induit. Sanctorum cœtus, fratres, captas ab hominibus nomenclationes vehementer abhorret: quamobrem Sabelliani, & Ariani, aliique Sectarii, in eo, quod ductas ab auctoribus Sectarum appellationes iniquè ferunt, noſtræ Eccleſiæ ſe ornare & placere callidè ſtudent. Norunt ſiquidem quemnam illa diligat, totamq; in Chriſtum eſſe ſuſpenſam. Sic opto, ut benedictum ſit illud nomen, ex quo omnis noſtra pendet ratio & ſpes. Quid? Num Apoſtolum non legerunt arguentem eos, quorum alii ſe Cephæ diſcipulos eſſe ajebant, & alii Pauli, atque alii Apollo? Ecce autem acerbior nobis, ſtatres, incubuit dolor, ex quo cœperunt noſtri æquales gregem nominibus ſignare ſuis: ſiquidem nec puduit, lectores, aut Auditores erubuerunt, aſcitis ab homine appellationibus, vocari. Benedictum ſit nomen, in quo vocati ſumus.

Hìc porro date operam & animum attendite, ut pernoſcatis, apud utram partem illa Apoſtolorum doctrina perſeveret. Iſti utique filii Sponſam ſuis nuſquam nominibus appellarunt; quiſquis ergo gregi doctrinæ causâ ſuum adjungit nomen, ab Apoſtolorum diſciplina aberrat: contra quicumque illum Domini nomine ſignat, apud iſtum veritatem reſediſſe & adhuc perdurare dicemus. Benedicito illi, qui ſuum hoſpitem nobis indicavit. Græci item ſapientes ſcholis ſuis dedere nomen, dilectiſſimi, hæſitque eorum diſcipulis illa nomenclatio uſque ad hoc tempus. Atqui non mirum, homines hominibus ſe ſubjeciſſe, mirum eſt, ut impii ſanctæ religionis transfugæ ſuper Dominum Deumque ſuum ſe efferre audeant, audent utique, dum ſuum divino nomini anteferendum decernunt. Magnifica illum, cujus nomen *invocatum eſt ſuper nos*. *Jer.* 14.9

Sectam turpiſſimam turpi nomine Canis nuncuparunt: neque puduit dementes de Canis nomine Cinicos appellari, quemadmodum nec Udiani (Audiani) Udo (Noctuæ) vocabulum erubuerunt, neque ſua cognomenta Ariani, aut Cuchitæ; quorum nominum, cariſſimi, utrum fœdius ſit neſcias. Benedictum ſit nomen, quo decorati ſumus. Luporum nomen quaſi velum quoddam obtenderunt Ovibus, Milvorumque vocabulo conveſtierunt Columbas: ſprevere frumenti nobile

nobile nomen, veprium cognomentis uti maluerunt. Porrò si Apostolus Corinthios acriter reprehendit, quod docti, Dominum pro ipsorum salute Crucis subiisse supplicium, Cephæ tamen, & Pauli cognomentum ambirent, qui etsi clarissimos viros esse scirent, servorum tamen conditionem nullatenus excedere sciebant, quantum putas divinam indignationem à Sectariis provocari, qui nominis sui originem ad eos referre malunt, qui Domini fidem negarunt? Benedictum sit nomen, in quod credidimus.

Multos prædicari audio Christos, alterum quidem Manethi coëtaneum, Bardesani alterum ætate supparem, atque alterum Marcionis ætate natum: constat autem Christum Apostolorum temporibus advenisse. Porro si quos nominavi, Christi sunt, isti profecto secum pugnant; sin unus est Christus, divisus in plures, idem ore non uno pugnantia loquitur. Tu vero approba tibi illum sine varietate unum, semper eundem, semper ipsum. Est adhuc, quod minime probes in ratione temporum, quibus ista dicuntur erupisse zizania. Sua Heterodoxi confudere tempora, ut sua perverterunt dogmata: nam si ista sibi ab Apostolis tradita acceperunt, cedo, quis primus ille fuit? Arius ne, qui nostra ætate prodiit, an Manes, qui hesternam ante diem nullus erat? Proh informes locustas, putida terræ rejectamenta! Quàm meritò laudandus ille est, *qui habitat in Cœlis,* *Ps. 2. 4.* *ac tales irridet*.

Apostoli ad annos plures Christi doctrinam disseminare institerunt, eodē in munere successerunt alii, nec dum porrò zizania pullularant. Isti, qui secuti sunt, explicent, à quonam traxerit nomen vetus à Simone tradita disciplina? Testes præsentes adsunt Paulus & Apollo. Gratiam habeamus illi, qui tales errantibus oppositi veritatis assertores. Ecclesia Gentium jam extabat, postquam ejus Constitutor Deus Populi templum diruit, eoq; funditus everso, ruinis superstruxit Ecclesiam: in hac certè Marcion nullo unquam munere functus est, quando nec ejus nomen extabat; neque illuc prorumpere licuit Manethi, vel Bardesani.

A Prophetis Apostoli orthodoxam doctrinam acceperunt (quo memineris laudare supremū ordinationum & vicissitudinum auctorē) Adamus primitùs illam Noëmo tradidit, à Noëmo ad Abrahamum propagata est, & ab isto ad Mosen, & à Mose ad Davidem manavit, & ab eodem ad captivitatis Babylonicæ exules, & ab istis ad Salvatorem traducta fuit. Populus post dispersus est, omnesque Patrum traditiones rescidit & refixit, Apostolorum item manus sublata est. Prædicamus eum,

A eum, qui eorum traditiones conſervat; ille nimirùm, qui Arcæ fabricam præcepit, idem populi templum conſtruxit, & qui hæc omnia molitus eſt, ſanctam Eccleſiam conſtituit. Porrò qui viventium propagationem, rerumque ſeriem ordinat, idem Prophetarum, atque Apoſtolorum ſucceſſionem ordinatiſſimam invenit, & à ſæculo uſque in ſæculum retinebit. Teſtare potentiam illius, qui cœpta tenet, auget, & perficit.

B

SERMO VIGESIMUS QUINTUS.

ITerùm redarguendi ſunt, quicumque vagantur extra viam, perque devios fallaceſque tramites aberrant: quandoquidem ipſa ſalutis via nobis indicia offert, unde pernoſcamus, hunc eſſe callem, quem legati trivere pacis, & ſpiritu afflati ſapientes præſignarunt, atque libratum, æquatumque nobis tradidere Prophetæ, & Apoſtoli; cujus milliaria diſtinxit veritas, & Chriſtus diverſoria adornavit. Eja, fratres, hanc ingrediamur ſemitam, quâ Pater Filium miſit: regiam teneamus viam, ut ſimul omnes ad conſpectum Filii Regis perveniamus. Hæc quippè via eſt, quam regii ſtatores venturo Domino pararunt, tunc quando regni hæres

C

deducendus fuit ad urbem regum ſedem, & collocandus in eo, qui à Davide conſtitutus fuerat, thronus. Et Regis quidem ille perſonam induit, cum illuderetur; coronatus eſt, cum irrideretur; ſubiit in Calvariæ collem regalia geſtans inſignia, ſicque viam ſuorum Prophetarum remenſus eſt, & ab Apoſtolis ſuis mox recalcandam compoſuit & complanavit. Hanc ergo viam nos capeſſere oportet à Filio deſignatam, ut Patris

D

gloriam teneamus.

E

Moſes in lege viam per figuras deſcripſit, populoque per omnes palanti vias monſtravit, Dominus ſuis ordinationibus illam abſolvit, & Gentibus terendam dedit. Omnes itaque figuræ à Moſe in eo, quem aperuit, tramite deſignatas, via Filii Dei ad finem perduxit. Hoc ergo agamus, fratres, ut mens noſtra fiat æquabile ſolum, animam videlicet præparemus ſic, ut aliis expediti curis monſtratum ſalutis iter perſequamur. Hinc porrò Increduli ſuomet ore revincuntur, iſtuc, eſto, minime animadvertant: fatentur nimirùm Joannem adveniſſe: videamus ergo, num recto ordini conſentiat, quod Legati præcurſores Regis jamdiu defecerint, objerintque. Rex autem ex condicto ponè ſecuturus, ſuum adhuc adventum protelet & ſuſtineat: Prophetarum ſiquidem poſtremus extitit Joannes, idemque Prophetarum coronis fuit, viditque, Simonem Diſcipulorum Principem, Domi-

F

nus

nus inter priores & posteriores medius constitit. Conticuere illicò buccinæ Prophetarum, Orbem circumsonante tuba Apostolorum.

Christi præcursor Joannes ad Judæos venit, ut ipsi fatentur, ad præparandam secuturo Messiæ viam; cum autem, dilectissimi, instruitur via apparatu magnifico, qualis regalem decet majestatem: intelligit quisque Regem propediem adfuturum. Supputate nunc tempora, & comperietis, annos jam fluxisse trecentos, ex quo Joannes viam Regi post venturo præparabat, vos dicite Increduli, Rex ubi est? Constat itaque, ut in dubium jure vocari non possit, & præparationem viæ à Jo nne cœptam & absolutam fuisse in gratiam Filii Regis secuturi, atque Prophetis ejusdem adventum annunciantibus imposuisse silentium solam ejus præsentiam.

Antecessere Christi adventum Abel & Enoch, Noë & Abraham, Moses & Josue, Samuel, David, ejusque nepos Joseph, omnisque cœtus Justorum, qui per idem tempus floruerunt. Jam inde constantem, & longam habetis filiorum lucis seriem per omnes præteriti temporis ætates deductam. Ecce autem omnes testantur, Dominum ad Sionem venisse, Regemque Statorum suorum cursum sua præsentia concluisse. Via militum signata vestigiis ostendit, exercitum antecessisse, Regemque præeuntes legiones secutum suis in castris adesse præsentem. Sic Increduli dum callidè in alieno solo peregrinari malunt, viam certâ viæ Domini notâ signarunt.

Cæterum quisquis se Regis Legatum prædicat, & à via regia fugit, latro est, viatoribus insidias parat; siquidem etiam latrones vias obsident, ut negotiatores adoriantur & spolient: quare si quispiam gnarus viarum tibi se offerat ducem, sequere, insistito illorum vestigiis, & in suo ipsos latrocinio interpellabis. Pertentemus ergo nos quoque & exploremus Incredulorum angiportus & salebras. Agite itaque, examinate versutissimorum hominum tricas & fallacias, & abactas oves direptasque ex eorum manibus excutite. Erroris tortuosum & multiplex ingenium semper fuit, tramites non suos secus viam salutis ad lævam occupavit atque munivit, quos modo videtis ab ejus ducibus obtineri: cognati sunt isti antiqui illius serpentis, callidi illius veteratoris, qui Rectos seduxit; cujus consilium turpissimum fuit, qualis ipse, qui dedit. Hujus pressere vestigia secuti hæresum inventores, qui viam mirum in modum deformarunt, supe inductis suorum ænigmatum involucris, quæ etiam simplicibus facile persuadent. Ergo si quos orthodoxos offendunt

A
B
C
D
E
F

offendunt recta incedentes, ſuis prius imbutos diſciplina ſuadent, ut ad ipſorum mores inpoſterum ſe componant.

His ſeducti artibus facilem tutamque credidere viam, planum ad rebellionem iter; incautos decepere maligni tramites viæ fraudulenter adjuncti. Peccati namque repertor in via vitæ, mortis notas impreſſit; ad confundendas filiorũ lucis ſemitas, veritatis larvâ texit mendacium, ut vel repelleretur verum, vel falſum admitteretur. Sed tu age ingredere veritatis viam, totam circumſpice & conſidera, mentique illius ſpeciem & ornatum imprimito: inde diſces cavere tibi à damnato illo ſerpente, ne quando te incautum invadat, & à recta abductum, in viam, quam odiſſe debes, conjiciat. Unigenitus, qui ambulavit ſuper aquas, ſuoque Diſcipulo ſimilem viam patefecit, eidem arcana delineavit & propoſuit: in undis deſcripta emicuere ſymbola, in profluente ſemitam inſtauravit, deſcripſitque in mari continentis imaginem, ſignificavit Apoſtolis apertas fuiſſe vias ad promulgandas Evangelii leges per univerſum Orbem, quem calcatum mare deſignabat. Tua, rogo, vox, quæ fluctus increpuit, & ſuper aquas novum ſtravit callem, diſcordias componat, ut olim tempeſtatem compeſcuit, viamque veritatis famulis tuis expediat.

SERMO VIGESIMUS SEXTUS.

MAgnum profecto molitur opus, quicumq; parat omnium orthodoxæ Fidei hoſtiũ mores & errores exquirere; ſiquidē velit cœptam ab ſua origine rerum geſtarum ſeriem ad noſtram ætatem deducere, alioquin Manethis acta retexere operoſum non eſt, cum à nobis parum diſtet tempus, quo ſuam ſuis aperuit viam, externam quippe ante diem necdum emerſerant dogmata zizaniorum, quæ nata viſa ſunt aruiſſe; niſi quod viarum graſſatores ſua opportunè petunt latibula, unde, datá occaſione, erumpant. Hujus diſciplinæ Sectarii teſtamentum per famuli manus nobis traditum ab altero, quod à Filio conditum accepimus, diſtraxerunt: patebit autem error, ſi patuerit oculos habentibus, Apoſtolos tritam à Prophetis cepiſſe viam. Fons erat ingens, & *in ipſo vitæ principium*, inde exiſtit alter Prophetarum vehens oracula, ac tertius verba trahens ſpiritus. Hos nacti fontes colubri de profluente cadentes lambitavere guttas, hauſtum copioſus vomitus conſecutus eſt; ſcilicet ſaluberrimæ ſalientes venenatorum reptilium contagione in lacunas peſtiferi liquoris converſæ ſunt, quod vitale poculum fuit, mox Draconum felle temperatum guſtantibus lethum attulit, eſto,

putaverint insani quidam inde sibi offerri latices peregrini suaviſſimique saporis; erroris namque repertor ex illimi fonte veritatis labentes stillas clanculum collegit, & veneno miscuit.

Tu vero disce viam à salebris discernere: cave, ne alius captivum te trahat callis; mendacium quippe veri larvam sibi accommodare consuevit. Ubi autem videris terminos à Rege positos, publicaque diversoria, & frequentem illàc negotiatorum discursum, hanc nimirum viam credito tutiſſimam, Regi, ejusque cursoribus, & legatis constitutam. Ubi contra per obliquos viarum flexus circumsonare audies Incantatorum carmina, & signorum Zodiaci vocabula: item dicta religioni, Divinæque Majestati contumelioſa, & nefarias Maleficorum exerceri artes, non est cur ultra ambigas; compertiſſimum quippe est, hosce errantium esse angiportus, & grassatorum cubilia; brevi sic habeto: ubicumq; mendacium deprehenderis, vasa ocyùs colligito, indeque celerem adorna fugam. At ubi nactus fueris viam illimem & planam, mentem tibi præpara purgatam & sinceram, quod ubi feceris, meditatum iter securus ingredere.

Gratemur, oro, fructui, qui viam nobis aperuit; ab arbore ad Crucem, à ligno ad lignum rectam produxit, à Paradiso deliciarum ad Sionem, & illinc ad Ecclesiam Sanctorum, atque hinc ad Regnum; hanc enimverò ingrediamur, quæ impios desertores redarguit, docetque locum, unde exciderunt, antiquum illum Apostatam secuti, cujus perinde nomen & mores induerunt. Dominus viam se ipse appellavit, hâc ad ejus Genitorem contendamus. Magnam profecto viam ejus mandata proponunt, quæ cum ampliſſima sit, angusta simul est, antiqua est, eademque nova. Hujus caput Incircumcisus populus tenuit Domini secum vehens figuras, ejus quippe adumbratæ etiam imagines salutis prognostica sunt. Huic permixta Circumciſorum turba iter ingressa est Filii simili modo ornata symbolis: hic enim primis, & mediis, atque postremis salutem & vitam attulit, viamque trifariam divisit: Unum autem omnium viarum initium & finis est: etenim qui omnia sua potestate complectitur, cuncta pariter in se reducit & recipit.

Viæ causa fuit Adamus perditus, hunc ut quærerent, in viam se dedere viri communis Domini Statores, qui tamen ovem errantem magno cum labore perquirentes, reperire nusquam potuerunt, nedum ad caulas reducere: quamobrem ovis Dominus, ut amissam recuperaret, quærere instituit, ingressusque viam est, quam Domino gregis sui

ܘܘܝܠ ܐܠܗܘܬܢ ܕܒܘܫܡܗ ܕܐܕܟ ܐ
ܟܕ ܐܬܐ ܡܢ ܒܝܬ ܥܕܢ : ܐܡܪ ܠܢ ܕܢܬܟܢܫ ܠܗ ܠܒܝܬ ܥܕܢ
ܘܢܫܬܒܩ ܡܢ ܗܢܐ ܥܠܡܐ : ܘܢܗܘܐ ܠܢ ܒܝܬ ܡܫܟܢ ܒܫܡܝܐ
ܕܒܝܬ ܥܕܢ ܐܬܦܬܚ ܠܢ : ܡܢ ܗܢܐ ܥܠܡܐ ܐܬܪܚܩ ܐܕܡ ܥܠ ܕܪ
ܐܪܥܐ ܡܠܝܐ ܩܘܣܐ ܘܠܥܢܬܐ . *
ܘܒܝܬ ܥܕܢ ܐܬܦܬܚ ܠܢ : ܗܘ ܕܐܬܐ ܡܢ ܬܡ
ܘܐܬܐ ܠܡܪܕܘܬ ܥܠ ܐܕܡ : ܘܐܦ ܗܘ ܐܬܐ ܠܡܪܕܘܬ ܥܠ ܐܕܡ
ܕܢܗܘܐ ܠܗ ܒܝܬ ܡܫܟܢ ܒܫܡܝܐ : ܘܐܦ ܗܘ ܐܬܐ ܠܡܪܕܘܬ ܥܠ ܐܕܡ
ܕܢܗܘܐ ܠܗ ܒܝܬ ܥܕܢ ܐܬܦܬܚ ܠܢ : ܡܢ ܗܢܐ ܥܠܡܐ ܐܬܪܚܩ ܐܕܡ ܥܠ ܕܪ
ܐܪܥܐ ܡܠܝܐ ܩܘܣܐ ܘܠܥܢܬܐ . *
ܘ

SERMO VIGESIMUS SEPTIMUS.

QUAM benè imitantur malos impii Fidei contemtores! Nequam & improbi quidam monetalem typum, unde unde nacti, nummos cudunt adulterinos; qui si ad manus aurificis venerint, laudat iste typum & effigiem regis, sed & accusat artificis fraudulenti nequitiam; nec enim callidus veterator potuit exactè archetypum imitari, & discriminantes notas penitus dissimulare & auferre. Id enimvero authoribus Sectarum contigit, rectam illi quidem depravarunt viam, terminos tamen à Rege positos immutare aut revellere nequiverunt, his porrò stantibus, constat pariter via: quilibet enim in tam recenti præsertim memoria statim fraudem animadvertet, modò mentis sit compos suæ, nec enim doctus ignorat, quid illi sint, quo authore, quove consilio hoc in loco fixi fuerint. Quisquis itaque terminos à recta ad obliquos flexus transferre ausus fuit, ex duplici capite arguendus est, & quo viam occulere se posse credidit, & quo ejus terminos refigere tentavit. Tuam, Domine, admiramur veritatem, quam abscondere nemini hactenus licuit.

Perge porrò: consideremus viam, quam inter salebras perversi homines moliti sunt; in illa quippe veri Regis nostri terminos videre est constitutos, & suo ordine dispositos; ibi audire est nomina Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, occurrunt item Sacramenta Chrismatis, & Baptismi, fractio panis, & calix salutis, nec non Divinæ Scripturæ, quas malitiosè surreptas impiè depravarunt. Regem Regum lauda, cujus via ducitur per editissima montium juga, quam utique oculis subducere nemo possit. Vides vanum stultorum hominum laborem, qui resectæ veritatis fragmenta collegere, iisque altissimos montes submovere aut occultare tentarunt; postquam vero animadverterunt, tantæ molis terminos abscondi non posse, eosdem mutato nomine, vocabulo ignoti Regis, qui certè nullus est, vestierunt. Et fabula quidem apud quosdam fidem invenit, ab aliis tamen rejecta est, & meritò reprehensa. Benedicito ei, qui sic terminos in Terra fixit, ut in Cœlo sidera.

Quamquam sicut diluescentem diem nemo occultat; sic nec potest quisquam divinarum Scripturarum fidei auctoritatique detrahere. Errant miseri in clarissima tot luminarium luce; & multiplici Divinæ Sapientiæ, lumine monstrante viam, per avia vagantur: astra in offendicula perverterunt, & castam integramque Scripturarum disciplinam in impuras hominum opinationes, unde turpiores

ﻫﻘﻠﻬ ﺩﻣﺎﻣﺘﺎ . * ﺣﺒﻤﺮ ﻭﺣﺪﻫﻮﻭﺍ
ﻫﺪﻫﻮ ﻟﻪ . ﻣﺤﻬﻮﻭﻝ ﻣﻌﻤﻌﺎ ﻫﺪﺍﻫﺎ
ﻟﻪ ❊

ﻫﻮﻭﻫﺎ ﻭﺍﻫﺪﻫﺎ ﻟﻪﻫﻮﻩ .

ﻫﻮﻭﻫﺎ ﺷﺘﻜﻤﻪ ﻣﻦ ﻫﺪﻭ ﻣﻠﻪ
ﻭﻫﻠﻬ ﻫﻮﻩ . ﻫﻠﻪ ﻫﻠﻪ ﻫﻌﻤﻌﺎ
ﻫﺪﻫﻮﻩ . ﻫﻤﺮ ﻫﻌﻤﺎ ﻭﻫﻮﻩ
ﻫﻠﻬﻠﻬ . ﻫﻠﻪ ﻣﻦ ﻫﻪ ﻭﻫﻮﻫﺎ

ri prævaleat, non ignari, certam inde ægroto perniciem imminere. Qui cuncta curat, Mundum distinctè accuratèque composuit, naturam miseratus ordinavit, turbavit iratus morem. Habeto gratiam ei, qui rebus in usum nostrum constitutis, ordinem nos docet, intra quem concessam arbitrii libertatem continere debeamus. Si capillus & ungues ultra modum crescere sinas, corporis venustatem corrumpunt, quamvis sine illis etiam fœdum & deforme foret; ad ejusdem quippe ornatum adjecta sunt: qualem ergo deformitatem creari putas naturæ ex peccato, quo nil deformius fingere possis? Vinum fæculentum tum vero delectat, cum fuerit defæcatum: age ergo, purga noxas animæ fæces, ut Domino tuo placeas. Sua voluntate peccatores labes hujusmodi contraxere, moribus suis naturæ ordinem perturbarunt. Laudandus proinde ille est, qui pulcherrimam vestem nobis muneratus est, naturam puram, si quod autem deinde illi accidit, quod ejus honestatis splendorem inquinaverit, nos in culpa sumus.

Alioquin si vis scire naturam, ne quæras ubi suo exuta fuit decore, caput fontis petamus oportet, unde lympidæ prosilierunt aquæ; Hominis naturam in sua prima conditione contemplemur, qualem intuitus omnium Dominus, omnia in ea laudavit. Si qua vero extitit æterno Opifici coæva natura mala, ipsique contraria, hæc profecto non opus, sed artificem infestabat. Tu vero illum demirare, qui suam nobis declaravit potestatem & sapientiam, sed & beneficentiam quidē, quo de nihilo Mundum molitus est, sapientiæ vero suæ divitias, quo ea, quæ condidit, scitissimè disposuit, ornavit, & planè cumulatèque absolvit, suam denique beneficentiam, quo sponte sua pulcherrimum hoc Universum exædificavit, suisque expletum numeris Adamo liberaliter concessit. Cæterùm, quidquid negotii fuit, quod inrer illum & hominem gerendum fuit, ipse transegit; quæ autem ab homine in ipso homine, & in iis, quæ infra ipsum curanda restabant, in ejusdem potestate dereliquit: proptereaque nostram voluntatem Dominus noster neutiquam laudavit. Hæc porro mox perturbavit, & miscuit omnia, etiam seipsam.

Ex hac radice emicuere statim spinæ, testes nimirum peccati, quod nuper emerserat; nec enim istæ illud antecessere, sed postquàm humani vis arbitrii peccatum hactenus nostro Orbi ignotum edidit, protulit terra spinas hucusque occultatas. Prudenter, qui cuncta molitus fuerat, peccati imaginem in spinis expressit, & conspicuam manere voluit; ne quis ejus Divinitati ex ipsius benefactis

A ctis aliquando calumniam inſtrueret. Hinc diſcito naturæ Dominum diligere, cui ſuis terra ſpinis, noſtris nos peccatis ingens odium conflavimus.

Quantumlibet palea tritico affinis ſit, quo tamen copioſiùs aggeritur, acervum facit deteriorem, quam opidò magis deteri dicam vitiorum contagione naturam, quæ quidem ab ea aliena ſunt, ut nihil magis? Adſcitis propria voluntate pravitatibus liberanda natura eſt, corrigenda ſimul malefacta, & ſolvenda debita noſtri arbitrii abuſu contracta, purgandus eſt acervus à conditionis ſuæ origine ſincerus, confuſis deinde ſpinis, permiſtoque pulvere, adulteratus. Interim Conditoris naturæ beneficentia prædicanda eſt, qui naturam nobis integram puramque in ſuo fonte profudit.

Vides, ut magnus Arator naturam & legem uni jugavit aratro. Natura mœchos abominatur, maleficos, & parricidas, ipſos ſimiliter, nec minore odio perſequitur lex: cumque aliquando lex & natura Mundum purgaſſent, humano cordi nova mandata, velut nova ſemina campo commendarunt, ut pro frugibus Domino naturæ gratias referret, & pro lege ſcripta Legislatorem laudaret. Sed naturæ legiſq; Authorem contemſere impuri homines, fidei ac pudicitiæ oſores, unàque cæcum vulgus variis implicitum erroribus quod quærerentur, tales ſe à natura factos, ut videlicet errarent, & mœcharentur. Contradixit natura vocali voce, quæ bovis conjugis aures perculit, legem videlicet provocavit, illam, inquam, legem opidò terrificam, quæ in ſummo montis Sinai vertice tradita fuit, nec non alteram ſuavem, quam dedit ille Perfectus, qui poſtquam Moſaica E lex delaſſata fuit, deſcendit, ut legem utramque naturalem, & ſcriptam perpoliret & abſolveret. Rerum itaque Perfectorem magnificemus, cujus numine benè cœpta, nec dum finita ad exitum deducuntur.

Quæſo, Domine, à vana diſquiſitione erue me, quod vitium hujus temporis mores induxerunt. cura hujuſmodi acerba eſt, tametſi quibuſdam jucunda videatur, amara F & ambigua: moleſtum profecto eſt audire omnes diſceptantium rixas. Interim, propoſitis quæſtionibus difficillimis, audientium ſententiam explorant, ſic aures vellicant & auferunt mentem ſtropharum illecebra circumventam. Obdurant frontem, ut fortes ſibi ſubmittant, ſe demittunt, ut ex inſidiis incautos adoriantur & ſpolient. Hæc, precor, Domine, ſcindito retia, & ſimplices eripito à laqueis, qui rectâ incedentibus paſſim obtenduntur. Miſerere, quæſo, tuæ deſerto-

desertorum fidei, qui ei, à qua procreati sunt, naturæ obtrectant.

SERMO VIGESIMUS NONUS.

OMnes hinc facesse curas, Anime, ipseq; te aliquando colligito, te ipse discutito. Quid id est? Tecum ne habitas, aut vagus ubiq; erras? Tun' idem modo, qui ante alto sopore pressus per devia somnia errabas, tibi præsens, teipsum latebas? Quid num ergo alius quispiam tuam induit personam? Quâ tamen factum, ut nec accedentem senseris, nec recedentem? Quod si licuit præsentis teque noctu invadentis Dæmonis formam perspicere, explica, utrum eadem in tactum cadat, vel contra tametsi affinis sit corpori, magis tamen ab isto distet, quam animus. Atenim si Dæmonem sedimentum esse credis illius principii, quod tenebras appellas, eundemq; asseris esse animo subtiliorem, cuinam mortalium licuit tantum, ut puriſſimam ejus substantiam sensibus discerneret? Eja agite, Animus & Anima, hunc nodum solvite. Jam duo adestis, tertius addatur Corpus: Siccine tres, commissâ pugnâ, Dæmonis unius vim nedum propulsare, nec sustinere quidem potuistis? Cumque quilibet vestrûm, pensatis singulorum viribus, illum profligaturus crederetur, hem omnes simul nec procurrentem sensistis, nec efficere potuistis, quominus vos somno sopitos prosterneret, atque per varia visa raptaret.

Vapor unde somnus, si offunditur corpori, mentem pariter opacat, sopito corpore, corpori affinis Dæmon vigilat, & animus quantumvis à corpore abstractus stertit. Jam si nisi id est, quod Dæmon fictis imaginibus vos illudit, quis facit de nocturna pollutione reos? Nostis utique hanc à Mose in lege reprehensam. Quod si vestris somniis nullus illudit Malus, ergo nec Bonus se vestris illusionibus immiscet, cessante autem utroque, quo impellente, agitari putatis species vobis somniãtibus objectas & deinceps objiciendas. Corpus quiescit, quis ergo movetur & errat sine corpore? aut sine agro serit? aut sine libertate peccat? & commissum suum expertectus erubescit? Porrò si vestris insomniis neutiquam se immiscet cujusquam malitia; ergo de vestro vobis accidunt obscœna ac turpia. Et si minime percipitis, quis malus auctor corporibus vestris ejusmodi allinat sordes? dicemus insomnem vigilare Satanam, ipsoque impellente, vos huic demersos luto: vos ergo Satanæ corpus, vobis ille succesſit mens, & ambo naturam mutastis.

Para-

Paradoxa ſunt: fæx pura, ſine ſomno inſomnium, & ſomno ſopita mens, Animus mortalis, exanimis Anima, & ſine anima corpus vivens. Papæ, quid audio? deprehenſum eſt corpus vigilare quandiu cum Satana eſt, & ab eodem dormiens agi in culpam, dum interim ratio & mens cum ſorore anima ſtertunt! Atqui ſi ſomniorum auctor Satanas fuit, dum, diſcuſſo ſomno, dormiens expergiſcitur, quo alio auctore defluxit ſubitò illorum memoria, & animam, mentem, animumque deſtituit? Nec vero priori illuſione contentus Satanas, ut mortuos efficeret, quos natura inſomnes & ſpiritales edidit, illud etiam adjecit, ut experrectos, & quaſi redivivos rurſus invaderet. Cœpit ergo ſua ipſis ſomnia ad memoriam revocare, eorumque vocibus ſua viſa publicare, atque ipſis per ipſos ex propria interpretatione exponere.

Eſt interim quod vehementer mireris: ordinata videlicet perturbari, permiſceri diſcreta: eſtque rurſus, quod capere nequeas: individua dividi, ut unum unum non ſit, ſed numerum faciat, & multiplex fiat: ſciat & neſciat mens eadem, idem ſenſus ſentiat, nec diſcernat, ejuſdem ſpectri intercidat memoria, & maneat, & idem idem non ſit: ſi dormit, vigilat; ſi moritur, vivit: ſi quieſcit, vagatur: ſomno mergitur, emergit vates, egregius Conjector vaticinia in ſomno hauſta, in vigilia proponit, & explicat: ſibi præſens & abſens, ſecum & extra ſe, jacet, & currit. Sed quid ais? Idem, qui evaſit, ipſe rediit, an forte alius venit, & illum invaſit?

Preterea qualem opinaris eſſe, fierive motum in ſomnio? Quomodo id explicas? Quandoquidem membra movet, & oculos flere cogit: falſum ſomnium veras ciet lacrymas? Cenſen' ergo ſomnium eſſe veridicum? atqui interdum mentitur, fallacem ne? atqui nec ſemper fallit! moventium autem culpa ſimilis eſt, ut idem ſomnium. In magna pace magnum coquitur bellum, ſua ſimul componunt ſomnia; tametſi diſcordant, concordes ſunt, & litigant; rixantur, nec tamen diſſident. At ego quo meo malo factus ſum diverſorium hoſpitibus inter ſe vix unquam non diſſidentibus, belloque ut ipſis ſic mihi inteſtino dimicantibus. Mercedem hoſpitii ſolvere debuiſſent, jam repetunt, quod me quieſcentem torſerint. Diſcordes eſſe dixi, ſocios tamen eſſe ſcias, & ſodales; omnium quippe ſenſus unus eſt, & eſto, alter vera loquatur, mentiatur & fallat alter, conſpirant omnes, ut vera promiſcuè ac falſa ad me referant.

Quocirca ſicut ambo mihi dormienti ſomnium, collato ſtudio, finxerunt; ita concordi ſenſu idem experrecto retexunt & narrant;

rant; & quoniam iſthæc omnia intra me agitant, meaque abutuntur phantaſia & cogitatione, meoque rurſus ore ſuas narrant fabulas, & lingua interpretantur. Mihi videor inde factus ego organum, & voluntas mea cinara, & cithara meum arbitrium, duo mihi referens, inſomnium in ſomno, & in vigilia ejuſdem interpretationem. Formas itaque mutuo commutavimus, perſonam ego illorum, ipſi meam induerunt. Poſthæc ab invicem diſceſſimus. Nec interim ſenſi, quanam ratione ſuis me inſomniis per devia palantem abduxerint: fortaſſe nec ipſi ſua inſomnia ſenſerunt, mecumque dormientibus alius quiſpiam utriſque ſua ſpectra, ſomniaque, eorumque interpretamenta compoſuit.

Ego verò quò miſer prolapſus ſum! Et ſi quidem perii, quis hic ſit, qui me perditum meis revocat vocibus? Si autem integer ſum,& adhuc valeo, quo adhuc impeditus ipſe me non ſentiam? Quiſve meam mutuatus imaginem, me mihi mea voce repræſentavit, meque deſcripſit, quo me ipſe pernoſcerem? Quandoquidem, fratres, id per me aſſequi nequibam. Quis mihi id expediat, unus ne ſim, an plures? Quis explicet, quomodo cum unus certè ſim, multiplex videor, in ſomno diviſus, individuus in vigilia? Quis mihi iſtud enucleatè aptèque ediſſerat, quanam ratione, inſtante ſomno, vaporibus opprimantur ſenſus, deinde experrecti expeditiq; ad ſuum ſtatum, velut ſerenata tempeſtate, revertant? Hoc interim accipito: Nec moritur Anima, neque ſoporatur; manifeſtum autem eſt, omne, quod morti obnoxium eſt, idem & ſomno obnoxiũ eſſe; certumque eſt, quidquid mortale eſt, aliquando etiam moriturum, ut ſua morte reſurrectionis myſterium proludat. Anima in corpore, ipſo vigilante, fatigatur, errat eo dormiente, vagatur eodẽ temulento, & ægrotante delirat. Tu vero utriuſq; Conditorẽ admirare.

SERMO TRIGESIMUS.

QUÆ mentis humanæ ratio illam ſummam naturam attingat, niſi ipſa ſe neget eſſe talem, qualis certè eſt, & aſſeveret, ſe eſſe qualem conſtat non eſſe? Etenimvero talis non eſt, qualem ſe illa repræſentat, alimenti indigam, alique victimis, quas ſacer voravit ignis: ſeipſam utique diſſimulat, cum ait, ſe conſpectam fuiſſe ab homine mortali, cum verum ac certum ſit, celſam illam ſubſtantiam ſub noſtrum conſpectum non cadere. Similem loquendi modum obſervat, ubi ſe pœnituiſſe dicit, ſcilicet, cui nullatenùs ſubeſt, pœnitentiam prodit, ut noſtrum

ſtrum genus, cujus eadem propria eſt, ad damnanda, quæ malè fecimus, provocaret. Cæterùm ne individuus Deus à ſe ipſe diviſus crederetur, neve videretur odiſſe veritatem, ſuis oculis ſubjectam, propriæque Eſſentiæ ingenitam, dicta repetit, & exponit, propriamq; naturæ ſuæ excellentiam planè declarat, & quis & qualis ſit, apertè definit. Quocirca cum dixiſſet, ſe victimas appetere, dictum reſumit & interpretatur, aſſeverans, ſe ejuſmodi eſculentis non egere: rursùm promittens, ſe in ſuo templo habitaturum; adjecit, Cœlorum orbes ipſo eſſe plenos.

Sic majeſtatem occuluit, ut ex hoc ipſo quam opidò benignus & ſuavis ſit, conjectaremus; rurſus propriæ naturæ excellentiam prodidit, quo illum omni honore digniſſimum intelligeremus. Deſcendit demiſſus ab alto, atque humilem habitum de noſtro ſibi compoſuit, ſuam de ſuo gloriam mox manifeſtavit, cum terras reliquit: ſibi detraxit, quidquid ædes noſtras implevit; ſed & quo ſe oſtendit qualis verè eſt, multorum etiam bonorum acceſſione ditiſſimos nos fecit: mutatis vocabulis ſuam amplitudinem coëgit, atq; intra limites, ut libuit, ſe ipſe coarctavit: atqui ne iis, quos cernebamus, terminis illum totum plenè comprehenſum ſuſpicaremur, reducto ſubindè velo, ſuam Majeſtatem ſpectandam obtulit, nec tamen qualis ipſe eſt, ſed qualem oculorum noſtrorum acies toleratura videbatur: quin & illam, quam intueri licuit, ejus magnitudinem, punctum deputa; radius nimirum eſt ab infinita luce emiſſus, tantum quippe clariſſimi luminis effudit, quantum hominis pupilla ferebat.

At quibus iſthæc incredibilia videbantur, diſſimulantes vim cauſarum, quæ in ſubſidium infirmarum mentium diſpoſitæ fuerant, illarum nomina occuparunt, quibus ſummum earundem caput oppugnarent. Maledictorum ſcatebram dices illorum mentem, ingenium, maleficiorum officinam, ſic enim animati ſunt, ut Deum ſua in ſede negare non dubitent; ſerpentibus ſimiles, qui horti exaturati pomis, cuſtodem ſuo in fundo infeſtant. Sed mitte iſta, ſtrictoque gladio concurramus, premendi ſunt adverſarii, & contradicentibus inſtandum: alterutrum profecto eos fateri neceſſe eſt, vel quod velint (ut nunc volunt) omni carere Deo, vel quod peregrinus aliquis Deus ipſis occurrerit purus, integer, hujuſmodi tropos minime patiens, quo enim peregrinus ignotuſque cogitatur, propriis naturæ noſtræ vocabulis, & nominibus minime ſubjicitur.

Age jam ſi externus quiſpiam advena indigenarum habitum clanculùm & ſubdolè abſtulit & induit; næ ille vel ab ipſis Incredulis

dulis explodendus est; impostor siquidem est, vestes mutavit, ut fallat; alioquin si peregrinum & hospitem non dedecet, habitum mutuo acceptum induere, & prodire in publicum alieno tectum pallio, profecto nec indecorum sit summo Opifici, operum suorum ornatum assumere. Cæterùm si post amissum oculorum lumen, miseri sibi de adventu sui Peregrini gratulantur,& ajunt, hunc humanæ naturæ veste amictum ad humanam naturam accessisse, produnt cæcum adversus Deum Creatorem odium, inde cœptum, unde hic nobis assimilatus in nostra imagine nostram transegit salutem.

Atenimvero si domino armenti vitio vertitur, quod pecoris sui similitudinem & speciem quæsiverit, quanto magis vituperandus est ignotus advena, qui formam ex alieno opificio callidè sibi concinnavit? Hic porrò qua arte tutum se fore putet; ne forte demum ad summam inopiam redigatur? Quod si id contingat, unde mendicare cogatur; ei utique quadrabit, quod objiciebatur depostulanti victimas quasi ad levamentum egestatis; alioquin si se nobis bonus Deus sociare visus est, quo erogatæ stipis occasione vitam nobis amissam refunderet, laudandus utique est, unde hostias depoposcit, inde enim causas componebat, unde perditis salutem repararet.

Quicumque Deo litare victimis solent, preces multiplicant, magnâque se purificant religione, ne dona ab invisibili Domino despiciantur, & visibili Sacerdoti vilescant. Jam vides quantum aberrant sanctæ fidei desertores, qui peccata quotidie exaggerant, & occultant; non sic homines frugi, quibus constans fuit erga Deum voluntas, sacrificabant nempe simul, simulque sua malefacta propalabant; animadverterunt nimirum quantam utilitatem ex hostiarum immolatione Deus homini procuraret, his etenim sacris illum ad orandum trahebat, cogebatque munditiem & puritatem quærere; sic ex ejus sacrificiis simul hostia, simul pœnitentia proprios spirabant suaves odores, & ambæ sursum ad Deum ferebantur. Cum ergo cæcatis errore mentibus videretur victimis propitiatus Deus, reipsa intimo offerentis malefacta sua damnantis dolore placabatur, hic tamen intra hostiam reconditus oculis patere non potuit.

Domini sermo est, unde discimus, paratum Discipulis ejus cibum potumve, sibi futurum cum ipsis communem: atenim ipse nunquam esurit, quale ipsi commodum inde redeat, si relictas ab ipso, pro ipso dapes esurientes quidam comederint? sin autem lætatur in lucro boni viri, qui famelicos pascit, & benignum erga egentes se præstat, habet exem-

exemplum Jusi, qui in profectu immolantis gaudere consuevit, cum tamen immolata Sacerdos consumeret.

SERMO TRIGESIMUS PRIMUS.

DOlentis subinde speciem induit generis Auctor nostri, ut iis, quos possidet, misericordiæ suæ specimen exhiberet. Etenimvero quamvis idem naturæ suæ prærogativa beatus sit, mœroris & anxitudinis incapax, suus tamen illum amor identidem coëgit, aliquam animi ægritudinem præseferre, unde ejus erga nos benevolentiam perspiceremus; argumentum siquidem amoris dolor est, quas proinde salutis reparator nostræ in funere Lazari fudit lacrymas, certos habeto testes ejusdem in extinctum caritatis. Profecto si quem nobis alium (quod nefas est) fingeremus Deum, is utique animadvertens suam in vitia diffluxisse sobolem, mœrorem inde conceptum supprimeret, ne similis videretur ei, quem pœnituisse sui operis Scriptura prodit, illudque velut malefactum damnasse. Atenim si Deus noster nostros adversos casus non dolet, restat, eundem nec misericordem, nec pium esse, quod cum nec cogitare fas sit, quid ni tu Deo nostro confidas? qui ex nostra miseria dolorem susceptit, ex quo pretium æstimaremus amoris ejus in nos singularis. *Gen.* 6. 7.

Scribit Apostolus: *Nolite contristare Spiritum Sanctum*; (Scilicet debuit minus graphicè incedere, quo illi dedisserent claudicare.) Hìc porrò Errantes interrogare libet, quam fortè putent Apostoli talia scribentis mentem fuisse? Quid? Num in Spiritu Sancto defectum suspicabatur, vel potius ea locutione uti maluit, quo monitum animis audientium infigeret? Nisi enim talia admonitionis causâ eum composuisse credamus, Spiritui Sancto imbecillitatis notam inussisse videatur; natura siquidem, quæ perfecta non est, beata non est, nec beata esse potest, quam mœstæ subindè perturbant, & angunt curæ. *Eph.* 4. 10.

Quare move te ocyùs, & intelliges, quid porrò hìc contendimus; utrum scilicet Spiritus Sancti naturam exponere nobis scopus sit, an ejusdem in nos caritatem; nam si nobis propositum est ejus Essentiam definire, hinc fortasse arguet quispiam, eam nec esse integram, nec tranquillam; sin potius mens est ejus pietatem ostendere, hanc profecto magnam & singularem esse inde maximè intelliges, quod honoris impensâ sui nostrum augere voluerit; suam namque naturam sanctam, sempiternam, atque felicissimam de vitio non suo ipsemet accusavit tanquam tristitiæ

ſtitiæ mœroriſque capacem, cum certum ſit, eam nulli ægritudini perturbationique obnoxiam eſſe. Hominibus itaque dolori mortiq; ſubjectis talia ſcripſit Divinus Spiritus, eos diſertè monens, ne ipſum contriſtarent, quo illis inſinuaret, velle ſe ea, quæ ex arte compoſita ſibi ipſe accommodabat, illiſmet miſericorditer refundere, ut, quibus ejus natura minime ſubeſt, affectionibus nos eruditi, vitia noſtræ naturæ inſita removeremus.

Qui peccati erroriſque nomen ignorat, Deus eſt, qui proinde reprehenſioni non ſubeſt. Quantumvis altiſſimus ille ſupereſt omnibus, hunc amor ad infima trahit, & minimum facit: ſtulti autem homines, quia nobiſcum noſtris utitur verbis, nobis comparem eſſe Deum credunt, ſymbolaque, & argumenta ad multiplicem profectum noſtrum compoſita carpunt.

Alioquin quis mentis acumine præſtet tanto, ut naturam ſempiternam perveſtigando aſſequatur? Quis regnorum, Regumque Dominum menſus eſt? Quis tanta pollet arte, ut immenſæ magnitudinis fines attingat, ejuſque arcana comprehendat? Profecto ſi unquàm illius vehementiſſimi Oceani freta pertentare auſis, brevibus mox impactus hærebis, aut undæ ad ſpeciem placidæ, aſpectuq; jucundæ, ſuis te hauſtum vorticibus obruent: ſi qua ergo olim inceſſit cupido hujus explorandi maris, vadum te ſtatim breve ac tranquillum excipiet, continuo tamen ad alterum trudet profundius & latius, hinc paulatim in altum provectus, toto te pelago obrutum ac ſepultum ſerò animadvertes; ſic eſt hujus natura maris, totum in toto eſt, ſibique totum miſcetur, & conſtat, cohæretque nexu ſempiterno. Inde fit, ut qui ſumma attigerit, continuò ad ima devolvatur.

Cæterum ſi negotiator veniſti, non explorator, & navigio inſtructus has ſubeas aquas, ſcias, ei te commiſiſſe ſalo, quod inſtitores quidem erudit, & implet ſapientia, audaces contra, ac protervos ſuffocat: mnamq; tuam in centuplum auctam inde recipies; navis rectores, & nautas ipſos pelagi fluctus habebis, teque omni copiarum genere auctum revehet, ac tandiu comitabitur, uſquedum ad finem, portumque ſuum perduxerit.

SERMO TRIGESIMUS SECUNDUS.

SUO Hebræi vitio idolomaniæ contraxere luem medicamentorum uſu, quæ univerſalis Medicus ad eorum curationem compoſuerat: deteſtabile exemplum imitatus Marcion proviſa ægris valetudinis firmamenta in venena ſibi convertit, unde ſuos exaggeraret

raret morbos: quibus illi ulcera ſua obligaverant faſciis, ipſe ſe ulceravit, quæſivit à medicina plagas. Cum enim neutri medicamentorum compoſitionem diſcernerent, Medicum Deum carpere auſi ſunt, quod quidem nec impunè tulerunt. Sinceram & ſanam diſciplinam in errorem Marcion conflavit, fictum inde metallum ſuo typo ſignavit, utendumque dedit parvulis mentitâ veri ſpecie deceptis; ſic tamen, ut nec turbulenter negotium aggrederetur, nec promoveret ſegniter; ſic veteratorum more venenum candidâ manu propinabat: poſteri paternũ inſtitutum amplexi, ſimili typo ſuos cudêre numos. Sed & amphiboliis ſua involvit præcepta, callidus auctor ratus, idiotas & ſimplices, hiſce ambagibus velut mœnibus cõcluſos, tutiùs tenere ſe poſſe.

Fictas rerum imagines, fili, ſpeculum repræſentat, pulchrum pulchris ſe offert, ægris ægrum, comedentis ſpeciem præbet comedenti; haſce videlicet mutuatur, cùm non habeat, formas; ſpeculo itaque ſimilem imaginare Numinis majeſtatem; huic porrò cum illius populi victimæ eatenùs placerent, quatenus in offerentium profectum cedebant, omnibus argumentis ſe ad parvulos demiſit, quo eos ad ſublimia, & ſumma proveheret.

Cum ergo ſpeculum ſenectutem non ſuſciperet, nec populus veritatem, aliunde ſibi ſenectutem accerſivit, quæ iniquos æquum & juſtum doceret: & quoniam regem, ſenem, ac puerum communia vitia tenebant, Rex Regum mutuatam formam ſibi compoſuit, cœpitque ſub aſſumta venerandi ſenis ſpecie commonere peccantes. Adeo illum, qui naturæ prærogativa ſempiternus eſt & immutabilis, devexæ ætatis defectum præſeferre non piguit. Scopus erat, Filium & Dilectum ſuum quibuſdam velut lineamentis deſcribere, atque accommodata ſenis perſona indicare Patrem ſe eſſe, & habere Filium, eundemque filium Hominis futurum. Hic ille eſt, quem ſpectavit Daniel *Antiquo dierum* aſſidentem, prævidit que, dejectis ſolio mortalibus regibus, ea, quæ Regem immortalem decebat, amplitudine regnaturum. *Dan. 7. 9.*

Etenim ſi unus dumtaxat ſedifſet, ſedes item una repræſentata fuiſſet; atqui Prophe-
ta non unam, ſed plures ſibi oſtenſas fuiſſe narrat, & indicat alterum *Antiquo dierum* ſubſellii honore parem, & natura Filium, quos autẽ mille millenos vidiſſe ſe Daniel ſcribit, ante ſubſellia ſtantes repræſentat; Filiũ autem Hominis ſtantem non dixit, quia ſervus non erat. Porrò ſpeculum omnes induit formas, & omnes ſuſcipit colores, nec ideo propriam figuram aut colorem mutat; veſtibus amicitur, nec inde nuditatem, perinde ut nec claritatem aut pulchritudinem amittit, ſcilicet

nudum

nudum nunquam eſt, cui præbet amictum propriæ naturæ decus, luce veſtitur ſua, *amictum lumine ſicut veſtimento*, illi Abſcondito admodum ſimile.

Quamquam nec abſolutam Majeſtatis imaginem ſpeculum rectè dices; vera namque veri Regis Majeſtas ſupra omnem imaginem eſt, nemo illam exprimere ſufficit, niſi qui ex ea exiſtit, quia nec eam capit, ſi caperet, pares forent. Cum autem illa mortales aliquando inviſere ſtatuiſſet, laborantibus quippe ſuccurrere volebat, Filium etiam ſuum ad Terrigenarum loca demiſit: ſumma permiſcuit imis. Sic omnes formas amavit & induit Majeſtas, quod ſuum erat, homo neglexit, id erat, ut inpoſterum viveret, & ejus beneficio uteretur. Ita planè factum eſt; Dilectum ſuum miſit, qui pro fictâ membrorum imagine, quam Pater ſibi compoſuerat, vera ipſe membra indueret, cum humana proinde natura commiſtus eſt, ut hac ipſa commiſtione vitam mortali naturæ noſtræ largiretur.

Sanctæ contemtores fidei, ſeducti, & incautos ſeducere aſſueti, nunciato Divinitatis in terras adventu, in eam audaciſſimè invecti ſunt, arbitrati, vocabulis per quandam attributionem ei accommodatis ſimiles eſſe ejuſdem actus. Id porrò animadvertens ipſa Divinitas, necnon illorum aures ſacris Prophetarum vocibus fuiſſe perturbatas; ſpeculum eiſdem propoſuit, ut aures oculi corrigerent. Et quoniam videbat, ſpeculum omnia omnibus fieri, ſtatuit ſub perſona pueri puerum accedere, hujuſque imaginem ſibi componere, atque ſuis cum ipſo moribus agere, ratus hac arte, reſectis vitiis, ejus formam ad priſtinum decorem reductum iri. Ita planè Majeſtas pro ſua benignitate ad populum adhuc impuberem olim deſcendit, puerique ſibi accommodata ſpecie, puerum deformem reformare inſtituit. Simili poſt conſilio hominem jam adultum ſuamet ſub effigie inviſit, illi ipſius imaginem exhibuit, ut amiſſam venuſtatem & pulchritudinem redderet. Sic Chriſti Evangelium beatorum Apoſtolorum ac Diſcipulorum mentibus ante impreſſum, nos inde præceptis ad perfectæ conſummatæq; virtutis faſtigium perducētibus imbuit, &noſtrum interiorē hominem abſolvit & ornavit.

Factum ſanè mirabile noſtris incidit oculis, ut Chriſti verbum, juxta finem ſibi propoſitū hominibus ſanæ mentis inſeruerit verā illius, Majeſtatis notionem, quam inepti quidam & fatui ſibi finxerant diminutam. Intelleximus nimirum, eam noſtri causâ ſeipſam ſponte minorem feciſſe, cum talem ſe exhibuit, & majorem, cum talis videri voluit: ac tametſi immutata, ſibi ſemper eadem conſtet,

ſtet,omnes tamen induiſſe pro ſua benignitate formas. Sempiternæ ſiquidem & immutabilis naturæ ſubſtantia incrementum aut detrimentum non ſuſcipit; nec enim currui,puta,ſimilis eſt,ut loca ſubinde mutet,aut figuram mutare poſſit. Unus ille eſt, qui defectum non patitur, & profectum excludit: totus ubique eſt, non effluit extrorſum, nec introrſum refluit; quonam enim ſe pandat explicetve, aut ſe contrahat, & cogat?

Porrò voluntas ipſa naturæ ſempiternæ propria ſibi utique contraria non eſt, neque inimica eſſe poteſt, ut ſuam Eſſentiam infeſta obſideat, & ſuam oppugnet Majeſtatem, victamque mutet; nec Eſſentia ſempiterna naturam ſuam atque voluntatem comiſit,cum ei una ſit in una ſubſiſtente natura voluntas, nec diminutionem, neque augmentum admittat.

Cæterùm ſi hoc, quale videmus ſpeculum ſibi relictum, idem immutatum perſeverat, & nobis objectum, continuò variat, propriamque imaginem in omnes humani corporis vultus tranſmutat, figuræ tamen, quas induit, ei externæ ſunt, perinde ut noſtræ imagines eidem intimæ non ſunt, nobis quippe noſtram effigiem dum offert, quod eſt, idem perſiſtit. In aſpectabili ſpeculo ſe quoque expreſſit, qui ſub aſpectum non cadit; quamobrem ſpectavimus eum, nec tamen ſpectavimus; aſſimulavimus eum, nec tamen aſſimulavimus: non potuit ſpeculum imaginem naturæ abſconditæ repræſentare; res præſentes & ſenſibus obvias exprimere non ſufficit, quomodo imitetur objectum à nobis abſtractum atque remotiſſimum?

SERMO TRIGESIMUS TERTIUS.

BEneficium oderunt amentes, rejiciunt; quod ſcriptum eſt: *Excitatus eſt tanquam dormiens Deus*: quod ſomnus oppreſſit inſomnem, hoc ipſo docente, interpretamur, hominum ſaluti dormire,Deum eorum peccatis offenſum, ſed & Dominum in navicula dormiiſſe Scriptura refert; dormiit certè, ut illum excitarent orantes, iidemque intelligerent, periclitantibus fuſas ad Deum preces certam eſſe ſalutis viam. Pſ. 77. 65.

Cæterùm ſi noſtrum ideo odere Opificem, quod ad omnes ſe demiſit modos, ut per omnes ubiq; rationes ſaluti noſtræ proſpiceret, ipſum odiſſe debuiſſent Unigenitum; & oderunt planè tanquam ſeductorem ac mentium perturbatorem, & quidem per omnem modum; comprehenderunt enim, necarunt, humique defoderunt. Et ſi hæc improbi improbè diſſimulant, ſuam apertè produnt vecordiam, dum de illo detrectant, qui omnem

laborem pro ſalute humani generis exhauſit, adeo ut nil intentatum reliquerit, nullam non adhibuerit medicinam, ne vel ipſe ſibi objiceret, oblata quidem alia fuiſſe remedia, hæc tamen ab ipſo diſſimulata fuiſſe atque ſuppreſſa.

Peccati nos accuſantis objecta, quominus clementiæ ſuæ nobis præberet auxilia, contemſit, parvi pendit omnem reprehenſionem, modò ne ſua ipſum argueret æquitas: docuit, ſuam nunquam ceſſaſſe poteſtatem, quatenus laborantibus ſuccurreret, neque caritatem noſtræ invidiſſe gloriæ, aut obtrectatorum cavillos pertimuiſſe, quominus nobis ſe ubique præſentem & clementem impertiretur. Et vero ſi qua via data fuiſſet opis ferendæ, & hanc ille præteriiſſet, id factum oportet, vel quia infirmus non potuit, vel quia invidus noluit, vel timidus auſus non eſt, vel otioſus neglexit; quiſquis enim ſupplici pereunti auxilium negavit, hunc vel deſeruere vires, vel continuit metus, vel uſſit invidia, vel torpor oppreſſit, quæ omnia cum omues à natura immutabili eſſe remotiſſima ſcirent, ideo nec veritus eſt, perſonam factum ſuum dolentis damnantiſque induere, ideo non puduit ſimulare zelotypum, nec erubuit dici ſoporatum, aut victimarum depoſtulatorem, ſic nihil ab eo prætermiſſum eſt, quod in favorem libertatis eligentium quod vellent, non exequeretur, quatenus ipſe ſuam bonitatem declararet, & ſuam accuſator ſtultitiam occultare non poſſet.

Et hæc quidem utilitati proſpiciens noſtræ, ductis velut lineamentis in figuris expreſſerat, eadem poſtea opere perfecit ad ferendam miſeris opem, quando miſit Dilectum ſuum. Natus ille, illuſus & ſuſpenſus eſt, ne ſua ipſum Juſtitia compellaret, potuiſſe illum naſcendo ſanare, & non ſanaſſe, neve ipſum benignitas accuſaret, potuiſſe illum in Cruce moriendo, vitam dare, & non dediſſe. Colaphis genas ſuas obtulit Unigenitus, ſi quis accuſat, quod ad verbera ſe dejecerit, Juſtus prævertet injuſtum actorem: pro te, dicet, talia paſſus ſum, ut honoris cauſa tibi fieret ignominia mea. Etenimvero cum pro ipſis, qui eum damnant, quod natus, quod mortuus fuerit, & naſci atque mori ſuſtinuerit, quonam deinceps importuni ſe vertant accuſatores, præſente Judice, & crimen in ipſos retorquente criminatores?

Quiſquis enim Majeſtatem carpit, quod propriæ amplitudini detraxerit, audiet viciſſim refellentem, ſe eo ad minima deſcendiſſe, quo ipſum ad maxima proveheret, & ſi quis illi ſubmiſſionem vitii loco objiciat, ille contra referet, ad eam contemtionem ſe veniſſe,

niſſe, quo ipſum cohoneſtaret. Cæterum ſi Dominum tuum nullo notabilem vitio ſugillas, aut apertè vituperas, qua jam ratione tuam deinceps habebis tueri cauſam, ſi quem arguis reum, in te objectum ſibi crimen retorſerit, quod videlicet ob ſuum in te amorem ad hæc ipſa, quæ reprehendis, ſe demiſerit: magni ſiquidem criminis reus teneris, quod contractis vitio tuo morbis Majeſtatem adegeris tam multiplici medicamentorum apparatu, tuâ culpâ amiſſam valetudinem tibi repræſentare; quo enim parvulum te feciſti, illa nutricem ſe fecit, uberaque lactenti præbuit, quo item aſpexit carnem tuam multo ceno turpatam, fontem ſe tibi præſtitit, ubi contractas ſordes elueres. Aude modo illimem ſcatebram vituperare, quæ cum lympida flueret, tu tua illam illuvie ſordidaſti.

Sed age: quis tabidus Medicum unquam horruit mundiſſimum, ipſius ulcera tractantem, hunc nimirùm ſua ægri ſanie uſquequaq; illitum intuentes, abominati ſunt. Impii ingrati hiantia vulnera attrectantem, & curantem faſtidivere; impuri ſcilicet homines ejus nitorem ſuorum ulcerum ſanie taboque coopertum exhorruerunt: cumque Medicum auguſtiſſimum ad ea, quæ dixi obſequia ſe demittentem omni grati animi ſignificatione accipere debuiſſent, cumque jure communi tenerentur, corporum ſuorum ſanie turpatas manus deoſculari, hunc ipſum medicamenta vulnerum cruore ſordida admoventem repulere. Cuique nullæ pares fuiſſent gratiæ huic criminationes & probra retulerunt.

SERMO TRIGESIMUS QUARTUS.

CUM ſumma teneret Dominus noſter, in terram ex altiſſimo domicilio ſe depreſſit, unde nos ad ſeipſum proveheret. Quamquam talis erat terreſtris naturæ conditio, ut Dei ad eam deſcenſus omnem ſpem expectationemq; ſuperaret; nam cum maledicorũ linguas nulla cohiberent fræna, ſtatim homines procaciſſimi effutire cœperunt, quidquid furor obtruſit. Rejeciſſemus utique tanquam peregrinum, & extraneum, ſi in eo, quo veſtitur, lumine ſe nobis præſentaſſet; ſprevimus, quia noſtram induit imaginem, nobiſq; ſimilis apparuit. Adeo nos in illo nec ſua ut ſua intelleximus, nec noſtra ut noſtra.

Noverat pius Dominus, quam difficilia forent iſta duo; nam inprimis ſi propriæ naturæ ſpeciem nobis objeciſſet, offeciſſet utiq; divini vultus fulgor inſuetis; ſi autem nobis noſtram formam exhibuiſſet, indubitabile erat, improbos ſpectatores multiplicem obtrectandi garriendique occaſionem inde arre-

pturos. Amor vicit induxitque amantem, ut noſtram aſſumeret imaginem, unde beneficus imber ſuper omnes univerſim mortales funderetur; ea tamen irrigatione reviruit lolium, protulitque meſſem in centuplum auctam.

Interim deſinat ille Peregrinus, ſuos caſtigare domeſticos, ne forte ſuis alumnis ab illo Juſto ſeveritatem hauſiſſe videatur; familiæque ſuæ feminis impudicitiæ fræna laxabit, unde benignitatis & clementiæ ſibi famam conciliet; hanc quippe ejus laudum buccinatores deprædicant. Hæc tamen Paſtoris erga ſuas oves indulgentia ipſis magnoperè officit: pro Lupis dimicat Rector gregis, qui ſeveritatis virgam depoſuit. Cenſen' Bonum Malo & Satanæ eſſe inimicum? Et ſi quidem talis eſt, juſtitiam amat; ſin autem utrique benevolus eſt, vel hinc odio habendus eſt, quod nec Malum nec Diabolum odit.

Rurſus ſi quod per jus & legem licet, diſcernit ab eo, quod per neutrum fas eſt, habeo hunc velut purgatorium ignem: iterum ſi zizania à tritico ſeparat, hunc ego eſſe dicam, quem Joannes laudavit. Si malum & Diabolum odit, odium agnoſco juſtum, inimicum nempe odit, & ſi amicum diligit, honeſtam & laudabilem judico eſſe amicitiam: & ſi pœnitentes minime repellit, benignus eſt; & fortis eſt, ſi reprimit contumaces. Atqui ſi in Deo noſtro iſta laudantur, conſequens eſt, eadem in illo peregrino & extraneo Deo deſiderari. Planum eſt, ingenuam Deo ineſſe puritatem: hanc neutri deeſſe ain'? Adeo, ut cum affirmes, Deum Conditorem extollere veritatem, hanc perindè Deo externo caram eſſe reponas: ſi hoc adſtruis, ambo ergo ſanctos & ſapientes eſſe oportet. Porrò ſi hæc utrique communia ſunt, quomodo diſſident & diſcordant?

Non poteſt Divina natura niſi in aſſumta ſpecie minui & deſcendere. Viden', fili, ut, quem illi extraneum & peregrinum appellant, appetierit noſtras imagines, ſibique accommodaverit, non ergo externus & advena dici poteſt; cogunt namq; ejuſmodi aſſimilationes credere ipſum eſſe unius, ab uno & per unum. Cum ille Ignotus habeat filium, Davides Patrem inducit talia loquentem: *Filius meus es tu, & ego genui te*; & cum ejus domicilium altiſſimum ſit, de ipſo loquitur Moſes. *Cœlum ſedes ejus*; & quia famulos habet, ipſe eſt, cui aſſiſtunt millia millium, & eo, quo juſtus eſt, judicat omnia, & eo, quo bonus eſt, omnia paſcit.

Pſ. 2. 7.
Deut. 4. 39.
Dan. 7. 10.

Turpem coluiſſe Deum, magnoperè puduit impudentes, mutarunt nomen, peregrinum, extraneum, & ignotum appellarunt, qui verius latro dicendus fuiſſet; quamquam etiam

A etiam latro domino rei ablatæ valde extraneus eſt. Qui hoſtes ſibi ſervos facit, fortis eſt, Plagiarius, qui alienum ſervum furatur, blanditur, verſutaque vultus hilaritate amicus apparet, cum ceperit, inimicus eſt, captum in vincula conjicit. Cogita venatores deinde fures, utrique ſuum negotium fronte occultant, cum autem quod agitabant, confecerint, ſtatim liquet, blanditias aſſumtas fuiſſe in virium ſupplementum: ſimulat Plagiarius ſe libertatis vindicem ſervo non ſuo, ſed quem vana libertatis umbra fefellit, mox ſub jugum mittit; ea enim, quæ ante ſimulata eſt caritas, nocendi cupido fuit; ea autem, quam in fine exerit truculentiam, & in captum exercet, peregrinum arguit fuiſſe furem, furanti connivet, quo habeat nocentem, mox prætendit juſtitiam, quo repoſcat ad pœnam.

Simili arte damnat impudicum, qui mulierem aſpexit & concupivit, & hunc in corde fuiſſe mœchatum definit; recte quidem, niſi ante provocaſſet ad vitium, & ſtupra laudaſſet; ſic callidus nos verſat, quibus ante impudicitiæ habenas laxavit, indulſitque mœchiam, & furtum; mox viciſſim definitos à juſtitia terminos opponit; nec enim quas furatus eſt, opes ſine fuco juſtitiæ ordinare potuiſſet; res quippe omnes ſi à juſtitia deſerantur, perturbato ordine dilabuntur. Virga diſciplinæ fures cohibet, mœchos Judicum ſecuris abſterret; & ſi abſit vindex juſtitia, bonitas non eſt, quæ multiplicat delicta; vel ipſe ille Peregrinus raptum gregem præceptis à juſtitia petitis gubernat. Si qui parentes conviciis & maledictis inceſſunt, illos ad tantum nefas ipſe provocavit, ut tamen majores à minoribus obſervandos eſſe moneret.

Conditorem proſcindere ejuſdem cultores docuit, rurſus ad eum laudandum impulit. Rebelles nos fecit, iterum mandatorum ejus jugo ſubmiſit: ab illo diſcimus, Deo noſtro omnia negare, à quo docemur, omnes noſtros proventus offerre. Animadvertin', ut ex æquo & juſto diſpenſat, quæ contra fas juſque diripuit: juſtitiam ergo ſolvit, & juſtitiam ſtatuit: cavet, ne Conditorem deſeramus, ſuadet, ut ejuremus. Atenim jus, quo ſecum agit, idem illum condemnat; nam ſi juſtum eſt, extraneum honorari à filiis in proprium parentem iniquis & infeſtis, quam opidò juſtius & laudabilius eſt, eoſdem Patri deferre & parere?

SERMO TRIGESIMUS QUINTUS.

SI Mundum Peregrinus alit Deus, tria tibi expedienda sunt: primum, utrum ille suo se alumno totum transmittat, vel partem sui? Totum autem suo demigrasse loco absurdum est, perinde ut impium est dicere, fuisse divisum; nam si se totum in nos trajecit, aut dimidium sui, & vilis est, & integer non est. Præterquamquod si ille se totum in nos transfudit, locus unde decessit, vacavit; & si qua pars ejus defluxit, utique plenus non est: quantulacumque particula ex ejus plenitudine effluxerit, vacuum sequi necesse est, & sine otio solitudinem. Solis hujus aspectabilis contemplare globum, observa vehementissimam in capite fervere luminis vim; at, ubi explicare se cœperit, continuò senescit & languet; ipse calor & splendor ignis per momenta decrescit & deficit, quanto plus minui necesse est radium, qui ex distantissimo loco ad nos porrigitur. Sin autem fingas, Advenam illum tuum habere modum, quo se totum velut de vase in vas ejiciat, id nimirùm absurdissimum est; erit ergo majus illo, in quod trajicitur, vas. Restat itaque, ut idem utrumque locum impleat, & intermedia spatia etiam occupet, unde planum fiat, unum esse Optimum Maximum, qui reliquis universim interfit & superfit, atque commentitias istas divisiones mera Errantium esse nugamenta.

Quoniam vero hùc illos vis dialectica adegit, vicissim concedit eis caritas, ut quam velint, partem eligant, ut vel fateantur suum Advenam, si latro non est, ipsum esse hæredem, aut certè Discipulum; & quidem si Conditoris filius non est, Discipuli locum ipse sibi deliget, si negant utrumque; ergo quem advenam, peregrinum, & extraneum vocant, latro est, furtum meditatur. Creatoris autem eum esse alumnum deprehenditur, ex eo quod illum ubique respectat & imitatur. Ideo quippe Ecclesiæ, quam sibi despondit, zelotypum se esse significat, & vindicem futurum: plura item pollicitus est præmia, quo suam proderet bonitatem; & gravia comminatus est supplicia, quo suam justitiam ostenderet. Omnia proinde vitia, quæ Errantes ei affingunt, verius ipsi sibi imprudentes allinunt, antiquo illi Giezio simillimi.

Pestis es Satana, quisnam tecum æquis certet viribus? Sed ignis certè tuas artes vanas fuisse monstrabit. Diabolus Errantes docuit Cælestium perturbare ordinem. Si Conditor rerum Deus nostras aliquando induit

duit imagines, assimilationem ejusmodi in proprietatem tranicripserunt; sique Dominus humanam tandem assumsit naturam, hanc in phantasma mutarunt. Sic olim Diabolus Hebræorum versabat mentes: cum enim Moses alta voce clamaret: *Unum esse ipsorum Deum*, continuò huic conflatum vitulum sociarunt; postquam autem Unigenitus apparuit, velut gravi expergefacti sopore, quod aliàs abjecerant, dogma certatim resumserunt, Domino objicientes: *Unum esse Deum*; scilicet ut veritatem solverent, unum confessi sunt, qui cum is verissimè prædicaretur unus, ei plures impiè adjunxerunt Deos.

Hujus disciplinæ alumni Errantes commenti sunt Peregrinum quemdam Deum, bonitatis fautorem contra scelerum vindicem Mundi Conditorem; incassum tamen, quo enim ejus amplitudinem obtrectando obscurare contendunt, eo nitet illa clarior, dum ab eis pessimè acceptus ipsis benefacere non cessat. Sic res habet: unde Bonum esse negant, inde beneficentiam ejus prædicant, ut qui suos alit fugillatores. Profecto nisi sanctæ fidei desertores mens simul & ratio deseruissent, disquirerent utique, quis tandem dicendus sit bonus, indeque intelligerent, neminem Deo nostro esse meliorem, qui bonitatem suam erga suos etiam accusatores exercet. Ecce autem Peregrinum illum quotidie laudant, tametsi nec rorem, nec pluviam ipsis unquam impertiat; Justum vicissim vituperant, qui cum severus scelerum vindex sit, mirificé beneficum illis se præbet, ipsorumque agros suis irrorat aquis.

An fortasse accusandi non sunt tanquam in Benefactorem iniqui; idcirco quod ejus fecit amor, ut ab ipso discederent? discesserunt autem eodem tempore, quo fores beneficentiæ suæ sui Dilecti adventu patefecit. Mox decrevere profluentes, quas Prophetarum opera ad eos derivarat: quid tamen illis eo detractum est, quando pro siccatis Prophetarum fontibus Unigenitus ipsis mare refudit? Num culpa non fuit ei vindicis justitiæ gloriam auferre, ideo quia suam in eos auxit liberalitatem, eoque perduxit, ut à Deo aliena & peregrina videretur? Etenim cum ab illis injuriam acciperet, gratiam ipsis referebat; simul nobis describebat exemplar, unde duo intelligeremus, & hujusmodi beneficentiam Dei proprium esse morem, & Deum, qui illatas injurias eâ cum lenitate tolerabat, eum ipsum esse, qui in Cruce suos erga tortores mansuetudine ipsa mitior fuit.

Et verò

Et verò si cum injuriam acciperet, retulisset, de sua etiam justitia laudandus fuisset, attamen reprehensibilis videri potuisset injustè quidem, justissimè tamen imperitorum judicio: nunc autem pudefacti accusatores obmutuerunt; quandoquidem si eos torquet, talem ipsi publicarunt, immitem ac truculentum, ipsorum ergo sententiæ subscribit; congeminat autem rubo-
rem cogitantibus ejus beneficentiam, in ipsiusmet benefactoris accusatores incidisse.

SERMO TRIGESIMUS SEXTUS.

ADesto, fili, contemplare Deum constitutum actores inter duos; hinc à nobis, inde à semet ipse premitur. Accusant homines, quod humilem, nec sua majestate dignum locum pro ipsorum, quos condiderat, salute delegerit. Vicissim si homini lapso opem negasset, ipse sibi Justus conquestus fuisset, qui levis vulgi obtrectationes veritus gregi suo laboranti minime subvenisset. Cogita modò, utra reprehensio futura fuisset te judice gravior homini cætera probo, illam ne, quam ab improbo quopiam audire contingeret, aut aliam, qua nullo comparente actore, reum ipse semet argueret.

Et verò quid id est tandem, si scelestus quispiam bonum virum reprehendat? Si quod inde malum, totum reprehensori cedit, illo videlicet, quod reprehendit, carere bono: longe iniquior est nocentis conditio, quem propria arguit conscientia, sua quippe reum testis præsens revincit, premitque culpa. Hodie quoque incidunt opera opidò quàm utilia, vallata tamen Invidorum obtrectationibus, dicteriis & calumniis. Num hæc pertimescenda homini magnanimo, quin vallum perrumpat, & objectos aggeres supergressus, arcem expugnet? Quem enim vulgi vituperationes & dicta morantur, ne quod occurrit bonum factum aggrediatur, etiamsi à nemine arguatur, suusmet animus accusat.

Enimvero quum viro probo improbi detrahunt, encomia texunt, ut ut istùc lateat imprudentes; tunc detraherent, si illorum laus sapienti cuique fugienda placeret. Laus peccatoris auctori suo similis est, vilis & despicienda, qualis ipse; laus iniqui etiam iniqua est, nec auribus Justitiæ melius sonat, quam ipsum convicium. Cui ob naturæ suæ excellentiam nihil accedit, decedit nihil, laudes non ambiit, & obtrectationes contemsit, omnes induit formas, omnes per occasiones se ad minora demisit, & omnes, quos condidit, suis juvit auxiliis.

Næ ille si quam pertimuisset diminutionem, neque se parvum fecisset, tunc enimverò

verò parvus esset, quo pusillum se exhibuit, magnus est, & augustior apparuit. Planum est, Divinam naturam nec detrimento, neq; augmento obnoxiam esse, voluntate tamen minuitur & augetur, quod ergo illa rejicit, ista suscipit, illa incassum ab impiis impetitur, nec enim à suo statu discedit; ista injuriis etiam amplificatur & assurgit, nihil tamen inde Deo accedit, decedit nihil.

Quod nobis Scriptura loquitur, idem & Sectariis regerit: Filium Dei factum Deo hostiam in odorem suavitatis: quonam jam colore illum accusant, qui victimas depostulavit? Vicissim laudant, qui ejusmodi sacra rejecit, addixitque sibi sui Filii immolationem? Nec attendunt, Testamentum, cujus abrogantur victimæ, totum in Christo fuisse descriptum: ambo fœdera à Sectariis rejecta sunt; alterum quippe alteri impressum & insertum est; vetus namque Testamentum figura fuit & forma præstruenda fœderi, quod erat mansurum, stabile, nunquam interiturum, & semper observandum; & hoc Novum dicimus velut superfusum figuris alterius Testamenti, quas etiam consummavit, & solvit.

Cæterùm si hoc dictum non probant, & factum revera Dominum victimam, negant, veritatem ergo aliena specie velavit; atqui si hujusmodi assimulationes laudant, cogitent omnes, quas sibi Conditor ascivit formas, meras fuisse figuras. Quid ergo habent, unde sibi erubescendus ille videatur? Alioquin si identidem ascitas à Creatore formas refutant, similibus assimilationibus Peregrino attributis ineptè subscribunt. Quid id est? ajunt, quod Altissimus factum suum dolet, & damnat; nempe nullam in hoc sermone interesse putarunt verborum inversionem, sed quod in oratione positum est, id nimirum esse tenendum. Vicissim mox legentes, Dominum nostrum fuisse timore affectum, & latebras quæsiisse, rerum gestarum veritati interpretationes obtenderunt, qua in re proprium Invidorum produnt ingenium tortuosum & versipelle, dum versant utrumque, & alterum quidem damnant, alterum defendunt, nostri Conditoris figuras vituperant, res Peregrini interpretationibus invertunt.

Porrò si absurda sibi persuadere potuerunt, duci ad probandum, quod probabile est, quam facile foret? nisi nimis difficile esset protervis, ab errore ad rectam redire. Dominus verè mortuus est, & revixit, ejus tamen mortem umbram fuisse, & merum phantasma credunt. Vicissim, quam in figuris Conditor assimilavit diminutionem, ad veritatem fuisse sibi persuaserunt. Dominum,

qui membra induit, & veſtes geſtavit, fictas exhibuiſſe rerum imagines nugantur: Antiqui dierum canitiem talem eſſe cenſuerunt, qualis ſpectata eſt, ſeneſcentis nempe naturæ defectum: ſpiritalem fecere corporeum, corporeum fecere fictitium. Scilicet tunc ſibi quieſcendum ſtatuerunt, ſi Religionis ſtatum ubique perturbaſſent. Dominum, qui verè manducavit & bibit: manducaſſe & non manducaſſe, bibiſſe & non bibiſſe dixerunt. Calumniantur Conditorem, ut qui crematarum hoſtiarum nidore delectatus dicatur, cum id ſimplicem ejus erga offerentes favorem ſignificet, & ex ſimilitudine & quadam analogia Deo attributum fuiſſe conſtet. Nunc verſa vice illum, qui verè manducavit, manducaſſe negant; veritatem ubique oppugnant, ut nullam eſſe perſuadeant. Rurſus cum ſcriptum ſit, Dominum egenum factum fuiſſe, & ab hoſpitibus ex pia commiſeratione receptum, conati ſunt in alios ſenſus torquere, ut contrarium inde elicerent, nullatenus videlicet egentem fuiſſe, ſed ſimulaſſe, quo nobis modos indicaret comparandi victum, quaquâ pateret via. Atqui veritas quidem illorum mentibus inſita eſt, hanc tamen velut humus iatam ſementem malignè tegunt. Scopus eſt: ut quandoquidem de Domino noſtro multa abſurda & abſona vulgo perſuaſerunt, ſimilia de Deo noſtro credantur.

SERMO TRIGESIMUS SEPTIMUS.

SI quidquid eſt hoc, quod ſumus, non tu nobis contuliſſes, quid nobis Peregrinus profuiſſet? Quî hoc ipſum, quod ſimus, impertiri non poſſet: nulla per illum ſpes vitæ fuiſſet cui, quidquid vellet, peragere non licuit, perinde nec modo quidpiam ab eo ſperandum foret. Alius profecto eſt ille Deus incœptor perfectorque rerum; hic nimirum ad ſpem magnam nos rapit, & certâ honorum ampliſſimorum expectatione ſuſtentat, quandoquidem cum bonus ſit, rerum omne creat genus alitque; cum juſtus ſit, coërcet & gubernat: cum Dominus ſit, multa donat. Quin ergo illum laudamus, qui etiam, mercede pacta, eo liberam voluntatem noſtram ducit, unde egenti ſuccurrat?

Nego eſſe natura Deum, quem negas eſſe Creatorem, qualis idem ſit, ejus teſtatur infirmitas; etenim ſi potuit, & non fecit, invidus fuit: eſt ergo malus, ſi potuit, ſi non potuit, imbecillus. Jam ſi malus eſt, ipſum fugere debemus; ſique imbecillus eſt, præſtigiæ fuerint & fallaciæ, quæ-

quæcumque donat. Quàm ab isto diversus est Deus, qui nos fecit! Nimirùm ut vera sunt, quæ nobis de se credenda proposuit; sic ficta esse non possunt, quæ ipsum assimilant munera & dona sua. Tu modo ejus testare gratiam, qui, dum tres, quas dixi, personas repræsentat, nos suis ubique beneficiis multipliciter exornat.

Callidè enimvero & malitiosè Sectarii Peregrini operam ab opificio Mundi excludere, quo limitarent potestatem. Etenim si unus est artifex, sequitur, omne quod exædificatum & constitutum est, hujus unius imperio jurique subesse. At at dicant dum, cujusnam is fuerit Filius, qui lutum subegit, indeque homini cæco oculos formavit, nobisque protoplasten Adæ repræsentavit? Quin ego te verius cæcum esse dicam, qui non cernas, Filium, dum format, dissimulata Sabbati lege, lutum idem facere, quod Pater ejus omnibus Sabbatis, pluvia cadente, facit. Merito vel hinc Te Filium Conditoris magis admiremur, qui plastis nostri specimen in eo signo exhibuisti.

Qui sinceram ejuravere fidem, propriique capitis figmenta loquuntur, evidentiâ rerum testata veritas refellit. Si Peregrinus, ajunt, sibi proposuit nihil omnino creare, moliri nihil, cum cæteroqui potestate præditus sit, quodcumque libuisset constituendi & condendi, cur eam potentiam ad paucos contraxit? Cur suam beneficentiam cohibuit, ne longè latèque excurreret, & aliquid de nihilo crearet? Hæc illi: nos contra laudare debemus Optimum, qui suum erga homines amorem in Mundi opificio magnificè declaravit.

Instant adhuc, & causam rogant, cur Peregrinus statuerit nihil facere de nihilo. Id quippe cum ratione minime congruebat; nec enim æquo & justo convenire potuit, beneficentiæ fontes obturare, & plures prohibere Mundos, quominus in lucem prodirent, ejusque usura fruerentur. Iterum in eundem insurgunt, ut qui nec omnibus suam approbaverit beneficentiam, cum hanc plurimis negaverit: Venit, clamant, & illis quidem, qui sui certe non erant, dona muneraque attulit ampliſſima, nulla suis. Nos tamen non morantur ista, quin optimi Pastoris fateamur erga greges suos caritatem per Unigenitum suum magnis videlicet beneficiis testatam.

Quid nunc agitatis Sectæ furentis alumni, calumniarum artifices, magistri erroris, Ecclesiastæ fidei sinceræ depravatores? Vos, qui veluti rabie quadam acti huc atque illuc rapimini extra viam, rerumque Dominum, & Constitutorem malignè incessitis: si forte

legio Dæmonum vobis abstulit mentem, habetis in sua Ecclesia Liberatorem, eo accedite, modestè tamen, percontamini, cujusnam ille sit filius? Si opera ejus attenditis, summi Opificis Filius est, Creatoris, si ejus consilium & numen, quo omnia disponit ac temperat. Jesu, sana, precor, fùrentes, lutum sunt, in suum plasten insurgunt.

Arefactas manus restituit, cum sit magni Architecti Filius, cumque sit Filius Conditoris, obturatas aures aperuit, alimenta præstitit, quia Provisoris est Filius, & quia Filius est pii Patris, peccata remisit, statuit pœnas, quia Filius est Judicis; cum sit Filius Præpotentis, mare compescuit, increpuitque Dæmonum contumaciam, oraque clausit, cum sit Fortissimi Filius; tanquam rerum Dominus Prophetas inhibuit, & Apostolos vocavit, eâ, quam utrisque definierat, tempestate. Hinc mirare Unigenitum, qui per omnia Genitorem assimilat, cujus figuras, confictis allegoriis, obscuravere Sectarii.

Hoc ipsum, quod nos, Domine, creasti, est causa bonorum, & quod nos alis & educas, beneficiorum origo est, & quod nos castigas, rudimentum est disciplinæ, & quod nos ab interitu revocandos promittis, sempiternæ vitæ pignus est. Cujus nutu hæc omnia cœpta ratoque tempore perficienda sunt, hujus creaturæ nullatenus indigent Peregrino, qui nullus est, cum idem aliena non indigus ope, ipse per se sufficiat laborantibus subvenire. Ejus beneficentiam hinc agnoscito, qui cum ipse perfectissimus sit, quos suos habere voluit, imperfectos relinquere, nec consequens, nec decorum esse judicavit.

Quid? Quod, & ipsam Justitiam si quidem à misericordia disjunxeris imperfectam feciști, quemadmodum misericordiam ipsam Justitia vicissim intendit & consummat. Adversarios provoco ad illius Peregrini scripturas, in ipsis quippe, quos legunt, codicibus dicta modo vocabula occurrunt, maxima seu spei seu timoris incitamenta; inde fateri coguntur, unum esse bonum, eundemque justum scelerum vindicem. Tua, Domine, Bonitas, & huic conjuncta vindicatrix Justitia perfectissimæ naturæ tuæ pulchritudinem componunt & repræsentant.

Memento mei; Domine, te pronus & supplex adoro; nam etsi, quæ sensus oblectabant meos, mentem simul rapuerunt, hanc tamen nunquam pertraxerunt ad arcanorum tuorum perveștigationem. Et quamvis multa mihi inconcessa ausus fuerim, ne te tamen perscrutarer, abstinui: peccator sum, impius esse nolim. Tu autem quid mihi supra impios dabis, si ut illos, sic me perire sinas? Quo tua in tuis dictis fides, fictos ad fallendum

A
B
C
D
E
F

ܐ ܕܡܫܬܐܪ ܡܠܝ ܒܣܝܪ ܠܝ ܘܒܛܝܒ ܥܡ ܥܒܕܟ ܚܣܕ ܐܠܗܝ ܠܡ ܐܬܝ ܠܝ ܐܠܐ ܡܢ ܒܝܬ ܐܒܝ ܘܐܡܝ ܘܡܢ ܐܚܝ ܘܡܢ ܐܠ ܐܠ ܐܠ

Sed quid iſtuc ? Domini de Cruce pendentis veſtibus tortores parcunt, (tunicam certe ſcindere auſi non ſunt,) iſti contra rectæ fidei deſertores in ejus acta infeſto ſtylo involant : alia truncant, alia penitus abradunt, reliqua interſertis additamentis depravant. Scilicet nec alius latronum mos eſt : Domini nota ſignatas oves amico vultu fraudulēter ſeducunt, palantes mox abigunt : ſi tamen obtingat Paſtori pecoris ſui notam alicubi impreſſam reperire, vel ſi in extrema raptæ ovis auricula, inde totum repoſcit gregem : ſæpe manubias tenuis ex arca afflatus odor prodidit : nec ſecus hìc res habet : quæ nempe ſuperſunt fragmenta libri, reliquas ejuſdem pericopes repetunt, & maculæ, quas verborum lituræ in codice reliquerunt, Apoſtatarum fraudem coarguunt. Quæcumque boni parentis filio juſtitiam afferebant, decuſſerunt; nec enim totum volumen perdere volebant, ne divina penitus ipſis ſcriptura periret, quod utique illis evenire neceſſe erat, ſi incœpta perſequi obſtinaſſent. Filii namque juſtitiam omnes divinæ ſcripturæ textus loquuntur; alios itaq; ſuſtulerunt, reliquerunt alios; hinc deprehenſa fraus eſt, verbis, quæ remanſerant deletas periochas repoſcentibus.

Cæterum quo Filio juſtitiam adimere mali ſervi nituntur, ſatis oſtendunt ſuum in eum odium ; averſantur nimirum improbi vernæ herum juſtum, qui domeſticos ſuos ob eam, qua eminet, caritatem, peccantes emendare conſuevit. Victores pugiles Judicem deſiderant, fugiunt ignavi. Papæ, quantum hallucinantur, qui Bonum appellant eum, cujus ſententia ad vindicem Juſtitiam jam pridem rejecti ſunt, meritis ſuppliciis mactandi! Stultus quiſque perire malit, quam ab eo, quod appetit, avelli, invadit verbera, modò liceat, quâ captus eſt, voluptate frui. Sectarii, qui etiam Crucem prædicant, quibus ſua exercent corpora pœnis oſtendunt, gravius onus eſſe nobis à Peregrino impoſitum, quam quod Effector olim injunxit.

Et vero ſive voluptatibus illi ſe dedant, quo ſuadeant, Peregrini ſarcinam eſſe leviorem, ſive voluntariis ſuppliciis ſe crucient, utrobique Juſtum commendant. Sed quid eſt ? Quod dum ipſimet ſe verberant, ipſimet ſe jejuniis macerant, adhuc illam dexteram accuſant, quæ gregem ſuum, quem diligit, etiam caſtigat ? Juſtum ſugillant, quaſi vero dolore fruatur noſtro ; ſcilicet argumenta componunt, unde vituperent : viciſſim Filium inſimulant, quod nuptias etiam probet, ut inde ſimiliter infament. Habes hìc crimina duo, quæ ſe mutuo deſtruunt, & ſuos premunt auctores. Adeo ipſis nec ſeveritas, nec benignitas placet ; utramque oderunt & damnant.

damnant. Quin miraris Dei talia audientis patientiam? Sed enimvero quæ duo objiciunt, eadem ipſa illorum decreta convellunt; quare viciſſim & nos illos interrogemus, utrum quos ſibi fecere Deos, bonos etiam credant, jam ſi tales ſunt, cur ceſſant? Nec enim bona volunt facere, nec ſi qua imminent mala, prohibere. Similes illis fiant, qui talia numina colenda proponunt. Nobis certum ratumque eſto, unum eſſe rerum omnium effectorem atque moderatorem.

Juſtum rurſus inceſſunt, quod terram lacte & melle manantem rudi populo poſſidendam tradiderit, quodve inde rejectum ſervituti ſubjecerit, utique attentis ejus ſceleribus neutiquam immeritum, nec intelligunt, pœnam eſſe merentibus medicinam, immerentibus quodcumque datum gratiam eſſe; ſic videlicet delirant, tanquam rabidi eo feruntur, unde ſine diſcrimine in obvium quemlibet invadant. Populum grandem docuit, quæ Eliæ etiam ſuggeſſit, ad hæreditatem ſibi in Cœlo repoſitam aſpirare. Simplicem & parvulum propoſito ſolo feraci lacte & melle affluente, puerorum nimirum illecebra trahere maluit: levem minuſque ponderoſum alis inſtruxit, humilia prætervolare dedit, in terram depreſſum ſublevare, & à terrenis avellere ſtuduit: omnibus omnia factus eſt: ſe ipſe demiſit, cum omnibus emineret, ut ſuam omnibus participaret vitam. Quocirca ſi audis blandientem, agnoſce pueros alloquentem, ſi minitantem ſupplicia, excitantem dormientes virgam intelligito. Sed iſti nec pueritiam, nec huic ætatulæ accommodata incitamenta examinant, nec ætatis robuſtæ vires ac tentationes diſcernunt. Æſtuat ſcilicet mens, os latrat, ſuum ubique abdicat Dominum.

SERMO TRIGESIMUS NONUS.

NÆ ille bonus idemque altiſſimus eſt, a quo ſapiens quilibet acceptum damnum beneficium putat. Davidis dictum nos miramur, explodunt Errantes. *Pharaonem*, Pſ.135.15.
Propheta ait, *demerſit in mare*, *quoniam in æternum miſericordia ejus*: poſtrema verba rident, & quærunt, quis locus in atroci facto pietati fuerit? nec attendunt Dei Bonitate regem refractarium & contumacem a graviore ruina retentum, atque opportune oppreſſum, quominus te, Domine, ad inferenda acerbiora ſupplicia provocaret. Sed nec tu, quid quærant, velim, tantum attendas, quantum in quales anfractus ipſos ſuæmet ratiocinationes compegerint. De origine mali diſputant, dum inter ſe rixantur, in altum

in altum provecti, pelago obruti sunt, secumque suos traxere Deos, Deos, inquam, quibus ad inhibendum irruentis mali cursum, seu voluntas, seu vires defuerunt: fracta audacia est, victique coronam texuerunt flammis, in quibus examinati detecti sunt. Hoc interim habeto scitum omnium ore vulgatum, quo uno quæstiones dirimas omnes, futurum aliquando judicium, & istam, in qua moramur, domum tandem ruituram; ut merito laudes illum, qui Pharaonis interitu totius Orbis occasum præmonstravit; qui Regem acerbo extinguit fato, ne videlicet in singulos dies suum exaggeraret crimen: æris alieni syngrapham Creditor pelago delevit, exegit a debitore fœnus eo die solvendũ, ita tamen ut simile debitũ apud infantes olim contractum simul repeteret.

Ecce autem videmus Sectarios crebris attritos cladibus, ut plurimi sunt illorum hostes. Quid id est? quod laborantibus nullam attulerunt opem, qui ab ipsis coluntur Dii, & si quidem victi sunt, jam habemus, unde eos confundamus; sin autem cum auxilium præstare possent, id neglexerunt, vicimus; quo enim colore licuit Diis, tales enim appellant, suos deserere clientes, & oves custode nudatas lupis objicere. Quidquid pro suorum Deorum defensione reponent, Justum absolvit, cujus etiam verbera auxilia sunt.

Quid? quod illorum leges ipsosmet premunt, præcepta dicuntur, tormenta sunt. Hinc iterum habes, unde Deos eorum crudelitatis accuses, quibus nostris gaudere malis solenne sit. Inepti actores suamet actione reos se fecerunt. Justo sævitiem objiciunt, ipsi exercent, quo Universum infestant, duroque verbere tundunt: quo autem per ambages disputare ipsis mos est, satis declarant, victoriam penes illorum partem stare, quos nuda & sincera veritas delectat.

Mundum intuere velut corpus pluribus affectum morbis, quos tamen sola peperit liberi arbitrii vis; assequitur autem Medicum opidò quam benevolum ac benignum: ægrum ille sibi obvium quemque suscipit; curari volentem urit, incidit, tangentem quemlibet valetudinis recuperandæ causâ sanat. Suis moribus, omnibusque corporis gestibus mirificè facilis & suavis est: totum quod vides & quod non vides totum, cimbam æstimat, suo illud nutu agitat citra laborem, quidquid effutire audeant stultissimi quidam homines, garrientes, eum neutiquam tanto esse oneri parem. Mundum idē gubernat, nec secus quam currum cuilibet voluntatis suæ momento obsequentem. Inde frænat protervos, virgamque magistram exorbitantibus intentat. Omnes collige calamitates & pestes, quas vel fama

fama lapsa per manus, vel literis consignata monumenta repræsentant; deinde attente considera, universam hanc malorum illuviem ad nostram utilitatem in omnes promiscuè homines diffundi ab eo, quo nil melius excogitari potest: Populum patrio avulsit solo, dispersitque, ut veritati superstrueret, dissipatumq; iterum congregabit, Sanctorum felicitatem illi offert, si tamen hanc sibi sortem elegerit; sin vero respuerit, minatur gehennam.

Cæterum cum sterilis vinea suum dominum ampla licet dona ferentem repulerit, quis non miretur novis ab illo beneficiis affectam, cui dira omnia exoptanda fuissent, ex quo fructus negavit hæredi? Postremum ejus perosus proventum, illam extirpavit sic, ut surculos exinde resectos apud gentes inseverit, apud gentes, inquam, genus hominum minime difficile, minimeque agreste. Sic aliàs quosdam ex gentium turba velut externos & adventitios ramos ad bonam arborem ex mala stirpe traduxerat Justorum operâ, qui apud Hebræos florebant.

Illorum certe vitis amaritudinem habuit innatam; vineæ quippe Sodomorum propago fuit, botrique Gomorrhæam uvam referebant. Neque malus ille fuit, qui malam vitem extirpavit, quippe nec immeritam, præcipuè cum pro sua ingenua benignitate amaros palmites dulcissimæ arboris ramis inseverit. Jam vero, quamquam ejusmodi sarmenta, postquam ad domesticam arborem traducta fuere, intra ejusdem naturæ modum continere se potuerunt; contrarium plane accidit, ut amarulentus succus ex illis profluens arborem ipsam invaserit, tentaveritque suavissimum ejus saporem obstruere. Papæ, quis & qualis ille fuit, cum divisus flueret! Quin ergo tacent ora garrientium, id nequaquam fieri debuisse: Quid? num Deum dedecebat, clavos, quibus ipse suffixus fuerat, in tortorum membra congerere?

SERMO QUADRAGESIMUS.

ADEO ne tibi quisquam videatur esse idoneus, à quo illa tractetur cithara, quam rerum Dominus, rebus ex omnibus compegit, quo foret universis persuasum, summi artificis eum esse legatum, qui sciret istas agitare fides? Psaltes antiquissimus Moses illas graphicè percurrit, objectamque sibi Magorum aciem perculit, & vicit. Erubuere zizania, cum secus ac speraverant chordas magica vi detinere non possent: quod inde reliquum ipsis fuit, linguam furentibus similes in Mosen talium mirabilium operum patratorem acuerunt; quamquam & istuc in commune probrum cessit ipsis eorumque Diis;

inde ſiquidem patuere maleficorum mendacia ſuorum numinum vim tantopere extollentium, populique ſpes vana tales Deos colentis, qui ſuis laudatoribus minime ſuccurriſſent; & ſi quidem opem negarunt, quam præbere non poſſent, id profecto fuit imbecillitatis argumentum; ſin faſtus ſuaſit, ut negarent, ſuperbiam notat.

Duos prodidere Deos Marcion & Manes opidò quantum viles & imbelles, quo in facto eo magis culpandi fuerunt, quod ad tegendam fraudem pulchram ſpeciem ab Apoſtolis aſcitam mira calliditate ſibi aptarunt. Interim vero oſtendant, ubinam ſcriptum legerint, Domini Diſcipulos Peregrini celebraſſe nomen? varios quippe Deos Manes, ejuſque gregales vulgarunt, quorum mirum eſt non diſpuduiſſe repertores, uſque adeo turpes ſunt, tantum abeſt ut idonei fuerint, quibus innumera hactenus edita miracula adſcribantur: numina ſine numine ſunt.

Bene novit Marcion auctoritatem filiorum veritatis, exhibitaque ab illis ſigna, quæ etiã lapſa per manus fama ad noſtram uſq; memoriam traduxit, idemque illorum atteſtari ſolet ſcriptura, adeo ut ſicubi eas contradicit, ſuiſmet verbis coarguatur. Si veteris ergo religionis deſertores novas audent ſerere opiniones, & fidem exigunt, viciſſim ab ipſis exigenda ſunt miracula, quamobrem ad illos revincendos hoc abunde ſufficiat, quod cum ubique graſſentur morbi, nullum hactenus illi perſanarint ægrum, neque levem febriculam depulerint. Salomoni inſultant, quod ad ethnicos ritus tranſierit, atqui ille ante lapſum Cœlo ſacrum attraxit ignem, cedo, quid illi præſtiterunt unquam ſimile? Sua licet ubique oſtentent, ut ingenti faſtu pleni ſunt: & ſi cæleſtibus flammis non imperant, ignem propriis artubus hærentem cur non reſtinguunt? concupiſcentiam videlicet præcordiis innatam, nec febrim curant per omnes ſerpentem venas, iram atque libidinem; flammis nempe ſuis uruntur miſeri.

Moſes, ut dixi, multa apud Ægyptios opera admiranda plectro eodem cecinit; is ſcilicet, qui blæſus fari non poterat lingua vocum modulatrice impeditus, mox chordas pectine divinitus conceſſo percurrit, ut linguæ impedimentum in ſervo, Domino verteretur in gloriam. Tu, Domine, qui es ſilentium & ſermo, cæloque demiſſus in terram deſcendiſti, aperi, precor, os noſtrum, clavis quippe es, omnium ora reſerare potens.

Cæterũ cum ab obitu Moſis nemo deinceps ſimili plectro hanc citharam tractaverit, quis primus ille fuit, qui ejus chordas fortiter occupavit, ſibique ſubegit, ut ea in curandis cujuſvis

ܕܒܚܕ ܡܠܐ ܒܗܘ ܐܦ ܠܐ ܫܚܩ ܠܗ ܒܥܠ ܡܘܡ ܘܠܐ ܫܚܠܦ ܒܛܒܝܥܬܐ ܕܝܠܗ ܘܠܐ ܒܕܠ ܒܫܘܡ ܡܕܡ ܡܢ ܒܪܝ

deret, cum non potuerit illis auditus clausas A
referare fores.

In Cana cantum variis est modulata modis; eam namque urbem Conditor rerum ingressus mutavit, ut novæ citharæ etiam silentium audiret: fidibus suave sonantibus plenas lagenas substituit sed vocales: laudandus ubique sapiens ille, qui ejus à quo missus est, laudes suo cantavit plectro.

B

SERMO QUADRAGESIMUS PRIMUS.

SED nunc vide, ne tibi aliud fingas simulacrum, occultum idolum. Splendet nobis veritas, magis tamen error, nostræ quippe fœtus est mentis. Cujus sermo verus & simplex est, nec talis, qualis agitur fabula, hunc vero tu laudabis. Divina fides gemma est, incidi non potest, nec obsequitur scalpello veritas, huic contrarius error mollis cera est, omnes suscipit formas, ut speculum esse videatur, quod tamen ea tu arte temperatum cogita, ut solo aspectu formosis suam allinat deformitatem, suasque puris aspergat maculas. O quale speculum, cujus usu homines pejores fiunt!

C

Aquam, ignem, & astra coluere Persæ, D
Græci corpora quædam, omnia Ægyptii, Hebræi vitulum, Veneriseque sidus Agareni: omnes istiusmodi turpissimas religiones disseminavit error, dispertiitque gentibus unicuique suam; & quasdam quidem ante Domini adventum ex vana ethnicorum superstitione excudit; alias vero post ejusdem manifestationem ex variis Sectariorum opinionibus compegit, distribuitque eo artificio, ut cum morbos vulgaret, remedia docere videretur. E

Unus inter alios superiore ætate prodiit, qui Deum nobis eructavit novum, vocavitque Peregrinum, proprium nomen occultavit, causa tamen cur occultaret, occulta non est, scilicet umbra erat, quem Deum haberi volebat, merum figmentum. Improbus plagiarius surrepta Divûm nomina mox in foro exposuit, & distraxit. Alius alios excogitavit Deos, principia quædam æterna ingenita aërem, ignem, & aquam, adjecitque quartum, quem tamen cum nullum habere numen sciret, & esse simplicem umbram, tenebras nuncupavit, æternum tamen quoddam esse dixit. Alius denique istorum alumnus eisdem multa suffuratus, suum in usum recudit. Manus ejus contra omnes, & omnium contra eum manus, ut omnes in errorem inducat antiquæ Agaris filium imitatur, rapto vivit. His adhuc annumerandi veniunt

Marcion.

Manes.

Bardesanes.

ﻢﻬﻨﻣ ﻞﺑ ﻢﻬﻠﻛ ﻢﻠﻌﻳ . ﻪﻴﺑ ﻞﺋﺍﺮﺳﺍ
ﺮﺧﺍﻭ ﻢﻫ ﻢﻬﻤﻛﺎﺣ ﻢﻬﺴﻔﻧ ﻪﻴﻓ
ﻞﻫﺎﺟ ﺮﻴﻐﺻ ﻢﻫﺪﺣﺍ . ﻢﻬﻧﺍ
ﻪﻴﻓ ﻢﻬﻘﻠﺧ ﻒﻠﺘﺧﺍ ﻲﻓ ﻞﻴﻠﻗ ﻞﻛ
ﻢﻴﻈﻋ . *

ﻪﻴﻓ ﻢﻬﻤﻠﻋ ﻒﻠﺘﺧﺍ ﺮﻴﻐﺻ ﻦﻣ
ﻢﻴﻈﻋ ﺮﺒﻛ ﻦﻣ ﻢﻬﻴﻠﻋ ﻞﺼﻔﻨﻳ ﻢﻠﻋ
ﻞﻫﺎﺟ ﺮﻴﻐﺻ ﻦﻣ ﻢﻬﻴﻠﻋ ﻞﺼﻔﻨﻳ ﻢﻠﻋ B
ﻢﻴﻈﻋ . * ﻢﻬﻴﻓ ﺖﻴﺒﻟﺍ ﻞﻛ
ﻢﻬﻧﺍ ﻞﻫﺎﺟ . ﻢﻬﻴﻓ ﻞﻴﻠﻗ ﻞﻛ ﻲﻓ
ﻪﻴﻓ ﻞﻴﻠﻗ ﻞﻛ ﻲﻓ ﻢﻬﻴﻓ ﻞﻴﻠﻗ ﻞﻛ
ﻢﻬ

SERMO QUARAGESIMUS SECUNDUS.

CEnsen', bonum Deum Dei mali inimicum oculos libidinum duces refeciſſe cæcis ? aut promta ad perpetrandas cædes inſtrumenta manus mancis reſtituiſſe ? Si hoc factum admittis, fatere, Medicum, qui corpus ſanavit, ejuſdem Opifici de pulchritudine præſtantiaque operis ſui teſtimonium perhibere voluiſſe, eoſque vehementer deſipere, qui pias manus corporis formatrices vituperant. Enimvero ſi iſti non inſaniunt, quid reſtat, niſi ut Domino noſtro inſiſtamus, quatenus imperitè compactas ædes ſolvat & diruat ? ſed quoniam idem, qui ruinoſam domum ſarcivit, in ea etiam habitare ſe velle ſignificavit, laudandam fabricatoris peritiam, ſatis oſtendit. Hic ipſe ſalutis reparator noſtræ, ajunt, templa duo artifice ab uno exædificata, alterum laudat, alterū reprehendit, animam & carnem Creatore ab uno condita, alteram diligit, & alteram abominatur. Explicent igitur, quomodo is, qui animam amat, odiſſe carnem potuerit, cum idem in carne habitaret ?

Rurſus inſtant, alias duas ædes ab eodem architecto fabricatas fuiſſe, nec tamen eodem animi affectu à Peregrino exceptas fuiſſe. Jam quærimus, qua ratione ductus idem Peregrinus Sionæum templum funditus evertit, carnem vero dilexit, ſibique in templum adoptavit ? Siccine ædem religionis domicilium diſſipavit, & corpus vitiorum conceptaculum integrum manere ſtatuit ? Item ſi oblatum à malo Dæmone munus rejecit, ut qui ægrè ferret, ab illo ſe filium Sancti appellari, obſtruxitque ſuo munere muneratoris os, cur ergo abluit carnem aquâ, ſibique ejuſmodi lavacro dedicavit ? Cum carnis & aquæ auctor ſit ille Malus ? Item ſi Chriſti baptiſmum baptizati corporis cōtagione Diabolus temeravit, ſequitur utiq; eo ritu corpora Diabolo initiari, atque tali Sectarios imbutos errore panem Diabolo frangere. Ignoſcat, oro, ille Boni filius hominibus, tales in eum voces jactantibus.

Quod ſi ad animam modo dicta pertinere volunt, eiſdem adhuc premuntur anguſtiis, cum verbum queat animæ utpote congeneri baptiſmi tenere vicem, non ita panis, corporis, quod oderunt, cognatus. Porro ſi ſalutaris eſt panis animæ, quanto huic utilius corpus erit, ſine quo otioſa torpet ? Diſcat itaque Anima, quæ ſua ſunt ex iis, quæ ſua non ſunt, & illa negare nefas eſſe putet.

Cæterum ſi in pane re utique anima, ſenſuque carente habitat Dominus, & allabitur iis, quas fundimus, aquis, lapideaque incolit

incolit templa, quis credat ab illo odio haberi corpus, cujus membra ſexcenti exercent labores, aſſidua jejunia preceſque fatigant? oſſa, quibus compingitur, ejus ſunt theſauri, opes lacrymæ ſalientes oculi, gemma virginitas. Myſticum itaque imaginare Pavonem ſuis ingeneratum membris ornatum circumferentem.

SERMO QUADRAGESIMUS TERTIUS.

DUO petiit Satanas ſatis levia, negavit qui corpori etiam difficillima conceſſit; at ſi Diabolus rogans repulſus eſt, corpuſque graditur, & pedibus multatus eſt ſerpens, victi ſunt orthodoxæ fidei contemtores. Immundi ſpiritus quod poſtularunt, impetrarunt, invaſere Porcos; ſcilicet ubi ſibi contraria Satanas popoſcit, poſcenti annuit, patrem imitabatur, qui Diabolo dedit, unde in beato Job confunderetur. Qui omnia noverat, corpus & Diabolum muneratus eſt, porcos & ſtagnum dæmoniis ceſſit; panem & ſanguinem ſuum corpori donavit. Sed enimvero ſi caro Diaboli eſſet opus, carni ſua nunquam immiſcuiſſet myſteria. Juſtus, quem illi oderunt, ſerpenti pedes abſtulit, cum ſint congeneres ſerpens & caro; Dominus noſter, qui claudos ſanavit, num in corpore claudo pedes ſerpenti reſtituit? Cõtraxit Juſtus Regis manum, deinde laxavit, ſerpentem execrationi ſemel ſubjectum miſeratus nunquam eſt; ſimiliter nec Dominus noſter ſerpentem aliquando recepit in gratiam, ſed Patris ſententiæ ſubſcribens exaggeravit nocenti pœnam, & ad eundem proculcandum factâ ad hoc poteſtate credentes provocavit. 3. *Reg.* 13. 4.

Porcos in ſtagnum demerſit Dominus noſter paterno inſiſtens exemplo, ſic ſimilem ſe probavit Patri, qui ſerpentem pedibus multaverat. Simonis corpus fluctibus propè hauſtum extraxit, nempe Patrem aſſimilare voluit, qui Moſen in fluvio periclitantem periculo eripuit.

Ineptiſſimi homines Patrem totius corporis effectorem criminantur, Dominum noſtrum, qui ejus morbos depulit, laudant. Quid? num Medicus opifice melior ſit, & Conditore Chirurgus? O perverſum judicium! Corpus medium ſtare vident Medicum inter & Opificem, alterum vituperant, alterum mirantur, cum amborum opus unum & idem ſit, ab utroque incœptum & conſummatum, quiſquis de cõmuni opere alterutrum carpit, neceſſe eſt, ut utrinqne preſſus ſuccumbat. Sua fabrum opera indicant & arguunt, aurificem quoque ſua, & ſua Creatorem. Porro ægrotantis corporis medicina non fonte ab uno manavit; ſed opus unum dupli-

duplicem appellat opificem : si ergo primum carnis auctorem culpabilem ex opere arguis, hujus reparator culpa vacare non debet.

Moses, qui vitulum ab Aarone fictum reperit, confregit, commoluit, distrivit. Dominus noster si quod corpus oculis captum offendit, visu luciſque usura donavit. Moses ænei vituli oculos destruxit, diffregitque aures; Dominus noster clausa corporis lumina recluſit, & ademtum audiendi sensum reddidit. Ergo si primus corporum auctor malus fuit, quisquis, eo decedente, succeſſit, dum perturbatum ordinem repetere tentat, à rectâ deflexit. Tabulas divinum opus fregit iratus Moses, mox etiam simulacrum contrivit, ne simile sequeretur. Nihilominus avorum exemplo nepotes pro una multiplicem induxere religionem, postquam Jeroboamus pro illo uno vitulos plures conflavit. Reprehenditur, qui primus carnem reperit, succeſſit tamen alter, qui ægram curavit, qui primus finxit vitulum. Summus Sacerdos Aaron reprehenſus fuit; sed enimvero multo acrius Jeroboamus, qui post Aaronem vitulos dedicavit; scilicet prioris delinquentis culpam in se recipit, qui post deliquit.

Rursus, si Peregrinus Creatoris opificium examinavit, probavit tamen atque promovit, quod vituperare & destruere magis decuit, hic illo reprehenſione dignus magis fuit. Arguitur de fraterna cæde Cain, sed magis arguendi sunt, qui Christum egerunt in Crucem, ut quibus ejus facta exploratiſſima fuere; judicem namque cum perverso perversum esse oportet. Justus nec famulo suo Mosi blæso linguæ vitium emendavit: Peregrinus, ille scilicet carnis osor, non ita, sed surdos & mutos innumerabiles curavit. Quapropter adversus Incredulos ambo insurgunt, & usque adeo, ajunt, isti suas obtuderunt aures! Corporum amator Mariam & Nahamanum lepra mundavit, simili affectos lue decem sanavit corporum osor: protervos accusatores ambo redarguere volebant, quoniam, ut ipsimet ajunt, multa peccantes multo acrius premendi sunt.

Cæterum cum juxta illorum decreta caro & dæmon congeneres sint, item notiſſimum sit, à Domino nostro corporum pedes, manus, oculos, aures, & reliquos sensus, & membra suis fuisse exemta morbis. Ohe, quid censent? dicentne, Diabolum in sua conditione omni ægritudine ab illo exemtum fuisse, quo illum haberet ad omne perpetrandum nefas paratiorem? Litem dirimat Dominus, fornax nimirum est, metalla probat & excernit. Clausa mutorum ora reperit, aperuit, illi pro munere grati laudem Deo tribuerunt, idem, qui hominibus loquelam restituit,

restituit, immundorum spirituum ora obturavit, fari volentes illico inhibuit, quamquam laudare parabant, inhibentem. Corpus ain' organum malum mali dæmonis esse: atqui Dominus noster ipsum hoc organum tractavit, & detritas chordas in pristinum restituit, sensus videlicet & membra, citharamque suis absolutam numeris citharedo reddidit.

Et si auribus sensum recudit, quod id cogeret necessitas, aliàs surdis ipsum loquentem audire minime licuisset; quorsum cæcis visum refunderet, quem enim aspicerent? Auctorem certe beneficii cernere non poterant; nec enim illi corpus erat. Quid? num præsentem sibi rerum universitatem intuerentur? Atqui rerum Conditor ipse non erat. Cuinam ergo pro munere justam gratiam haberent? Et si Peregrinus pro sua summa sapientia oculos defectos recreavit, ut orbium cælestium pulchritudinem ornatumque spectarent: hi certé ipsius non sunt, cælum suum cum demonstrare non posset, nomine tenus indicavit. Item manus ille restituit, quas tamen ipse non fecit, quæ si virtuti arma ministrent, illum bonum dices, sin vitio, malum. Nos vero optimum ubique prædicamus, à quo manus accepimus, quibus illius corpus acciperemus.

Sed perge sis: ergo pedes idem ipse dedit, quibus solum non suum calcaremus, & ditionem perlustraremus alienam: num etiam alas adderet, cum nullum ei in aërem competeret imperium? Quare facesse ista, & laudes dicamus communi Artifici, qui omnes rerum ordines nostris subjecit sensibus, divisitque, & singula singulis distribuit, solum pedibus, lucem oculis, auribus sonos & voces; ab iis porro, quæ dedit, testatum reliquit, omnes ipsius numini parere naturas: os itaque si homini dedit, hoc pro pane suo, & calice suo dedit, quos oculos adjecit, hos lectioni scripturarum aptavit; cum pedes eundem habere voluit, his templi sui limina terere mandavit. Agedum si orthodoxæ fidei hostes fateri coguntur, hæc omnia in Peregrinum quadrare, victi utique succubuerunt.

SERMO QUADRAGESIMUS QUARTUS.

QUA putas ratione ducti negarunt isti, salutis nostræ reparatorem esse rerum Opificem? morborum depulsorem experti fuerant, Creatoris adversarium dixerunt. Quid istuc? Ipsumne, vel de rebus ab eo factis aliquid videre licuit? Suam namque speciem ipse celavit, alienam assumsit, exposuitque in oculis conspectuque omnium. Cæcus ille postquam lucem lucisque largitorem aspexit, beneficium agnovit, laudavit au-

auctorem; nam si visum quidem iste dedisset, & lucem negasset, mansisset ille cæcus, etiamsi sexcentos oculos unde unde sibi invenisset. Artifices duo unum ipsum fabricavere vas, perfecti operis testes Bonum laudarunt, accusarunt Justum laboris consortem. Adeo in ferendis sententiis nec sibi, nec æquitati consentiunt, qui à recta fide discordant.

Sed perge porro, nobis istuc etiam edissere, utrum ille Peregrinus ad agendum quodlibet animum appulerit, cupiditate puniendi doloris sui, an sola ingenua bonitate sua ductus? Et si quidem iracundiæ abreptus impetu, adversarium incommodare cupiens, manum operi applicuit, consequens erat, ut quoniam hostis erat, cuncta perverteret. Sin autem actum suasit amor, amor Dei nostri ejus amorem antevertit; nam si rerum Opifex ad materiam se demisit, huic certe benevolentiam exhibuit longe majorem Dominus noster, quando plurima corpora sanavit, quæ quidem Adversarii ex materia coagmentari fierique fatentur. Ego sane ita illis Sanctum propitium velim, ut ipsi talibus dictis ejus iram accendere non verentur.

Novum mustum in veteres utres nullus infudit; quales sensus nactus es, talia tibi præcepta dedit, & si nova auris est, præceptum certe vetus non dabit; novas quippe voces vietæ aures non audiunt, quod tamen vehementer mirere; si nova præcepta dedit, exhibuit tamen membra minime peregrina: sensus, quos in pristinum restituit, ipsi causam ei adjudicant, ipsi testantur, ut ut, quas rupit voces, novæ sint, certe dicentem peregrinum non esse. Non magni operis sane fuit, legibus leges subrogasse, id enimvero factu minime difficile, recte dices: at at maximi laboris foret jubere Solem novum aperire diem, non quo optes meliorem, sed quo præstare putes hunc accidere spectantibus penitus novum & peregrinum. Jam si hoc est, Adversarios provoco, ut ipsi aliam à nostra lucem, plane diversam vel animo dumtaxat fingant, nec hujus diei, nec hujus claritatis, neque coloris hujus, sed simpliciter & absolute novam, peregrinam & extraneam. Lucem jam habes testem, Deum peregrinum ab eis, nec cogitatione fingi posse.

Quid? quod nec tenebras ab istis, quæ nos opacant, diversas comminisci licet, ut ut liceat modo rariores, modo spissiores imaginari, ut hinc arguas, eos ineptissimos esse, qui peregrinum Deum nobis obtrudunt. Quantumlibet dissimilem cogitent Deum, ad confinia eos redire necesse est illius Creatoris, cujus Majestatem sacrilegis dictis violant, nec advertunt, laudant etiam, & ignorant, ut quan-

ut quantum se ipsi discurrendo fatigant, intra tamen ipsum cursitant & errant, cum nullum extra ipsum sit invenire Deum. Et si quidem arbitrum temporum cognovissent, ejus utiq; tempus ipsos non lateret. Jam vides horum hominum stuporem, ut qui nec se ægrotare sentiant, quare in subsidium propriæ infirmitatis miscuere figuras, symbolaque undevis collecta, diffractisque repagulis, in suam utique perniciem eruperunt.

SERMO QUADRAGESIMUS QUINTUS.

DATE Deo nostro magnificentiam, quotquot adestis filii veritatis: regni persecutores, vestri evasere præcones, vestri facti sunt vindices, quos habetis hostes. Scripserunt, carnem Christi esse veram, cunctisque viventibus impertiri vitam, scriptumque proprio chirographo firmarunt, testimonium prostat exaratum non in carta, sed in pane, quem ipsimet adversarii frangunt, nec atramento, sed mero conscriptum, ipsis ad probrum, vobis ad coronam.

Si Peregrinus novam condidit legem, explicent, cuinam bono ea rogata fuit? Nam si quæ sunt fugienda patent, hisque notiores sunt contrariæ virtutes, & si nec nos illa juvat ad exercendos naturalis vitæ actus, puta cernendi, audiendi, comedendi, bibendi, gradiendi, unde vitam nobis illa attulisse videatur? Item si nec nobis eas, quas dixi, operationes interdicit; si quando contingat esse turpes, cur istæ ab eo legislatore non vetantur, & si quia rectæ rationi consentaneæ sunt, eædem conceduntur, habemus unde te Conditorem nostrum dignum corona prædicemus. Undique circumcluſi quo se vertant, nesciunt, adeo universæ & singulæ Mundi partes ad reprimendam eorum audaciam conspirant.

Nec tamen id illi Peregrino visum satis, eos, quibus culpa oculos aperuerat, minime cæcasse, quo videlicet Satanas ipse cæcaretur, nisi etiam clausa lumina cæteris promiscue reclusisset, quibus velut è sensuum fenestris ille Malus voluptatum illecebras exploraret. Malum Justus carnis invasorem intra ejus viscera retruserat obseraveratque oris, aurium, & oculorum ostia; Peregrinus carcerem patefecit, peccatum ibidem alligatum dissolvit. Quamobrem universa rerum natura coarguit illorum insaniam, totus Orbis adversus eorum impudentiam vociferatur, stupetque audaciam: sprevere putida zizania, unde aluntur, terram, astra, quorum influxibus vegetantur, Solem, cujus colluſtrantur lumine. Scilicet si pro beneficiis, sine quibus vivere non possunt, Benefactori gratos se

probare ſtuderent, utique blaſphemare deſinerent, nec omnem referendæ gratiæ voluntatem abjeciſſe viderentur.

Quiſquis nuptias vituperat, hunc aio germen eſſe maledictum, ſuam ipſe radicem execratur. Duo ſunt crimina, in quibus ſummum nequitiæ apicem attigiſſe videntur Increduli; primum, quod ſuum abnegavere Opificem, immane flagitium iſtuc fuit; ſed & grande nefas alterum eſt, quod ſuam etiam damnavere ſtirpem; omni itaque ſcelerum colluvie ſe cooperuere, & antiquo illi Giezi comparandi ſunt, qui lepram à capite ad talos induiſſe perhibetur. Nimirum qui immundas dixere nuptias, non animadverterunt, mentem præripiente mero, cognata eſſe membra humani corporis, ſenſus quoque compares & affines, ut ſi cujuſpiam membri ſenſuſve uſus immundus eſt, reliquorum omnium actus immundi pariter cenſendi ſint; quemadmodum ſi quod membrum dolet, cætera omnia, ut ſcitum eſt, dolere neceſſe eſt.

Jam ſi ita eſt, reſtat, ut oculum à luce dividant, unio quippe amborum, quoddam connubium eſt, & à voce aurem pariter ſeparent, etiam iſta duo coëunt, abſtineant verbum à lingua, & hæc copula eſt, pura tamen & immaculata eſt; tales ſunt, quas dixi membrorum ac ſenſuum operationes: pudica iſthæc & caſta connubia clamant, tales eſſe quoq; nuptias. Quod ſi legislator nec ſenſuum neq; membrorum uſum tanquam immundum damnavit, ſed id ſolummodo cavit, ne quis inhoneſte aſpiciat, vel illicita audiat, ejuſmodi lex naturæ noſtræ perfectionem promovet, & mandata ejus noſtrum ornant arbitrium, & doctrina noſtram libertatem coronat, & ea manente, quæ objiciebatur, peregrinitatis umbra revaneſcit, & diſſipatur.

Tres itaque ſtatus illa petit lex, ſecumque defert honeſtatem, ſanctitatem ac virginitatem: moderatum peculium, paupertatem voluntariam, & conſummatæ virtutis habitum: inhoneſta prohibet, honeſta laudat, quæ cujuslibet ſtatum decent, mandat citra injuriam arbitrii eligendi quid velit. Omnes leges, quas priſca tulit ætas, vel futura aliquando feret, æquitate conſtant & clementia; nec enim lex dicenda eſt, quæ mœchari jubet, furari & rapere, vel quæ vetat eſſe humanos, pudicos, modeſtos & veraces. Lex & libera voluntas res bene conſtituit, bene conſtitutas ipſa illa voluntas pravaque conſuetudo perdere conſuevit.

A

SERMO QUADRAGESIMUS SEXTUS.

QUIS extra Diabolum tuas caro res definiat? Ex quo Satanas à Domino tuo te amari deprehendit, vexare non cessat. Ut cætera desint argumenta, tibi id unum sufficiat ad refellendos ipsos, quos tegis & ornas, si modo ostendas, quam injustè te premant insontem. Si contingat ægrotanti tibi defieri medentium pharmaca, piè succurrunt Periodeutæ, salutem & incolumitatem precantur, & alius quidē in os tuum insufflat, alius vero te signat. Quid si tuam à Diabolo ducis originem? Sequitur utique, eos Diaboli nomine benedicere, & ægrum signare. Si vero exasperatus morbus te sustulerit, lugent interitum familiares, cadaver lavant & condiunt, marsupia etiam excutiunt, & adornant funus, exanime corpus propriis efferunt humeris, mulieres conductæ ad lamentabilem cantum prosequuntur, & Mortui pulchra facta laudant.

Ecclesiastica dignitas Sacerdotum propria.

Ceterum si usquam accidat, animam, quæ istud animabat corpus sepultum haudquaquam deserere, sed cum illo tantisper in sepulchro morari, conceptam utiq; ex ejus desiderio mœstitiam, eo usq; sustinet, amissumq; vehementer dolet. Sic tuam testatur resurrectionem eidem innatus erga te amor; teque inclamat, responsum reditumque è tumulo expectat. Quæ cum ita sint, quî factum dicam, ut Anima ipsa nunc tuam in pristinum restitutionem ejuret, cum aliunde tuum reditum tam impensè cupiat, ut salutem tuam cunctis opibus velit redimere si posset? Hinc porro deprehenditur perversitas hominū tuam resurrectionem impiè rejicentium, qui tametsi ita comparati sunt, ut si Carorum suorum ad vitam reditum impetrare possent, hunc sibi quovis impendio quærerent, propriam tamen ut credant resurrectionem rato tempore gratis concedendam, adduci non possunt.

Censen' te ex patre diabolo esse, ipsique proinde congenerem? Tales profecto sunt immundi spiritus, quos tamen si contingat, ex eo, quod invaserunt, corpore excedere, beneficium sibi gratulantur omnes; contrarium, te decedente, accidit, mœstitia, luctus occupant omnes. Præter hæc, quæ disputata sunt, non habent quod desiderent, quicumque veritate lætantur. Ortus caro tuus ab sua origine clamat, eam te esse, quæ plurimùm ameris, casus tuus tuam in pristinum restitutionem testatur, ex quo tuum ab anima divortium acerbum & grave cuilibet accidit. Sic introitus tuus, tuusque exitus ambo tuum præmonstrant reditum.

SERMO QUADRAGESIMUS SEPTIMUS.

HEbręæ nurus gloriam ſuam in ſuis poſuere velis, in velo nos quoque ponimus gloriam noſtram, Chriſti Sanguinem omni æſtimatione majorem. Cœtus eorum, qui rectam deſeruere fidem, ſanguinem Chriſti ſuis in velis non habent, figuram ſanguinis habent, qui Jeſu corpus abeſſe credunt; verus quippe ſanguis ibi adeſſe contingat, unde verum corpus non abeſt. Si corpus immundum, fœdum & ſordidum eſt, proptereaque à Domino deſpicitur, ſequitur, fœdum & immundum eſſe panem & calicem ſalutis, quæ Heterodoxi offerre ſolent; ſed ſi ita eſt, quomodo Dominus corpus reprobavit, & induit panem, cum iſte viliſſimi illius corporis congener ſit; ſi mutus panis ipſi placet, an gratior non ſit compos rationis caro? Quin etiam Juſto placuiſſe panem docet, inſtruenda panibus eidem *propoſitionis* menſa; deriſere nihilominus Canæ convivium, etſi Dominus illud judicaverit ſua præſentia dignum. Interim dum Eccleſiam veram appellant Sponſam, & verum Sponſum Dominum noſtrum, vini tamen figuram in ſuis cœnis propinant, & imaginem epuli in ſuis conventibus exponunt. Quæ ipſa à ſe diſſidet diſciplina, ſuos perpetuo accuſat alumnos, etſi accuſantem ipſi minime attendant. At quàm opidò impia ſint illorum dicta, ipſorum facta redarguunt. Ego quod reliquum eſt, obſecro Te, Domine, ut fidei tuæ contemtores gehennæ filios in aulæ tuæ famulorum numerum transferas.

Quid? quod & Peregrinus ille, qui ad convivium accedere noluit, ne delicias facto vel dicto probare videretur, nihilominus tamen perpetuam Sponſi perſonam gerit, & quæ ſenſibus percipitur, jucunditatem confectatur: lugeat interim Joannes, algeat, eſuriat, non decet Sponſi ſodales jejunium; ſi quem eſurire delectat, in Creatoris domum concedat. Peregrino, (qui tamen nullibi exiſtit, nullus eſt) jucunda & ſuavis vita placet. At nos ſi noſtra membra amamus, Deum obteſtemur, quæſo, ut illos ad frugem reducat: ita, membra noſtra ſunt, reſecta licet, & in ſervitutem abducta: illorum vides catenas in eorum codicibus & compedes in ipſorum ſcripturis proſtant.

Ad hæc Sectarius: nos quidem ait, iſta, puta, panem & vinum, magni facimus & extollimus, quaſi repræſentantes dumtaxat ſpeciem quamdam externi cultus, & ſimplicem figuram. Quid id eſt? Ergo iſtorum religio imaginaria eſt, nullo modo vera, nec licita quidem, alioquin procedant, atque levi aliquo ſigno tantiſper, dum hæc diſputo, Diabolum

bolum adorent. Sed & cum Diaboli, paniſq; natura diſpares non credant, quo ſibi conſtare dicentur, ſi Diabolus illis immundus & profanus eſt, panis contra ſacer & mundus videatur? Te utique, Domine, laudare æquum eſt, quod veritas proſciſſis velut ferro obſtantibus tandem proruperit.

Pro illo, quem *propoſitionis* dixere panem, Sectarii obtulere mel & lac; ſed quia iſthæc omnia munda ſunt, quam moliebantur ſacrorum perturbationem, ad effectum neque hac via perducere valuerunt; mel etenim ſacrificium non abſolvit, & lac ſacras aſperſiones, & libaminum ceremoniam non implet, obtulerunt panem *propoſitionis* in eo, quem finxere typo, & ſanguinem ac vinum in figura libarunt. Sed Chriſti interfectores, & ſectarum ineptias deſcriptum à Moſe myſterium uſque modo refellit.

Quid ergo movit Salvatorem noſtrum, ut panem frangeret? Scilicet ut extraordinario legislatori cavenda duo fuerunt, primum, ut corpus ab ipſo aſſumtum immundum non eſſe probaret; alterum, ut Creatoris veſtigiis inſiſteret, ex hujus autem inſtituto panis *propoſitionis* non offerendus fuit, ſed proponendus in menſa. Te, Domine, laudamus, qui falſæ doctrinæ vile metallum igne detexiſti.

Si Dominus corpus phantaſticum induit, phantaſma frangere deberent, & ſi figuram ſanguinis exhibuit, vini umbram in calicem immittant; ſi autem panem ipſum verum frangunt, hunc certe ipſum vere non phantaſticè tangunt, certè Peccatrix illa mulier corpus verum tetigit, quæ verè ad Dominum acceſſit. Tu verò benedicito ei, qui Thomæ præcepit, ut corpus, non umbram tangeret. Iterum benedicito ei, qui ovem perditam invenit, mentem videlicet tota via errantem.

SERMO QUADRAGESIMUS OCTAVUS.

PEregrinum Marcionis ſcriptis notum ab ipſo peregrinari dices; materiam quippe ab eo introductam nunquam meminit. Oho oho, abortivus, heſterna die ejectus, effare à quonam acceperis pacta olim conventa inter materiam & Creatorem? Quid ſi alteruter ſocium fefellit, fœdus utique jam nullum eſt. Quin ergo te mirer, Deus meus, qui es natura unus?

Scribit Moſes à Deo Creatore cœlum terramque exædificata fuiſſe, noſque de limo, quem idem creaverat, fuiſſe formatos, idque ipſum Creatoris nomen declarat; etenim ſi materia in ſe una eſt, ut prodiere rerum ſexcenta genera, cœlum, aqua & ignis, caligo, lux & ventus naturæ ab invicem diſcrepantes

ſcrepantes & averſæ? Præterea, quid Anima à Deo producta materiæ opus fuit? Nec enim hujus ſpiraculum vitam limo impertiri debuit. Et ſi emiſſus à materia ſpiritus à limo alienus eſt, ſibi cæteroqui conjuncto, quo magis ab utroque remotum dices divinum ſummi Opificis flatum?

Item ſi non à materia, ſed ab illa, quam fingunt ipſius opem, caro prodiit, nec Animam à Creatore proceſſiſſe dicant, ſed ex Ope natam, duos ergo dominos affirmare neceſſe eſt, habitum & habentem. Quare attende animum, auditor, & deprehendes, Marcionem diſputationis æſtu velut abreptum quatuor induxiſſe principia. Deinde quo operæ pretio carnem ex materia eductam Creator depoſceret? Quid? num ut ſpiritum ſuum in carcerem compingeret? Scilicet alii quidem compeditos abſolvunt, tuus iſte, Marcion, Deus liberos nervo & compede ſtringit. Jam ſi ſpiritus necdum corpori unitus eſt, impotens ad agendum quodlibet, hunc apud Peregrinum otio torpere neceſſe eſt, factus ad quidvis cogitandum ineptus, ſiquidem abſtractum a corpore fingis.

Cogita animam corpori unitam; lucemne ſine oculo cernat? aut audiat ſine aure ſonos? Eſto jactes, Peregrini vocem in ejus libris ſonantem ſurdas pulſare aures. Animadvertin', ambos deſpicatui habendos eſſe, eum videlicet, quem dicis bonum Deum, impotentem tamen ad viſum orbo reddendum, ineptamque animam ad percipiendam ejuſdem vocem. Quid? quod nec Juſto juſtum fuerit animam ab ipſo procreatam malo corpori ex materia genito infundere. Ut enim inimicum amet? Vel alia corpora quidem diligat, alia vero abominetur? Utque Eliæ corpus ſumma teneat, & Dathanis, atque Abironis corpora in ima relegentur? Moſis & Giezis vultus, alterum divinus ſplendor irradiet, alterum lepra populetur?

Deinde quî factum dices, ut Moſes & Elias ad Peregrinum accederent in monte morantem? Et quidem ſi utrique datum eſt, proprio ore cum illo ſermocinari, reſurrectionem corporum jam negare non potes; ſi vero ficti corporis exhibuere larvam, inde profecto, quàm opidò infirmum ſit corpus, perſpexerunt, cui illud mirabile jubar utrique aſpectabile ſpectare non licuit. At, inquies, Moſes & Elias in gratiam trium Peregrini diſcipulorum fictas ſibi aſcivere formas, per quas illos erudirent. Si id fuit, ergo non Peregrinum appellare debuerunt, nec enim ille ab ipſis docendus fuit, ſed ad diſcipulos ſe convertere, qui cum eſſent illorum gentiles

A
B
C
D
E
F

A tiles, ab ipsis monendi erant hunc, quem habebant, Christum esse, quem quasi peregrinum & extraneum sui non receperunt.

Quod si Justus non sustinuit videri Filii sui in terris morantis oblitus, & ideo clamavit: *Hic est Filius meus Dilectus*: Itane aliàs spoliatus damnũ tacitus dissimulasset, ut nec acceptam injuriam cum suismet studiosis conquereretur? Ejus præteritũ silentium, si sapis, Sectarios accusat, docens, haud licuisse sibi in præsenti tacere. Sed neque Justus justus videatur, si ligatas naturas & ipse cogit. Sit enim corpus à natura nocens, sit anima à natura innocens, cuinam operi faciundo allaboret lex? allaborat tamen, ergo depravatam naturam reformare contendit, & quidem si illa legis secuta ductum auctori suo placuerit, etiam gloriosa resurget.

C Item nec, fratres, ille, quem Bonum nominant, bonus erit, ex quo ipse similiter leges condere instituit. Leges quippe faciles abrogavit, promulgavit difficiles: quod si illas observare grave sit, istas quis observet? Si autem istas observare licuit, quo magis illas? Utrumvis admittant, habentur & capti sunt. Corpora item bestiarum juxta atque hominum Dei opera sunt, alia amorem, odium alia provocant. At si earum D natura ex materia decerpta est, unde bruta animalia ab invicem discriminentur & discrepent? sunt enim alia immunda, atque alia munda, esto legem nec oves observent, nec transgrediantur lupi.

Rursum indicent nobis animæ bestiam informantis originem, & si hæc à Justo ducitur, justus ipse non sit, qui spiritum suum in bestias retruserit, neque Bonus bonus sit, E qui res animæ sibi congeneris, habitantis in nobis neglexerit, utrum ex impotentia, an ex invidia, incertum dices. Porro si ex materia crevere brutorum animæ, inde pariter extitere animantes; quæ tamen mundæ dicuntur. At si hoc dicis, explica, qua ratione Deo placuit odor hostiæ ex putenti materia decerptæ? omnis quippe victima si ab impura natura promanat, puram animam purumve corpus habere nequit. Et si materia sit corpus, corporisne expertes dixeris dæmones ex illa extractos, imo F simplices ac puras substantias: quin & Satanam ipsum materiam esse credas, & si id sit, quâ veri specie affirmes, ex eo corpus compactum fuisse, cum ille sub aspectum non cadat, & istud conspicuum sit, ac sensibus teneatur? Vel materias forte fingis duas sub communi vocabulo, naturâ diversas?

Iterum ſi Anima ſpiritus eſt, Cœlites illos, quos Angelos ſpiritus dicimus, unde nati? Quod ſi Angeli è nihilo creverunt, quin pariter etiam Anima è nihilo formetur? At ſi Angeli & Anima ab Opifice ſummo creantur, quid id eſt, ut Angeli ſine corpore proprios explicent actus, nequeat Anima ſine ſenſuum auxilio cernere, vel audire? Rurſus ſi dæmones ex materia geniti ſunt, carnem ex eodem elemento coagmentatam utique non magni facient, unde ergo illa à ſuo Opifice tanti fit, ut in ea habitare velit, poſtquam ſuo eam afflavit ſpiritu? Deinde cur Animam ſibi cæteroquì congenerem dæmoni non liceat infeſtare, nedum invadere & inſidere? Item ſi corpus ipſum à ſe alienum dicunt, quomodo Animæ conjunctum putant? O qualem errorum colluviem protulere nobis ſanctæ fidei contemtores.

SERMO QUADRAGESIMUS NONUS.

MArcionem pudeat ſui, non potuit aliud nomen in noſtrum Orbem traducere extra nomen Jeſu ex lege notum, nomenque Spiritus Sancti, unde Prophetæ velut ex communi theſauro ſua promſerunt oracula, atque nomen Dei, cujus notionem hominum natura parens cuilibet impreſſit, tria nomina totidem noſtræ victoriæ tropæa. Sed eſt, quod interim vehementer mirere, ſanctæ fidei deſertores in eam prolapſos ſtultitiam, ut cum Dei rerum omnium Principis bonis nunquam non fruantur, hæc tamen ab ignoto quodam Deo, qui certè nullus eſt, ſibi liberaliter conceſſa nugentur, quamlibet fictus iſte Deus nec extremum digiti ſui in aquam intingat, ut flammarum, quibus uruntur, ardorem tantiſper compeſcat. Habentur, unde evadere deſperent: Jonas de fuga fruſtratus, ipſorum vanam accuſat ſpem.

Anhelitus, quem Incredulus reſpirat, frænum eſſe puta, quo ad cognitionem Creatoris ſui trahitur, eſuries camus eſt ad notitiam Dei victum ſubminiſtrantis deducens, ſomnus ipſe pedica eſt, quæ aliorſum vagari volentem cohibet. Viden', ut nata in ipſo & ex ipſo verbera & catenæ protervuum admonent, nullam aliunde extra Deum ſperare rationem, talibus ſe expediendi vinculis. Mirum, quantum deſipit & caligat oculis, qui non videt ſe quoque ut cætera omnia pugillo Creatoris teneri, nec intelligit, pulveris ſe eſſe particulam, aquæ guttulam, quæ miſta ſimul hominem coagmentant ſummi Artificis liberale donum! Hic tamen homulus ex argilla & luto fictus Opificem negat, atque vinctus & de patibulo pendens etiam pernegat. Huc uſque delirantem derident Angeli, ſubſan-

ſubſannant Seraphim, Cherubim traducunt, ipſi inſultant montes, quo Creatori obtemperant, maria, quo ejus ductum ſequuntur, terra, quo jubenti non reſiſtit, cæli, quo ejus gloriam loquuntur. Tantum ne audes lutum, unde pereas, ut Conditorem tuum neges, quem Mundus univerſus profitetur?

Omnes Sectarii ſcindunt, & commune faciunt nomen indiviſum & ſingulare; & alius quidem inde Deum quemdam excogitavit, quem Adverſarium & Peregrinum nominavit; alii vero ejuſdem ſymmiſtæ, derivata pariter ab eodem unico principio ſempiterno nuncupatione, duo principia commenti ſunt ab invicem diſſidentia & contraria. Interim ego tuam, Domine, potentiam celebrabo, quæ ſubſtantias quidem cæteras indito ſtrinxit compede, animos vero ſolutos reliquit. Porro ſi qua alia exiſtit vis, huic animorum motus ciere non licet, ii enim ſui arbitrii motus in poteſtate habent. Tu vero, qui ejuſmodi vim adſtruis, experire prius, utrum quæ cernis ligata, ſolvat.

SERMO QUINQUAGESIMUS.

COnvictus erubuit Marcion ſeductus ipſe & ſeductor. Fateri cogitur, Summum eſſe unum, nec habere ſecundum, qui factis ſuorum nominum dignitatem tueatur. Nec enimvero ab eo alius quiſpiam nos creat & alit; punit, & miſeretur; caſtigat, & non deſerit; ſoſpitat, & extinctis ſpiritum refundit, cujus judicium æquiſſimum ſit, pietas liberalis & gratuita. Similiter rubore ſuffuſus conticuit Bardeſanes, falſus ipſe gregales fefellit ſuos, plures commentus legislatores, ſupremæ poteſtati detrahere auſus eſt, nec ſtupidus advertit, unam eſſe veritatem, etſi in ſuis legibus ſe multiplicem exhibeat, in ſuis ſententiis latiſſimè ſe explicet, in ſuis benefactis magnificam ſe præſtet, ſuiſque in judiciis maximam; individuam nihilominus eſſe & plane ſingularem. Telo confoſſus eodem ſuccubuit Manes, eâdem fere correptus lue, quâ & ſuos infecit alumnos docens, ab eſuriente Deo cæſarum beſtiarum carnes quondã appetitas fuiſſe. Atqui ignis ille cæleſtis, qui hoſtias conſumſit, per deſerta vagantis populi docebit fidei contemtorem, victimas à bono Deo depoſtulatas fuiſſe eo conſilio, ut populum ipſum legitimorum ſacrorum objectu à ſacrificiis Dæmonum prohiberet.

Confuſi pariter Judæi obmutuere, quippe qui finem legis inſpicere, & cauſas aſſequi minime ſtuduerunt, ſed ejuſdem vim ſolvere aggreſſi, nuda dumtaxat verba attenderunt. Adeo piguit rectæ rationis fornacem adhibere ad excernendum ab errore verum ſenſum

scripturarum . Consulendum adhuc etiam Manethis familiæ, ejus confracta membra obliganda sunt. De tonitruis & fulgetris Sanctum ad iram usque modo provocant; ajunt, ejusmodi aëris passiones amatorias esse voces cujusdam Archontis puellam nescio quam otiosè suaviterque contemplantis. Sic nempe sunt, ut ex nubium fragore, unde eorum pectora disrumpi consentaneũ foret, ut inde sui languoris aliquod levamentum haberent, occasionem arripiant ad concitandam adversus se Dei indignationem. Tonitrua pudicitiæ præsidia sunt, adeo ut salacissimus quisque eo sonitu conterritus,meditati flagitii cogitationem abjiciat. Quis ergo adeo insaniit, ut tali tempore amatoria tractet? Talium consuetudinem cavete, fratres, neque vobis externa species imponat; generis sui auctor Serpens hunc ipsis suo veneno colorem induxit.

Perge porro, etiam Marcionis domui prospiciamus; scilicet hic est, qui suis in libris Puro & Sancto crimen objicere ausus est, scribens, Deum Creatorem objectum nescio quod pectore tenus nudatum vidisse, flagitiumque meditantem eo versus convertisse se, quare nec ex proprio ingenio,sed fictè & simulatè populo in Sinai monte castimoniam commendasse. Atqui si ille nunquam non studuit, impuros Hebræos pudicos efficere, quàm opidò eum castum sanctumque fuisse oportuit? Rursus naturalem spiritus super aquas incubationem aliam opidò diversam interpretantur atq; admodum turpem. Insuper Deum peregrinum in Dei Creatoris exitium perpetuo incumbere fabulantur. Fugite, fratres, ejusmodi hominum colluviem, neve deinceps vos fallat illuvies, quam extrorsum ostentant; umbra nimirum est fordium, quas introrsum clausas celant.

SERMO QUINQUAGESIMUS PRIMUS.

BONUS, qui bona promittit lætabilia & jucundissima, quâ putas ratione ductus gravissima & horrenda mala minatur? Etiam sic est, Medicus namque sapientissimus, qui non ignorabat, varia & diversa medicamenta pro morborum qualitate adhibenda esse, suavia lenitudinis pharmaca, aspera disciplinæ remedia composuit, unicuique ægroto congruentem medicinam facturus. Cum igitur populus ille futurus Christi interfector maledicentiæ scabie, & arrogantiæ simul inflatione laboraret, animadvertit statim divinus Medicus, ejusmodi ægritudinum antidotum esse doloris & ignominiæ metum; minas itaque protulit, disciplinæ videlicet caustica, ratus

ratus acribus utendum remediis ad extirpandos morbos ab uſu liberi arbitrii contractos. Quocirca Eſajas in ſuorum oraculorum libro Hebræos ubique exagitat, terretque horrendis præſagiis. Inſanabiles dicit evaſiſſe morbos, & ultra modum provectam fuiſſe eorum adverſus Deum contumaciam, propterea que beneficiorum ejus copia fore multandos, immedicabiles ægrotos eſſe, quorum vulnera latius in momenta ſerperent; perennem quippe eſſe fluentis tabis ſcatebram. Philiſthæi certè ſaniore conſilio, cum in anu multati fuiſſent, confeſtim opportuna malo remedia quæſiverunt, quibus adhibitis etiã depulere morbum; languores medicatura ſuos, attulere munera, petitæ curationis pretia Deo inſidenti in arca teſtamẽti ſui, eſto ſibi minime conſpicuo.

Aliam inire viam placuit optimo Medico Medici abſconditi filio; is ſiquidem pro ſua benignitate ſibi deſignatam à Patre legationem ſuſcepit, & in terras deſcendit humano generi laturus opem, tum maximè Hebræorum populum afflictum relevaturus, theſauros ſuos aperuit, egentium inopiam ſuorum donorum copia ſublevavit. Sic optimi Medici cura reſpirarunt ægri, qui tamen accepti beneficii immemores Crucis ſupplicium benefactori rependerunt Cæterùm ulcus tale erat, ut nullo modo obligari poſſet, aut ulla arte coaleſcere; nam & affectis membris bonus Medicus balſama liberaliter infudit, incaſſum tamen, ſanies inde copioſior ſcatere cœpit, vicit artem morbus, ipſis exaſperatus remediis. Curationem nihilominus ille continuavit, nec ideo ceſſandum putavit: diu duravit ibidem, nec ullum remiſit tempus, nec ullam prætermiſit medicinam, contentionem non relaxavit, diſſimulavit defatigationem, requiem non admiſit, deſcendit, inquam, obumbrata tantiſper majeſtate, quâ abdita quæque & remota comprehendit, populum clementer tractavit errantem, & ſocios in errorem trahentem, ſibique nihilominus indita ab externo cultu ſpe mirificè blandientem: aſpera lenibus temperavit, quo medicinam æger haberet efficaciorem, latentem languorem expugnare orſus eſt; etſi non ignorabat, populum ſuam amare ægritudinem, æger nimirum erat, qui ſanari nollet. Et luxata quidem coagmentantur membra, & coëunt ulcera, at ægram voluntatem perſanare, opus ſummi laboris eſt, debet ægrotus medentis voluntati ſe tradere, ſi pernoſſe velit, quantum ille in arte excellat ſua.

Pravus corporis habitus quandiu latet, difficillime curatur, inſidioſus eſt & fallax, Medico non ſemel impoſuit; lethifer morbus occultè ſerpit, invaſit cor, extrorſum integer, intror-

introrsum contabuit æger; hoc significabat Dominus, quando Judæos sepulcris dealbatis similes esse affirmabat. Qui quidem pro sua bonitate salutis thesaurum cunctis promiscue patere voluit, edixitque omnibus, ut pro ea, quâ quisque pollet potestate eligendi quod velit, antidotum sibi congruentem acciperet; Medicus quippe est, qui nostris neutiquam lætatur in malis, quare nec molestas sectiones probavit, nec acerba caustica præscripsit; mitissima remedia ad sananda vulnera nostra composuit & exhibuit. Et sane si ille Bonus nec assuetus terrere minis, nec turbare quemquam; ægrotis quantūlibet protervis sævas incisiones decrevisset, potiones injucundas, & diras ustiones, servi sibi legem fecissent Domini exempla, decernentes duro deinceps veritatis ferro, & severitatis asperis remediis curandos esse peccantes.

Hìc Marcioni exoptare liceat pœnam maledicis à Domino denunciatam, ex quo Creatori suo obtrectare ausus est, impiè garriens, curationem ad fugandum maledicentiæ morbum inventam, sibi præter jus fasq; adhibitam fuisse; & quoniā Chirurgum repulit, ex eo languore nunquam convaluit, plagam, quā acceperat, secum abstulit moriens, imo ad posteros transmisit. Sic à Domino comminata lues Bardesanem etiam corripuit septenorum principiorum repertorem: malum, quod veritatis ferrum dolaverat, intulit garrulo Sophistæ, qui signa Zodiaci prædicavit, & observavit horoscopos, septenaria laudavit, & captavit horas, septem accepit plagas, suisque alumnis ex testamento transcripsit.

Sceleratus Manes omnes in se uno coëgit pestes à Domino denunciatas; quippe qui ab Auctore suo defecit, & Sancto impiè detraxit, ausus opprobriosis appellationibus ejusdem violare majestatem, quin & furiis agitatus iisdem in Mosen & Prophetas insiliit, & contumelioſis impiisque dictis invectus est, dumque piam Medici manum recusat, concidit, nemine ejus commiserante casum, suum portavit judicium, & decessit, morbi hæredes scripsit nepotes. Nec vero minus dira Dominus minitatur iis, qui claves occultant, prohibentque parvulos ab aditu salutis, quem, patefacto ostio, Veritas venientibus offert, mox beatæ etiā vitæ usuram collatura: perditos hujusmodi homines, & ad quodlibet audendū projectos, per avia errantibus similes puta, quorum errore in fine maximus justo criminum Vindici ingentem materiam dabunt; pœnam siquidem ab iis duplicem repetet, quod sibi, quodque plurimis exitium attulerint.

Vides, ut simplici animadversionis denunciatione morbos cohibuerit depulerit que; Medico

A Medico videlicet mitissimo asperas adhibere sectiones minime allubuit. Quin etiam sermones admiscuit ad ædificationem audientium compositos, curationem accipientibus læta proponens, tristia respuentibus: incassum tamen omnia; stultissimi quippe homines aliquam alicubi sibi impensam fuisse curam planè negarunt.

SERMO QUINQUAGESIMUS SECUNDUS.

B BArdesanes adhuc premendus est, ut fateatur, hominem nulla ex tribus, quibus constat, formis posse privari, quemadmodum nec igni quis adimat formam, quin ipsum ignem extinguat; adeo necesse est, homini constare partium numerum, dum vita constat, sic enim illum natura coagmentavit ex triplici, ut dixi, forma. Scitum est, canem heriles amare fores, quandoque tamen C ventris vitio, & gulositate incitatus discessit ab ingenio, & nativam indolem exuit. Et nunc mutorum quidem canum ingens numerus est, nec minor eorum, qui domesticis allatrant. Custodes gregis opitulantur lupis, adeo pecori infesti sunt, postquam assueverunt in caulas irrumpere, & oves agnosque rapere.

Excessit Marcion domesticis exactus furiis: Manes autem etiam à seipso discessit, D ambo, relictis gregibus, Lupis adjunxere sese, mox, facto agmine, cum latronibus furibusque adversus pastores concurrerunt; sic se suique Domini limina funestarunt, cujus etiam notitiam delere laborant, & nunc vacua prædonum spelæa occupant; postquam grassatorum antra Christi Ecclesiæ antetulerunt, palabundi cæcorum more errant, ut facile sit suismet ratiocinationibus delirantes E revincere: homines vesani & furiosi ab avium ovis exempla petunt, dumque per cæcos tramites fugam ab aspectu veritatis moliuntur, in ejusdem ædem, facinorum & sceleris vindicem impegerunt, continuo deprehensi meritas dedere pœnas. Interea vero dum Justo proprii capitis commentationes objiciunt, objecta idem retorsit in authores, suisquemet rebelles confodit telis.

F Primus Marcion dum divina sceleratus petit, vinolentorum & furentium more verba minime expendit, mero quippe plenum, mentis destituit sensus. Suis dictatis sumtas à rebus factis similitudines rebus creatis immiscuit, tractatū de rebus divinis à glumis & ovis exorsus. At quis homo sit iste, qui Boni arcanum factarum rerum in imagine repræsentare cogitavit? Næ ille vel hoc ipso indicio explodendus venit, quod Divinum Opificem suo cum opere composuit. Sua protervos exem-

pla

pla refellunt, corpus ovo comparant, pullo animam; nec examinant, ossa & carnem ex ovo existere. Verius ista soli proposita natura explices; clausum quippe intra terræ sinum corpus exanime, animam olim sub Christi adventum resumet, tumulum terramque findet & evolabit.

Quamquam ea comparatio etiam aliunde labascit; binas siquidem pullus sortitur generationes, alteram à coitu, ab incubatione alteram, venter à concubitu concipit fœtum & parit, citra concubitum terra, avium videlicet more, & hunc in modum eadem corpus olim in resurrectione regenerabit. Ergo age videamus, quonam symbolo Salvatoris nostri factum exponant; etenim si ille corpora secuit, indeque animas excluſit, hanc Sectariorum comparationem Dominus facto suo laudavit. At si sepulcra velut ova rupit, indeque extracta corpora suscitavit, planè adjudicavit nobis Dominus noster coronam victoribus propositam, quandoquidem sua similiter putamina semen humi deponit. Aliam adhuc proferunt comparationem. Spicam & aristam dicunt esse corpus. Audin' perturbatæ mentis ratiocinationes, imo delirantium nugamenta? Quin corpus comparant grano frumenti, quod natum, ut dixi, putamina in terra relinquit, sed duo, quæ dixi, inducunt symbola, neque vident, quod si spicæ, vel glumis corpus comparant, idemque rursus cum arista componunt, ineptè loquuntur, nihilque explicant, non ambiguum ac dubium.

Sed perge, & propositam comparationem expendamus; eo namque trahemus, modo nos illa sequatur, unde cuinam rei aptanda sit, ipsa fateatur. In feminis putamine velut in speculo expressos habes humanos affectus, libidinem, iracundiam, odium, quippe qui corpora nostra vitæ usuram repetentia minime sequentur, sed quasi putamina excussa intercident: quod ergo vides olus Adamo escam datum ab ejus interitu futurum ejusdem reditum semper testabitur, dum autem olerum proventum cernis per omnia tempora tempestatesque traduci, cogita id fieri, ut hunc Orbem intrantibus in ipso velut limine occurrat, uti mortis, ita resurrectionis documentum; adeo certum est, generis Adæ propagationem tum vero tandem desituram, cum protoplastæ coætanea soboles depositas corporum suorum exuvias resumet.

Ova inexperti mortua deputant, mortua tamen non sunt, matri ovis suis in nido positis incubanti; extincta hominum corpora vita carere credunt, qui fidei lumine carent, vivunt tamen intra sepulcrum ei, cui omnia vivunt;

vivunt; adeo videlicet miseri delirant, ut neque tanti æstiment illapsum Boni potentis imperare mortuis quibusque rebus celerem ab obitu reditum, quanti ducunt avis imbellis alas. Tria in generali corporum restitutione coibunt, & coalescent in unum, Anima, mens, & ipsorum cithara corpus: mens in capite sedet, ejusque sermo in ore; & Anima in medio consistens cum utroq; omnia communicat: nomina audis diversa. Cæterum non uti facile est eorum significationes pernoscere, sic pronum est persequi facultates.

SERMO QUINQUAGESIMUS TERTIUS.

EGO, fratres, sic mihi persuasi, unum esse & unicum principium sempiternum, hujusque semper in fide fui; qualis autem idem in se sit, nemo perfectè assecutus est, sed nec assequetur, etiamsi per omnem ætatem omnem operam in ea commentatione ponat; expertus id tandem comperiet, plurimum adhuc supereſſe sibi perquirendum, nullumque ex præterito labore percepisse se fructum, nisi ut non ignoraret, Deum esse. Quæ cum ita sint, mirari subit, tantam sociorum multitudinem illi verè uni & maximè singulari adjunctam fuisse ab eis, qui tametsi puram religionem abdicarunt, nostri nihilominus fratres sunt, ut qui per unum omnium nostrum parentem Adamum nobis agnatione sunt conjuncti, & communi matre Eva editi sunt. Attamen etsi de eodem luto ficti sumus omnes, nos longe præstantioris vitæ auctorem habemus, cujus stirpe nati à cunctis sanctæ fidei desertoribus discernimur.

Præstat hìc illorum exitiosa decreta referre: ridebunt profecto insanas hominum voces aures divinæ veritatis tritæ vestigiis, quæ si à suo introitu ostia clausit & obsignavit, id nimirum egit, ut, quod infinito odio persequitur, mendacio omnes aditus ad sua castra præcluderet. Sed quandoquidem id cogit caritas, audire vos tædere non debet, quæ vesanos homines effutire non puduit. Finxere primum plura principia contraria, seque mutuo collidentia, in quorum censum duxere stellas, tum præcipuè astra, quæ signant Solis Lunæque vias. His de rerum origine præmissis, corpora nostra ab eo, quod malum principium appellant, compacta fuisse docuerunt, negant autem ea post casum aliquando resurrectura; animos verò à septem principiis existere & produci. Reliqua illorum dictata narrare piget, ne longiùs excurrat oratio absque ullo operæ pretio, cum ea dudum in suis disquisitionibus exposuerit

fuerit Bardesanes. Quamquam ut erat hominis ingenium tortuosum & multiplex, absona & absurda stylo concentuq; suavi mollire studuit. Odas idcirco ad hunc scopum composuit, induxitque novos modos, & ad metrum numerumque orationem exegit. Hac scilicet arte sibi utendum judicavit callidus veterator, ut venenum melle dilutum incautis tutè propinaret, quandoquidem salubriores cibos stomaco laborante fastidiebant; Davidem sibi imitandum proposuit, quod confideret, ab exemplaris dignitate sibi multũ splendoris accessurum, operæque ex ejusdem imitatione pretium & commendationem.

Scripsit itaque Psalmos quinquaginta supra centum, Prophetæ sententias suppressit, expressit numeros; neque enim Davides Apostatarum carmen cantavit, quorum cithara mendacio servit, vel usquam nominavit, quam laudat Bardesanes, substantiam sempiternam; noverat quippe principium rerum unum esse; hoc profecto nomen omnem à Sectariis superinductam *Aeonum* nomenclationem evertit. Etenim si paria sunt propria rerum nomina, naturas sequitur esse pares. Adeo, Fratres, illorum doctrina suomet onere fatiscit.

Hìc porro observate, quantùm caverit Bardesanes, ne coæquare videretur substantias, quas tamen æternas appellat, ut inde intelligatis ejusdem imprudentiam, quando earum nomina æquare non dubitat. Sapientibus certe utrinque imminet periculum, uti enim nefas est, æquare naturas, ita nomina confundere, crimen fuit. Sed cum hæresis suis fautoribus, locum negaret, ut adhibito examine causam cognoscerent, neutiquam adverterunt, quod si omnium *Aeonum* unum affirmarent esse commune nomen, & omnes eodem certo & proprio vocabulo appellarent substantias ingenitas ac sempiternas; ex hoc ipso sequebatur, unam pariter cunctorum esse naturam; unum enim esse necesse est, cujus nulla causa fuit, quod tamen Sectarii planè negant; restat igitur, ut fateantur, unum & singularem esse *Aeona*, idest, substantiam sempiternam, qualem ipsemet ubique se appellat ille, qui nomine & re est sempiternus, cujusque, Fratres, opera sunt res omnes factæ, quarum esto vocabula consonent, earum tamen naturæ Creatoris arbitrio varia frequenter sortiuntur discrimina ac differentias; at vero substantias, quarum causa Creator certè non fuit, quis distinxit & discriminavit? quisve copulavit & confudit? Quis natura dissimiles fecit, nomenclatione pares?

Moses suo testimonio litem diremit, postquam intelleximus: Deum, etsi alia aliis nomina

A

B

C

D

E

F

nomina ſua attribuerit, propriũ tamen certum & ſingulare nomen *Aeonos* nemini nuſquam communicaſſe, ut videlicet inde eximiam ejus benignitatem, hinc ſempiternæ ejus naturæ numen apprehenderemus, ac neutrum ignorantes, piè ſanctèque fateremur utrumque. Porrò Moſi manifeſtavit nomen ſuum, quando ipſe ſe ܗܘ ܐܢܐ qui ſum appellavit, quod vocabulũ ab eſſentia fluit, & velut certum ac proprium nomen ſuum illud commune fieri nunquam ſuſtinuit, eſto reliquas nomenclationes ad alios bene multos derivaſſet; ſatagebat quippe eo incommunicabili nomine nos docere, ipſum ſe *eſſe qui eſt*, talem extra illum neminem.

Sed enimvero cum omnia Dei nomina ob ejus Majeſtatem auguſtiſſima ſint, & omniũ ſermone celebranda, hoc unum, quod ad ſingulare decus Eſſentiæ ſuæ ſibi ſepoſuerat, ipſi invidit Diabolus, quare puræ religionis proditores concitavit, induxitque, ut ſuos *Aeonas* ſempiternæ ejus naturæ *Omonymos* fingerent. Sic nequiſſimus veterator communia Dei vocabula ſimulacris accommodavit, propriumque Divinitatis nomen ad *Aeonas* transfudit.

SERMO QUINQUAGESIMUS QUARTUS.

CUM elaboratas à quodam hujus diſciplinæ alumno diſquiſitiones percurrerem, ſubſtiti pauliſper in his verbis: Intelligentiæ Seraphim naturæ ſempiternæ proprietates non attingunt. Hæc una theſis, (ſic mecum cogitabam,) ſi qualis ab ipſis Sectariis hìc proponitur, talis in omnium aures divulgaretur, haud dubium eſt, quin reconditos illorum ſenſus propalaret, & hypotheſim everteret, cum facile ſit vel capite ex hoc uno omnia ipſorum commenta refellere; etenim ſi propria ſubſtantiæ ſempiternæ perſequi non poſſunt, unde ſibi nam eam arrogent ſcientiã, ut audeant componere naturas diſpares, diſſimiles, & genere disjunctas, eaſq; deſcribere & definire? ajunt quippe, unâ omnes cõjugari naturâ, ſingulas tamẽ diſtinctis coërceri finibus. Atqui ſi naturæ ingenitæ eo ipſo, quo principio carent, perveſtigabiles non ſunt, næ qui talia obtrudunt, rem non explicant, ſed fabulam narrant, dictaque dictis contrariis revellunt.

Rurſus aſſerunt, humanum animum à ſubſtantiis hiſce ingenitis conſtitutum, huic tamen propriam ſubſtantiam manere uſquequaque ignotam, ſuas etiam naturales facultates & operationes incompertas eſſe. At vero ſi quæ ſua ſunt, animus non aſſequitur, quibus confiſi præſidiis oberrant circa illam ſummam ſubſtantiam, ut eam fixo etiam limite definitam eſſe fidenter affirment? Iidem ſcilicet ipſi & ſtringunt nodos & ſolvunt.

Unum laudant, cujus excellentiſſimam præ- A
ſtantiſſimamque naturam perveſtigabilem eſſe
negant, & huic conjungunt ſubſtantias quaſ-
dam ipſi quidem coævas & ingenitas, quæ
tamen humanæ mentis aciem minime fugiant.
Sic illi garriunt, quaſi vero nec verum nec
indubitabile ſit, nomina rerum modo certa ac
propria ſint, rerum naturas exprimere, cum
nomina ſint definitiones rerũ, unde planè ſe-
quitur, ſi talium quidem ſubſtantiarum unum
ſit nomen, naturam etiam fore ſingularem & B
unam; hinc unam omnium hominum ſpeciem
dicimus; quia videlicet uno omnes ſignan-
tur vocabulo, tutòque credimus, unam eſſe
Angelorum ſubſtantiam, ex quo ſupernis illis
ſpiritibus unum nomen inditum eſt; propter-
eaque nec diſparilem eſſe animarum con-
ſtitutionem; ſic omnis progenies ſtirpis ſuæ
cognomento cenſetur. Quamquam ſi alia
quædam nomina audiuntur rebus accommo- C
data uſquequaq; diſſimilibus, id porro à libera
Conditoris diſpenſatione manavit; ille ſuis ſua
nomina communicavit ſervis, Deoſque atque
dominos appellavit, deq; Filii ſui nomine filios
adoptionis & gratiæ nuncupavit, & Spiritus
ſancti vocabulo incorporearũ ſubſtantiarum
genus decoravit. Ubi vides naturas planè diſ-
ſimiles ac diſpares, eâdem nihilominus ornatas
appellatione, ut nimirum Conditoris benigni-
tatem laudarent, ſimul adorarent Majeſtatem.

Nunc vero quærendum eſt à Sectariis, D
quiſnam illius ſempiternæ ſubſtantiæ vocabu-
lo *Aeonas* cohoneſtavit, & ſiquidem hujus
appellationis auctor eſt, qui ſemper fuit, id
gratiæ deputandum; ſin autem quiſpiam
alius; quis ille? Domino nempe ſuo ſubdo-
lus ſervus ſurripuit, nomen, quod *Aeonibus*
allineret; is profecto herum non amat. Se-
ctariorum iſtuc commentum eſt, vocabulum E
ſine re, nomen inane: *Aeonas* finxere, cle-
pſere vocabula: nomina ſunt aliunde deri-
vata, & ad perturbandas hominum mentes
compoſita, cum Dominus rerum omniũ unus
ſit. Tu vero magnifica fontem, unde glorioſæ
fluxere nomenclationes. Et quoniam ſua ab
ipſo nomina avelli non poterant, error libe-
ræ voluntati ſuggeſſit, ſuaſitque, ut ad pro-
pria ſomnia adoranda nomina traduceret,
unde ſibi Diabolus adorantium obſequia F
aucupabatur.

Tu autem Deus meus, quia gloriæ no-
ſtræ non invides, cum erga nos benevolus &
beneficentiſſimus ſis, homines Deos appella-
re à tua dignitate haudquaquam alienum pu-
tas; & quia Dominus & facilis & benigniſſi-
mus es, Dominos vocare non dubitas; quoſ-
cumque vero tali honore dignatus es, am-
pliſſimos inde conſequuti ſunt honores; qui-
cumque vero, Te inconſulto, tuum nomen ſibi
arroga-

arrogarunt, exploſi ſunt, eorumque improbitas & impudentia deprehenſa & repreſſa eſt.

SERMO QUINQUAGESIMUS QUINTUS.

ORO vos, Fratres, pro Bardeſanis alumnis propitiare Deum, ut eorum tandem inſaniã ſeu furorẽ cohibeat, pueri ſunt, quæ ſua fert ætas, loquuntur. Inexplicabile quoddam imaginantur, quod à Patre viventiũ delapſum in terras deſcendit: iguotam prolem concepit inde Mater, natum Viventis filium appellavit. Apage iſta, Sanctiſſime JESU, à tuis, qui tuum pernovimus Genitorem & prædicamus. Hunc porro omnium rerum Dominum, quem Secta tamen eo aſſerit impotentem, ut plane nihil valeat procreare, aut generare, aut producere, fingit ſubſtantiam eſſe quandam natam ex concubitu duorum principiorum, corporum adinſtar coëuntium. Uſque adeo inſaniunt, ut talia de Domino effutire non dubitent. Atqui ſi nec ejus quidem corpus duorum corporum coitu generari decuit, ea eſt ejus puritas, quid inde cenſes? annon corpore purior ſit divina illius natura, lumen ſcilicet de lumine manans?

Nunc vero eritne aliquis, qui obfirmet aures & frontem, nec erubeſcat audiens inſanos homines jactantes, Spiritum Sanctum geminas generaſſe puellas? ſic enim Spiritum Sanctum ſuis blandientem filiabus inducunt. *Quæ te naſcendo proximè ſubſecuta eſt, mihi filiam, tibi ſororem habeto.* Nam cætera piget retexere, quæ in ejuſmodi prolis conceptu geſta narrantur. Tergat, oro, os meum, Jeſus, qui dum refero illorum arcana, linguam contaminaſſe meam videor. Geminas, ut modo dicebam, ſorores à Spiritu Sancto genitas affirmant, & alteram quidem Terræ attuliſſe unde inceſtaretur; alteram vero Aquæ, unde imaginem quandam exprimeret. Jam intelligitis, qualia veteratores abſurda nobis obtrudant Etenimvero ſi neque malignorum ſpirituum ſpeciem exhibere ſufficit aqua, quis, quove cenſes, rapuit furor dementes, ut dicerent hoc elemento ipſo Spiritus Sancti repræſentari naturam, ſenſibus minime ſubjectã, imo nec à ſupremis intelligentiis comprehenſam? Ipſa Bardeſanis verba recino ex ejuſdem canticis, ubi Spiritum Sanctum ſic affatur. *Quando nobis tuo accumbentibus epulo intueri licebit convivas, & illam puellam, cui tuis in genibus aſſidenti blandiri ſoles, cantuque mulcere tuo.* Conſonant, quæ ſuis diſquiſitionibus ſparſim interſerit poëta furioſus & laſciviſſimus, auſus etiam auguſtiſſimum nomen Spiritus Sancti ipſo Sole ſplendidius ſuis verſibus obſcurare. Plura non addam, cum ad

ad arguendam eorum impudentiam satis habeamus ea, quæ apud ipsos in clandestinis conventibus canuntur, ubi inducitur femina quædam suam lamentans solitudinem hoc versu: *Deus & Rex meus, siccine me solam dereliquisti?* Scilicet, cum Poëta dicti turpitudinem erubesceret, tegere cogitavit conflictâ larvâ ex verbis Domini similem exclamationem ex divinis Psalmis usurpantis: *Deus Deus meus, quare dereliquisti me?*

A

Etsi Bardesanes, cui subscribunt ejus discipuli, sacram historiam à Mose se accepisse fateatur, levem tamen ac futilem existimat, dum scribit: *Sedes deliciarum ea est, cujus portæ Matri rerum patuerunt Præsidis mandato*, & Paradisum in regione nefandâ situm fingit. Primus tamen Pentateuchi liber talium fabularum absurditatem velut objectum speculum repræsentat & redarguit. Item consecratū Sancti Paradisum rejicit Bardesanes, laudat alium, in quo quisque sanus erubescat, illum videlicet, quem Dii quidam geometræ architectati sunt: Pater & Mater rerum, suo concubitu sata ei dederunt, plantas passibus. Ubi talia somniantibus occurrit ex adverso Moses. Næ ille ista non scripsit! Sacræ literæ alia narrant, & Hortum deliciarum in regione Eden à Domino consitum fuisse referunt & describunt. Deinde Moses unum indicat Paradisum, isti geminos fingunt, & à Diis Geometris conditos fuisse mentiuntur; ubinam autem loci statuerint, nec dicere fas est. Scilicet Serpens, qui Adamo ex arbore fucum temperaverat, composuit Bardesani ex historia Paradisi fabulam.

B

C

D

Solis, Lunæque meatus admiratus, hanc rerum Matrem imaginatus est, illum Patrem: Deos Deasque distinxit, hisque longam sobolem adjunxit, sacra divinaque omnia pleno ore traduxit, laudavit, quæ sibi finxit numina, ea solenni formula salutare solitus. *Domini mei*, ajebat, *cœtus Deorum avete*, adeo ut, nec talia resonis iterare vocibus vereretur. Machabæi fratres cum apud Judæos in acie cæsos recondita simulacra gentium reperissent, preces & hostias pro defunctis obtulerunt. Vos autem Boni pia proles, hunc, oro, pro Bardesane propitiamini, qui cum prisco Gentium errore decessit, Dominum in ore, Dæmonum legionem in corde ferens.

E

F

A

ܡܫܘܚܐ ܕܐܝܬ ܒܗ ܡܫܚܐ
ܕܥܠܡܐ ܀

ܫܡܗ ܕܚܢܦܝܐ * ܚܡܐ ܘܥܒܪ
ܒܥܘܗ * ܡܕܠ ܐܡܐ ܘܒܪܝܫ ܠܐ *
ܡܢܗܕܡܝܢ ܫܡܗ * ܐܝܟ ܕܐܝܬ
ܒܬܚܐ * ܚܕܐ ܘܩܗܠܐ ܫܡܥ *
ܒܟܠܗ ܠܐ * ܐܡܐ ܐܚܪܢܐ
ܒܥܘܗ * ܡܢܗܕܡܝܢ
ܡܫܬܡܥ . * ܒܪܝܫ ܚܢܦܝܐ * ܫܡܗ
ܕܡܫܝܚܐ * ܕܢܐܡܪ ܘܢܬܒܥ ܐܢܐ *
ܫܠܚ ܐܢܐ ܐܡܪ ܠܝ .

ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ ܚܒܪܘܗܝ * ܕܒܥܘܗ
ܕܐܠܗܐ * ܐܠܗܝܬ ܕܝܢ ܡܢ
ܐܢܫ ܐܠܐ ܕܐܠܗܐ * ܐܢ ܐܢܫ
ܒܥܐ * ܡܫܝܚܐ ܐܢ ܐܢܫ
ܡܫܝܚ . * ܒܪܝܫ ܚܢܦܝܐ * ܫܡܗ
ܕܡܫܝܚܐ * ܕܢܐܡܪ ܘܢܬܒܥ ܐܢܐ *
ܫܠܚ ܐܢܐ ܐܡܪ ܠܝ .

ܠܐ ܐܦ ܕܝܢ ܕܐܡܪ ܡܫܝܚܐ * ܘܐܝܟ
ܕܢܬܒܥ * ܐܢܫ ܡܫܝܚ ܐܢܫ
ܡܫܝܚ

nomine cujuſpiam hominis baptizari, indeque ſibi aſſumtæ religionis cognomentum adſciſcere. Cumque æquè certum ſit, eum, qui id fecerit ipſo facto ſuo devinctum teneri in eodem nomine, quod aſſumſit, ſacro etiam fonte expiari, plane conficitur, ut quoniam hominis nomenclationem ambitis, hominis etiam baptiſmum cooptetis, vel ſi Jeſu Chriſti nomen petitis, etiam baptiſmum ſuſcipere ſtatuatis.

O Te beatam Chriſti Eccleſiam! integram & labe purgatam te prædicant omnium ora gentium: Tu ſordes & lutum Marcionis eluiſti, & diſſipaſti flagitioſas & impias Manethis opiniones: Tu ſpurciſſimi Bardeſanis putida mendacia, atque Judaicæ culinæ nidorem diluiſti: Tuum Dominus tuus imperium amplificet, ac remuneretur fidem. Quod nec inſani illius Marcionis retines libros, neque deliri Manethis ſcripta volutas, aut codicem execrandæ myſtagogiæ Bardeſanis habes: gemina dumtaxat Teſtamenta, Regis, Regiſque Filii, tua recondit Arca.

Sed Tu, Domine, ne, quæſo, patiaris labores paſtoris tui ſua mercede fraudari, nullas in grege tuo concitavi turbas, lupos quantum in me fuit, avertere ſum conatus, pias commentationes quaſi caulas tuis ovibus conſtruxi. Interea dolores me cruciant, terrent me delicta mea, tua Clementia me recreet. Næ tu rudem ac tardum diſcipulum erudiendum accepiſti, ut etiam baculum paſtoralem jubeas tenere, præparare medentium pharmaca, arma Inquiſitorum expedire; & cum Simplicibus hominum congreſſus & ſocietatem fugere. Eho, Domine, vas tuo munere plenum exundat; vile eſt, hoc idem fatetur; gratiæ tuæ fluxum ſiſte, precor.

A
ܠܐ ܐܢܫ ܗܪܐ ܒܫܡܗ * ܡܫܡܕܢ
ܘܒܫܡܗ * ܐܠܐ ܘܐܦ ܒܫܡܐ * ܒܫ
ܫܡܗ ܘܒܫܡܗ * ܐܝ ܕܡ ܡܢܗ *
ܒܫܡܐ ܗܘ ܕܐܬ ܒܫܡܗ * ܡܫܡܕ
ܘܒܫܡܗ . * ܐܝ ܒܫܡܗ ܡܫ
ܐܦ * ܐܠܐ ܗܘ ܒܫܡܗ ܡܫ ܐܦ *
ܐܝ ܒܫܡܗ ܡܫ ܐܠܐ * ܐܠܐ ܗܘ
ܡܫ ܒܫܡܗ .

B
ܒܫ ܐܢܫ ܡܫ ܐܠܐ ܒܫܡ *
ܐܦ ܐܠܐ ܐܝ ܡܢ * ܘܐܡ ܐܦ ܐܢ
* ܐܢ ܐܬ ܘܐ ܒܫ *
ܘܐܡ ܒܫܡ ܐܦ ܐܢ * ܒܫ
* ܐܦ ܒܫ ܐܦ ܐܢ ܐܦ ܐܢ *
ܐܦ ܐܢ ܐܦ ܐܢ * ܐܠ ܐܦ ܐܢ
* ܐܦ ܐܢ ܐܦ ܐܢ ܐܦ ܐܢ *
ܐܦ ܐܢ ܐܦ ܐܢ ܐܦ ܐܢ .

C
ܐܠ ܐܢ ܐܦ ܐܢ ܐܦ ܐܢ * ܐܦ
ܐܢ ܐܦ ܐܢ * ܐܦ ܐܢ ܐܦ ܐܢ
ܐܦ ܐܢ ܐܦ ܐܢ * ܐܦ ܐܢ